This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

KD
63100
HN 2DMW N
Digitized by Google

16.
KD 63100

Digitized by Google

13-

MEDITATIONES
DE VITA
ECCLESIASTICA
DEDUCTÆ POTISSIMUM AB EXEMPLARI EJUS
D. N. JESU CHRISTO
SUMMO SACERDOTE,
Idiomate Gallico jam pridem conſcriptæ
A REVERENDO DOMINO
MATTHÆO BEUVELET
PRESBYTERO;
Nunc verò plurium commodo in Latinum converſæ.

Tu es Sacerdos in æternum. Pſal. 109. v. 4.



13.C A

LOVANII,
Typis GUILIELMI STRYCKWANT
ſub aurea Lampade. 1691.
Cum Gratia & Privilegio.

Digitized by Google

KD 63100

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
JUN 22 1962

Digitized by Google

SANCTISSIMÆ

TRINITATIS

GLORIÆ,

INTEMERATÆ VIRGINIS

MATRIS

OMNIUMQUE CÆLITUM

HONORI

Dedicat Conſecratque

MARTINUS HULLEGAERDE.



Digitized by Google

LECTORI INTERPRES.

QUàm ſit neceſſaria, præſertim Eccleſiaſticis, mentalis oratio ſeu meditatio, videre licet vel harum Meditationum ſeptuageſimâ ſupra centeſimam. Viderunt id equidem Collegiorum Theologicorum in Academia Lovanienſi moderatores, quorum alumnis familiariorem, quàm antehac, eam reddere ſatagunt. Utpotè quam non ſtudium dumtaxat

Theo-

Digitized by Google

Theologicum auſpicaturis, aut Sacros Ordines ſuſcepturis; ſed & dies ſingulos tùm inchoantibus tum finientibus aut mandent aut certè commendent. Ecquæ verò potiùs meditanda ſunt Eccleſiaſticis, quàm ea, quæ Statûs ſui ac muneris ſunt? Atqui hæc omnia Meditationibus hiſce tam accuratè complexus eſt Vir Eccleſiaſticus MATTHÆUS BEUVELET; ut nihil omninò deſiderari videretur, quàm ut commodo eorum, qui Gallicum, quo primùm conſcriptæ ſunt, idioma non callent, in Latinum converterentur. Tentâſſe id dicitur jam pridem neſcio quis; ſed

Digitized by Google

& diſplicuiſſe vel ideò, quòd verbis Authoris Scripturæ Patrumque ſententias nimiùm permiſcuerit. Hîc verò illa in medio paginæ; iſtas ad marginem habes. Iſtas quidem ad guſtum eorum, quibus Scripturæ Patrumque verbis propoſita veritas dulciùs ſapit; illa verò verbis nonnunquam expreſſa Theologicæ, quàm Grammaticæ Scholę uſitatioribus. * *Quid ad nos, quid Grammatici velint?* quærit Auguſtinus: *Melius enim in barbariſmo noſtro vos intelligitis,* inquit, *quàm in noſtra diſertitudine vos deſerti eritis*. Hæc quoad verba, quibus hæ Meditationes expreſſæ ſunt. Quod verò ad rem

* *Conc.* 3. *in Pſalm.* 36.

Digitized by Google

attinet, quam iiſdem expendimus, unum hoc monuiſſe ſufficiat, ut, quemadmodùm Tonſura Ordinibus, inter hos Minores Majoribus, Majores inter Subdiaconatus Diaconatui, hic denique Presbyterio ex primæva *inſtitutione* præmittuntur; ita & virtutes priorum virtutibus poſteriorum, ceu fundamenta quædam, præjiciendæ ſint. Quiſquis igitur perfectam Sacerdotii e. g. ideam efformare deſiderat, non eas modò, quæ circa Sacerdotium verſantur; ſed & illas omnes, quæ circa Tonſuram Ordineſque priores, meditationes inſtituat neceſſe eſt. Hoc itaque fac, amice Le-

Digitized by Google

ctor, & Deum pro me precare, ut, quæ verbis expreſſi admodùm imperfectè, moribus impoſterũ perfectiùs exprimam.

APPROBATIO CENSORIS.

SI, teſte Auguſtino, nihil apud Deum miſerabilius aut damnabilius Epiſcopi & Presbyteri aut Diaconi officio, dum res non ſanctè agitur; tot mecum approbatores numerabit hic Liber Latino Sermone in plurium favorem donatus, *Meditationes de Vita Eccleſiaſtica* Gallicè conſcriptus à MATTHÆO BEUVELET Presbytero, quot nacturus eſt lectores. Imo commune piorum deſiderium haſce *Meditationes* & latinitate & publica luce digniſſimas, jam pridem comprobavit. Dabam Lovanii pridie Kalendas Maii 1689.

BARTHOLOMÆUS PASMANS
S. T. D. & Lib. Cenſ.

SUMMA PRIVILEGII.

CAROLUS II. Dei gratiâ Hiſpaniarum & Indiarum &c. Rex Catholicus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. Diplomate ſuo ſanxit, ne quis præter *Martini Hullegaerde*, Typographi Lovanienſis, voluntatem, Librum cui titulus: BEUVELET *Meditationes de Vita Eccleſiaſtica*, intra ſeptennium imprimat aut alibi locorum impreſſum in hanc Provinciam importet, venalemve exponat. Qui ſecus faxit, confiſcatione dicti Libri & aliis gravibus pœnis mulctabitur: ſicuti latiùs patet in Litteris datis Bruxellæ, die 22. Martii 1689.

Signat

LOYENS.

MEDI-

Digitized by Google

MEDITATIONES
DE VITA ECCLESIASTICA,
DEDUCTÆ AB EXEMPLARI EIUS
JESU CHRISTO SUMMO SACERDOTE, &c.

PARS PRIMA,

* De Statu Eccleſiaſtico in genere & diſpoſitionibus ad eum requiſitis.

UBI PRO FUNDAMENTO

Agitur de excellentia, merito & dignitate Statûs Eccleſiaſtici.

MEDITATIO PRIMA.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici deprompta ex ejus Ætymologia.

1. Dei filius unà cum Eccleſia ſua & Statum inſtituit Eccleſiaſticum in gubernaculum ejus & tutelam.
2. Quanta hinc Eccleſiaſticorum dignitas?
3. Quænam tanti Miniſterii partes?

Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Matth. 16. 18.

Hæc Dominus Petro, inſtituens Eccleſiam ſuam, ut denotaret, hanc ei factam pollicitationem Statûs potiſſimùm Eccleſiaſtici, cujus Petrus caput erat, miniſterio adimplendam.

* *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt* CHRISTUS JEſus. 1. Cor. 3. 11.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, Dominum Noſtrum JESUM CHRISTUM, inſtitutâ Eccleſiâ ſimùl & Religione, quam veniebat miſſurus in terram, creaſſe unà quemdam hominum Statum, qui ab aliis quibuſque ſæcularibus abſtracti negotiis, totos ſe cuſtodiæ, conſervationi, tutelæ & augmento

Poſuerunt me cuſtodem in vineis. Cant. 1. 5. *Super muros Ieruſalem conſtitui cuſtodes; tota die & nocte: in perpetuum non tacebunt.* Iſai. 61.

Legitima & ſanctiſſima religionis Catholicæ miniſtri. Conſt. in Epiſtol. ad Cæcil.

 Ec-

Eccleſiæ ſuæ ac Religionis manciparent: Statum inquam, qui non eſt alius, quàm Clericorum, qui nomen inde Eccleſiaſticorum ſortiti ſunt, quòd omnis eorum honor & gloria ab Eccleſia derivetur, cujus proinde obſequio totos ſe dedant, oportet.

PUNCTUM II.

Concludе hinc, quanta ſit Eccleſiaſticorum dignitas, utpote qui in Cuſtodes Sponſæ Filii Dei & Religionis ejus velut ſuſtentacula quædam aſciti ſint: ecce, ad quantos eatenùs honores evecti ſunt; quòd ſi enim Eccleſia *Pulchra* ſit *ut caſtrorum acies ordinata*; illi ejus ſunt Imperatores, Duces, aliique, in ſuo quiſque ordine, præfecti. Si iſta Navis benè inſtructa; illi Naucleri ſunt & Conductores. Si iſta pulchrum ſit Ædificium Domuſque magnifica, quam Sapientia ſibi ædificavit; illi firmiſſimæ ſunt Columnæ. Si Turris eſt ipſa; illi Muri ſunt & Propugnacula, illi Vigiles & Defenſores.

Ipſi ſunt Eccleſiæ decus, in quibus ampliùs fulget Eccleſia. Ipſi columna firmiſſima, quibus in Chriſto fundatis nititur omnis multitudo credentium. Ipſi janua civitatis æterna, per quos omnes qui credunt in Chriſtum, ingrediuntur ad Chriſtum. Ipſi janitores, quibus data ſunt claves regni Cælorum. Ipſi etiam diſpenſatores regiæ domûs, quorum arbitrio in aula regis æterni dividuntur gradus, & officia ſingulorum. S. Proſp. de vit. act. lib. 2. cap. 2.

PUNCTUM III.

At verò ne uſque adeò in contemplandis hiſce titulis, qui tibi ceu Eccleſiaſtico competunt, evaneſcas, ut tui ipſius obliviſcare. Scrutare potius, an nihil tibi deſit eorum, quæ ad univerſa hæc munia requiruntur. Eccleſia, à qua miniſterium æquè ac nomen ſortitus es, teſte Apoſtolo, nec maculam habet nec rugam: tunè ei ſimilis? tibinè puritas carnis & ſpiritus? Quòd ſi fortè coinquinatus es, non metuis, ne oculos ſuos à Sponſa Filii ſui, cujus tu perſonam geris, avertat Pater cæleſtis? Siquâ in hac acie præfecturâ donatus es, ubi arma tua? ubi curæ? ubi vigiliæ? ubi victoriæ? Si una es ex columnis ejus, quæ firmitas tua? quæ fides? Si de numero cuſtodum ejus, quid reſpondebis ſemel iterumque rogatus: *Cuſtos quid de nocte?* Iſaiæ 21. 11.

Caſtrorum acies ordinata. Cant. 6. 9.

Sapientia ædificavit ſibi, domum; excidit columnas ſeptem. Prov. 9. 1.

Muri illius ſunt ſacerdotes, cæterique Doctores. S. Chryſ. hom. 10. op. imp.

Ego dedi te in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnem terram. Ier. 1. 18.

Non habens maculam aut rugam. Eph. 5. 27.

Cum extenderitis manus veſtras, avertam oculos meos à vobis; manus

21. 11. Nonne & tu fortaſſis de grege eorum, qui non ſolatio ei, ſed oneri: non honori, ſed dedecori: non denique firmamento ei ſunt, ſed everſioni?

Satage, omnes horum nominum ſignificationes ritè adimplere: alioquin non honor & laus; ſed repulſa te manet à Deo & ignominia: ipſe eſt, qui haſce tibi per vatem ſuum minas intentat:

Quia receſſiſtis de via & irritam feciſtis pactum Levi: propter hoc & ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis. Mal. 1. 8. & 9.

enim veſtra ſanguine plena ſunt. Lavamini, mundi eſtote, &c. Iſa. 1. 15. 16.

Laboravi ſuſtinens. Iſa. 1. 14.

Vos autem inhonoraſtis me. Ioan 8. 49.

Filii matris meæ pugnaverunt contra me. Cant. 1. 5.

Quantâ virtute non ſuâ tantùm unius, ſed & cœleſti præditum eſſe convenit, cui ſorte obtigit, ut Chriſti ſponſam colat ornetque? S. Chryſ. l. 3. de ſacerdot. c. 5.

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

MEDITATIO II.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici deducta ex Authore ejus CHRISTO JESU.

1. Salvator noſter Ordinis Author Eccleſiaſtici, quemadmodùm Regni ſui Rex, ita & ipſe Eccleſiæ ſuæ Præfectos creat.
2. Quodnam hos inter & illos diſcrimen?
3. Quo in pretio deinceps habendi ſint Eccleſiaſtici?

Eritis mihi peculium de cunctis populis, & regnum Sacerdotale & gens Sancta.

Hæc Deus olim Tribui Leviticæ, quam à vulgari populo ſegregabat, præſagiens utique, quid in Nova Lege Statum inſtituens Eccleſiaſticum, cujus Levitæ non niſi umbram præ ſe ferebant, facturus eſſet.

PUNCTUM I.

UT meliùs capias pretium & reverentiam, quæ ſtatuì debentur Eccleſiaſtico, CONSIDERA, ſublimem hanc Novæ Legis conditionem neque per homines neque per Angelos, ſed per ipſum Dei filium pro poteſtate ſibi juxta Joannem à Patre data, fuiſſe diſpoſitam. Et ſanè, quemadmodum nonniſi Regis eſt, Regni ſui creare præfectos; ita nec eſt niſi Domini

Etenim ſacerdotium ipſum in terris quidem peragitur; ſed in rerum cœleſtium claſſem ordinemque referendum eſt. Atque id perquàm meritò: Quippe non mortalis quiſquam, non Angelus, non Archangelus, non alia quævis creata potentia, ſed ipſe Paracletus

mini totius univerſi varias hominum conditiones diſpertiri.

PUNCTUM II.

MAGNUM tamen hos inter & illos eſt diſcrimen. Imprimis quia Rex præfectis, quos creat, exiguam modò poteſtatis ſuæ portionem impertit; at verò I. C. tantùm dat Eccleſiaſticis, quantùm ipſe à Patre accepit. Deindè poteſtas, quam ſuis Princeps largitur, admodùm limitata eſt, nec res concernit niſi temporales; Eccleſiaſticorum verò, qui Miniſtri ſunt Præfectique Divini, humanas tranſcendit cogitationes, ipſos quodammodò cælos inferoſque pervadens, neque rerum ſatagens niſi ſpiritualium. Miniſterium denique erectum à Principe pro libitu ejus & revocari poteſt; gradus autem honoris & dignitatis, quicumque Statui Eccleſiaſtico annexus eſt, tamquam participatio quædam Sacerdotii Filii Dei, quod proculdubio æternum eſt, æternus quoque eſt & irrevocabilis.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quod deinceps pretium Statui Eccleſiaſtico ſit, inſtituto ſcilicet à Rege Regum tamque prodigioſis donato prærogativis, cùm tanti ſoleant à mundo fieri, quæ per Reges terrenos præfecturæ & officia erecta ſunt. Expende, quàm ſatagere debeant Eccleſiaſtici, ne miniſterium ſuum dehoneſtent, quàm ſedulò perdiſcere munia ejus & obligationes, quàm accuratè peragere. Reſpice ſedulitatem Miniſtrorum terrenorum, quorum tamen miniſterio vel ob Authoris reverentiam tuum eſt ſine modo præſtantius, & pudeat, tam parvi hactenùs id tibi fuiſſe. Conſidera tuam ad Statum illum Divinum indignitatem & profundiſſimâ erga eum reverentiâ inclinare. Hâc deſtitutus nihil unquam efficies; hâc perculſus ad omnes muneris

ordinem hujuſmodi diſpoſuit, qui mortalibus hominibus etiamnùm in carne manentibus author fuit, ut Angelorum miniſterium animo conciperent. S. Chryſ. l. 3. de Sac. c. 3.

Ipſe fecit nos regnum & ſacerdotes Deo, & patri ſuo. Apoc. 1. 16.

Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Ioan. 20. 21.

Etenim qui terram incolunt, atque in ea verſantur, his commiſſum eſt, ut ea quæ in cælis ſunt, diſpenſent: iis datum eſt, ut poteſtatem habeant, quam Deus optimus neque Angelis, neque Archangelis datam eſſe voluit. Habent quidem & terreſtres Principes vinculi poteſtatem: verum corporum ſolum; id autem quod dico ſacerdotum vinculum, ipſam etiam animam conſtringit, atque ad cælos uſque pervadit. Et poſt pauca. *Pater omne judicium filio dedit: cæterum video ipſum omne judicium à Dei filio traditum.* S. Chryſ. l. 3. de Sac. c. 4.

Tu es ſacerdos in æternum. Pſal. 109. 4.

Sempiternum habet ſacerdotium. Hebr. 7. 24.

Manet in ordinatis ſacramentum ordinationis. S. Aug. l. 2. cont. ep. Parm. c. 13.

Ipſe fundavit eam altiſſimus. Pſal. 26. 1.

Filii hujus ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. Luc. 16. 8.

Digitized by Google

ris tui partes perfectiſſimè explendas idoneus evades.

Nunquid non filius Jemini ego ſum de minima tribu Iſraël, & cognatio mea noviſſima, inter familias Benjamin? 1. Reg. 9. 21.

Hanc hodie poſtula à Chriſto Domino, ut ampliori cum fructu & affectu audire valeas & meditari proponendas deinceps de vita Eccleſiaſtica veritates, quibus utique profunda hæc reverentia pro fundamento ſubſternenda eſt. Hunc in finem te illi exhibe; ille enim, qui, teſte Apoſtolo, per communicationem ſpiritûs ſui

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Pſal. 84. 9.

Idoneos nos fecit Miniſtros Novi Teſtamenti. 2. Cor. 3. ℣. 6. Et dic ei cum Samuële:

Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico. Iſa. 50. 5.

Loquere Domine; quia audit ſervus tuus. 1. Reg. 3. 9.

Ecce ego, Domine, quia vocaſti me. 1. Reg. 3. 5. & ſeq.

MEDITATIO III.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici deducta ex fine ejus quoad Deum.

1. Quàm nobilis ſit Status Eccleſiaſticus ob finem ejus quoad Deum?
2. Totum Eccleſiaſticorum negotium verſari debet in actibus Religionis.
3. Quinam ſint hi actus?

Secundùm altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum? Pſal. 11. 19.

Domine, inquit Pſaltes, ad prodigioſam filios hominum evexiſti dignitatem, reddens eos participes arcanorum tuorum & poteſtatis, admittenſque ad familiare Majeſtatis tuæ contubernium, ad ſcabellum uſque Throni tui.

Elevaſti, extuliſti. ἐπῆρας ὕψωσας Ita Chryſoſt. in Pſalm. 173.

PUNCTUM I.

EXPENDE, juxta hæc verba, quàm nobilis ſit Eccleſiaſticorum Status, cùm tam propinqui Divinæ jungantur Majeſtati, tamque ſingulariter ſint electi, ut debitum Deo, ob infinitam ejus excellentiam, honorem reddant & reverentiam; aliquâ ſaltem ex parte imitantes in

Iam non dicam vos ſervos; quia ſervus neſcit, quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis. Joan. 15. 16.

Digitized by Google

Ego te clarificavi ſuper terram, manifeſtavi nomen tuum hominibus. Ioan. 17. 4. & 6.

in eo Chriſtum Dominum, qui non venerat, inquit, niſi ut honorificaret Patrem ſuum: *Ego honorifico Patrem meum.* Joan. 8. 49.

Utque meliùs capiatur hæc veritas,

PUNCTUM II.

Sibi eos ad ſerviendum aſcivit, & familiares in tantum ſibi eſſe voluit, ut etiam aliorum hoſtias per eos acceptaret, atque eorum peccata donaret, ſibique reconciliaret. Pontitianus ep. 2. ad Felicem.

Num parum vobis eſt, quòd ſeparavit vos Deus, & junxit ſibi, ut ſerviretis ei in cultu tabernaculi, & ſtaretis coram frequentia populi & miniſtraretis ei. Num. 16. 9.

Aſſumptio religioſi nominis, ſponſio eſt devotionis. Salu. l. 1. de Eccl. Cath.

COGITA, Religionem cæteras inter virtutes eam eſſe, quæ debitum Deo cultum honoremque reddit: atque adeò Eccleſiaſticos, qui Religionis, ut vidiſti, veluti baſes ſunt & fundamenta, totos in ejus actibus eſſe debere: Et ſanè non exiguam Deo ſimul & conditioni noſtræ irrogamus injuriam, ſi quando ad terrenorum curam nos abjicimus, quibus negotium eſt ſine fine nobilius. Numquid enim ille Majeſtati Regiæ foret injurius, qui accitus ad familiare ejus conſortium, latuſque ſtipandum, tanti honoris incurius, cum abjectiſſimo Domini ſui famulitio, aut, quod pejus eſt, cum hoſtibus ejus tempus contereret?

Credidiſtinè adhuc, Statum Eccleſiaſticum non aliam ob cauſam fuiſſe inſtitutum, quàm ut Deo Miniſtri eſſent, qui totum vitæ ſuæ decurſum honori ejus conſecrarent? Idcircò ſcilicet & à ſacris Canonibus & ab ipſis Legibus Religioſiſſimorum nomine donati ſunt.

PUNCTUM III.

Orationi inſtate vigilantes. Col. 4. 2.

Converſatio noſtra in cælis eſt. Phil. 3. 20.

Sive manducatis, ſive bibitis, omnia in gloriam Dei facite. 1. Cor 10. 31.

Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Ioan. 13. 15.

Ego elegi vos de mundo. Ioan. 15. 19.

Cui portio Deus eſt ni-

CONSIDERA, actus Religionis, quibus ab Eccleſiaſticis debitus Deo cultus honorque reddendus eſt, eſſe bonam orationem, ſacrificium, officium Divinum, frequentem Dei conſpectum, quidquid ſumus, ad ejus gloriam, quidquid agimus, ad imitandum D. N. JESUM CHRISTUM, unicum illud Eccleſiaſticorum exemplar, referendo; utpotè qui vitæ ſuæ nullum finem præfixerit quàm Patris ſui honorem & gloriam, quam & laude & benedictione & adoratione & gratiarum actione & amore & nobiliſſimâ in-

cen-

tentione, quibus omnia ſua opera condecorabat, procurare ſtudebat.

Verum id quidem (neque enim alium finem operibus ſuis præſtituere potuit) dum te hominem fecit Deus & hominem Chriſtianum, ad honorem ſuum fecit & gloriam: Verum enim verò ad hanc promovendam ſtrictiore vinculo vel eò obſtringeris, quòd Eccleſiaſticus es; Idcircò ſcilicet habitus tuus habitus dicitur Religionis, idcircò omnes hebdomadæ dies feriæ tibi nuncupantur, ut iis feriandum tibi eſſe noveris, id eſt vacandum à ſæcularibus, ut vaces Divinis.

...hil debet curare, niſi Deum, nec alterius impeditur neceſſitatis munere: quod enim ad alia officia confertur, hoc Religionis cultui atque huic officio noſtro decerpitur. S. Amb. de fug. ſæc. refertur 12. quæſt. 1. c. eod.

DISCUTE te modò & vide, quid honoris ei reddas: quid Sacrificii offeras de corpore tuo, de anima, de tempore, de negotiis tuis: Quam orationem & quî exerceas: Ecquid fortaſſe tœdii perſentiſcas, quando vel horæ dimidium cum Deo agendum eſt.

Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. 1. Reg. 2. 30.

MEDITATIO IV.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici deducta ex fine ejus quoad homines.

1. Eccleſiaſtici ſunt Dei cooperatores quoad ſalutem animarum.
2. Magnum diſcrimen, quod indè reſultat, inter gratiam Eccleſiaſticorum cæterorumque Chriſtianorum.
3. Quid Eccleſiaſtici, quà tales, proximo debeant.

Dei adjutores ſumus. 1. Cor. 3. 9.

Vocati ſumus, inquit Paulus, ad Statum Eccleſiaſticum, ut Deo quoad ſalutem proximi cooperemur.

Græcè συνεργοί, id eſt cooperatores.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd Dominus noſter aſcenſurus ad cælos, Eccleſiaſticos ſuiipſius Vicarios reliquerit in terris, perfecturos mag-

Dominus noſter IESUS CHRISTUS *è terris aſcenſurus ad cælos, ſacerdotes ſui ipſius vicarios reliquit, tanquam præſides*

Digitized by Google

magnum illud redemptionis opus, cujus ergò de cælo deſcenderat. Idcircò Apoſtolus Miniſtros eos appellat Jesu Christi, id eſt Vicarios ejus; quia Deum inter & homines cum ipſo agunt mediatores: Ex quo fit, ut eorum nomine loquens dicere non vereatur: *Pro Chriſto legatione fungimur.* Atque hoc eſt, quod SS. Patribus tam præclaros expreſſit titulos, quibus Eccleſiaſticos condecorarunt, vocitantes eos v. g. Salvatores, Redemptores, Paſtores & Medicos, Patres Chriſtianorum ſpirituales: Quia nimirùm ab his danda eſt, ſi quam Chriſtiani recipiunt gratiam: Si iſti purgandi, illuminandi, perficiendi; univerſa hæc illorum ſunt munia: Verbo, ſi Chriſtiani ſalvantur, miniſterio ſalvantur Eccleſiaſticorum.

& judices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in qua Chriſti fideles ceciderint, &c. Conc Trid ſeſſ. 12. c. 6. de Conf. in princip.

In opere creationis non fuit qui adjuvaret ſpiritum Domini, aut conſiliarius ejus eſſet, in myſterio verò redemptionis noſtra voluit habere coadjutores. Pet. Bleſ. ſer. de vit. & offic. Presb. & Cler.

Parentes nos in præſentem, ſacerdotes in vitam æternam generant. S. Chryſ. de ſacram. c. 5

Non ſibi uni tantum, ſed multis populis vivit Clericus. S. Chryſ. l. 3. de ſacr. c. 9.

Sacerdotes & ſuo, & Apoſtolorum loco funguntur, propter quod etiam Eccleſiarum Apoſtoli nominatur. S. Hiero. in 1. Cor. 1.

Quantus honor! in negotio tam gravi ſalutis humanæ Dei eſſe coadjutorem, munerisque nobiliſſimi Domini N. J. Christi, qui venit peccatores ſalvos facere. 1. Tim. 1. 15. participem fieri.

PUNCTUM II.

Considera diſcrimen, quod ex hac veritate reſultat, inter gratiam Eccleſiaſticorum cæterorumque Chriſtianorum: Horum enim gratia nonniſi Sanctos efficit; illorum Sanctificatores; horum filios creat; illorum Patres: Horum gratia abſolvit reos; illorum conſtituit Judices. Conjice indè, quàm arctè Chriſto Domino ſis obſtrictus, qui Eccleſiaſtici titulo te cohoneſtans, copiosâ hac gratiâ tantùm cumulavit, quantùm in Eccleſia gradum honoris conſecutus es.

PUNCTUM III.

Considera, univerſos hoſce titulos glorioſos reduci ad duo, quæ proximo debemus. Primum eſt Inſtructio; *Euntes*, inquit Dominus, creans nos Eccleſiæ Miniſtros, *docete omnes gentes.* Matth. 28. 20. Hoc à te exigit mu-

Ego poſui vos, ut eatis & fructum afferatis & fructus veſter maneat. Ioan. 1. 16.
Vos eſtis lux mundi.
Non poteſt civitas ab-

nus

Digitized by Google

nus Eccleſiaſtici, ubicumque fueris, ſive ruri, ſive in urbe, ſive in loco publico ſive privato: nuſquam deeſt opportunitas. Alterum eſt bonum exemplum; vos enim eſtis lux mundi, inquit idem Dei Filius; ſi ergo lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint, ecquis alios illuminare poterit? Examina te in hiſce duobus; hæc enim neceſſaria ſunt & individua conditionis tuæ munia: quot omiſiſti, quot neglexiſti occaſiones docendi eos, quorum ignorantia documenta tua vehementer expetebat? quantùm perverſi exempli, quantùm ſcandali verbo & opere, ſocordiâ præbes & ignaviâ? Decerne meliora & ſubeat tibi illud Salvatoris: *Væ ei, per quem ſcandalum venit.* Matth. 18. 7. Luc. 17.

ſcondi ſupra montem poſita. Matth. 5. 14.

Vide, ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint. Luc. 11. 35.

Tu te omnibus exhibe, cogitans te omnium ſervum, nec tibi ſed cunctis genitum te vivere credas: datum indoctis doctorem, conſolatorem pauperum, ſolatium oppreſſorum, patrem orphanorum, defenſorem viduarum, & omnibus debitorem. Petr. Bleſ. de inſtruct. Epiſc. cap. 4.

Si hoc in quibuſque hominibus, quantò magis in Eccleſiaſticis obtinet, utpotè quos ex vi muneris ſui aliis præbere oporteat virtutis exempla.

Væ mihi, ſi non evangelizavero, neceſſitas enim mihi incumbit. 1. Cor. 9. 19.

Scandalizaſtis plurimos in lege. Mal. 2. 7.

Utilius eſt illi, inquit Evangelium, *ſi lapis molaris imponatur circà collum ejus & projiciatur in mare.* Luc. 17. 2.

MEDITATIO V.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici quatenùs confertur Statui Laico.

1. Præſtantia Statûs Eccleſiaſtici ſupra Laïcum in ſegregatione, quâ Deus alterum ab altero ſecernit.
2. Eccur Deus hos ita ſecernat?
3. Reflexio ſuper gemina hac veritate.

Vos de mundo non eſtis, elegi vos de mundo. Joan. 15. 19.

PUNCTUM I.

CONSIDERA in pauculis hiſce verbis Statûs Eccleſiaſtici præ Laïco præſtantiam: quemadmodùm enim Dominus Noſter

Ego Dominus Deus veſter, qui ſeparavi vos à cæteris populis. Eritis mihi ſancti, quia ſanctus

ſum ego Dominus, & ſeparavi vos ut eſſetis mei, Lev. 20. 24. & 26.

Audite filii Levi, non parum vobis eſt, quod ſeparavit vos Deus Iſrael ab omni populo. Num. 16. 8. & 9.

ex immenſa illa multitudine Paganorum Chriſtianos; ita & ex immani iſto numero Chriſtianorum ſelegit ſecrevitque Eccleſiaſticos. Eſt illa familiaris Scripturæ phraſis, quandocumque de ſeligendo quopiam agitur ad Miniſterium Eccleſiaſticum: *Segregate mihi Saulum & Barnabam.* Act.13. 2. Separate eos de grege hominum. Dominus quoque Levitas compellans: *Ego Dominus Deus veſter*, ait, *qui ſeparavi vos à cæteris populis.* Levit.20. 24.

PUNCTUM II.

Ut quid enim à populo ſegregantur, & munus Deo ſpecialiter ſunt, niſi ut diviſam à populo vivendi regulam teneant, & ceremoniis divinæ legis jugiter excubantes inſiſtant? Pet. Dam. ep. 1. c. 2.

CONSIDERA, ſegregationem hanc Eccleſiaſticorum ita à Deo inſtitutam, non, ut eos tantummodò dignitate ſuper Laicos evehat; ſed Divinioribus eos functionibus obſtringat, dum vilioribus abſtrahit atque terrenis, quorum ſervituti, vi conditionis ſuæ, Laici obnoxii ſunt. Quid? quòd ita illos vitæ ſuæ puritate ac ſanctitate indigitare voluerit, quidquid in hiſce vitioſum eſt minuſvè perfectum; viventes ſcilicet à nuptiis, divitiis, honoribus & quocumque ſeculari affectu contubernioque prorsùs alienos. Ex quo fit, ut S. Hieronymus duo deſcribens genera Chriſtianorum: *Unum eſt*, inquit, *quod mancipatum Divino officio & debitum contemplationi & orationi ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare convenit; aliud autem, ut ſunt Laïci, quibus licet temporalia poſſidere, uxorem ducere, terram colere*: quaſi dicat, hæc non licere Eccleſiaſticis; utpotè quibus negotia ſint ſanctiora, cumque iſtis non conferenda.

PUNTUM III.

Qualis erit ædificatio diſcipuli, ſi intelligat ſe magiſtro eſſe meliorem? S. Hier. S. c. 2. Tit.

Sicut Dominus, ſic ſervus, ſicut populus, ſic ſacerdos. Cap. 24. Iſa. [illegible]

CONSIDERA, quòd ſi Salvator noſter ſegregans Eccleſiaſticos, ſecernenſque à vulgo populi, docere eos voluerit à moribus negotiiſque popularibus eſſe debere alienos: Quò jam deciderit Status Eccleſiaſticus, ubi innumeros vi-

videre eſt Clericos longè inferiorem pleriſque Laicis vitam agentes. Magno utique pudori eis eſſe deberet, vel æquari Laicis; quanto ergo erit, etiam ſuperari? Iſaias plangens ærumnas ſuæ tempeſtatis, uſque adeò collapſam dicit eſſe virtutem, ut ſicut populus, eſſet & Sacerdos: At verò longè ampliùs noſtro ſæculo hoc malum ſerpſit, dum Eccleſiaſtici ipſo nonnunquam populo ſunt deteriores. Quæ nobis confuſio? quæ cauſa timendi, ne præparata nobis miniſterii merces transferatur in Laicos? Neque enim Deus in judicio ſuo Characterem aut Miniſterium aut Dignitatem coronat Eccleſiaſticam; ſed merita tantùm & virtutes, ubiubi ſe offerant.

ce Sidon, ait mare. Erubeſcant ſacerdotes, ſi ſacratioris vita inveniuntur laici, qui hujus mundi fluctibus ſunt immerſi. Revera bobus aratrum anteferrur, & in ruinam vergit domus, cum ſubditus Prælato æqualis, aut melior invenitur. Petr. Bleſ. ſerm. 12. de vit. & mort. Presb. & Cleric.

Metue, metue ſententiam hanc Filii Dei verè metuendam: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.* Matth. 21. 43. Certè non tua tantummodò res hîc agitur; ſed & Eccleſiæ; quoniam, teſte S. Hieronymo:

Laicus in die judicii ſtolam ſacerdotalem accipiet, & ab eo chriſmate ungetur in ſacerdotium: ſacerdos autem peccator ſpoliabitur ſacerdotii dignitate, quam habuit, & erit inter fideles & hypocritas. S. Chryſ. 40. ep. temp.

Valdè Eccleſiam Dei deſtruit, meliores eſſe Laicos, quàm Clericos. In cap. 2. ad Tit.

Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei. Matth. 21. 31.

MEDITATIO VI.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici, quatenùs confertur Ordini Levitico.

1. Præſtantia Clericatûs præ Dignitate Levitarum Veteris Legis.
2. Quàm hic Levitarum Ordo Iudæis eſſet venerabilis?
3. Ecquid ex hac collatione de Clericis ſtatuendum ſit?

Magna erit gloria domûs iſtius noviſſimæ, pluſquàm primæ. Agg. 2. 10.

Hæc Deus de templis noſtris cum Iudæorum collatis, non abs re accommodanda iis, qui his & illis præfecti ſunt.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quantùm interſit inter eos, qui tempore Veteris Legis, quique modò inter Chriſtianos Divino cultui con-

Hæc ſunt hæreditaria ſucceſſiones Pontificum, vel uni Levitica tribui miniſteria aſſignata, ſed

Digitized by Google

conſecrati ſunt. Imprimis quemadmodùm Lex iſta imperfecta erat ejuſque carnale Sacerdotium, ita & in munia ejus jure hæreditario ſuccedebant: At verò, cùm æternum ſit & ſpiritale Sacerdotium Chriſti, voluit Miniſtros ſuos electione creari; adeò ut, quod illis natura, hoc iſtis conferret gratia atque Unctio Spiritûs. Prætereà omnis Veterum illorum Miniſtrorum ſplendor & prærogativa, uti & cætera quæque myſteria, nonniſi typus erant atque umbra eorum, quibus nos modò præfulgemus; quantùm itaque veritas umbræ, tantùm Status Eccleſiaſticus Levitico præſtat. Et tamen

de omni tribu & genere, & lingua, quos dignos & idoneos divina probat electio, ſecundum vitæ, non generis meritum, ſtatuit ſacerdotes. S. Cypri. ſer. de unct. Chryſ.

Non quod caro & ſanguis creavit, eligitur, ſed ceſſante privilegio patrum, & familiarum ordine prætermiſſo, eos rectores Eccleſia accipit, quos Spiritus ſanctus præparavit, ut in populo adoptionis Dei, cujus univerſitas ſacerdotalis atque regalis eſt, non prærogativa terrenæ originis obtineat unctionem, ſed dignatio cœleſtis gratiæ gignat antiſtitem. S. Leo ſer. 1. in anniv. Aſſum. ſuæ.

Quod illis fuit naſci, hoc nobis imbui; illos tabernaculo dabat natura, nos altaribus parturit diſciplina. Horſmid ep. 25.

PUNCTUM II.

CONSIDERA quàm hic Levitarum Ordo Judæis eſſet venerabilis, quantæ poteſtatis, quanti pretii vel apud Deum? 1. Quando ſe partem eorum dicit atque hæreditatem: *Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſraël.* 2. Quando eos Chriſtos ſuos nuncupat: *Nolite tangere Chriſtos meos.* Pſ. 14. 13. 3. Quando eorum injuriam ſuam reputat, tantoque eos in pretio habet, quanto pupillam oculi ſui: *Qui vos tetigerit, tangit pupillam oculi mei.* Zach. 2. 5.

PUNCTUM III.

CONCLUDE hinc, quanti ſint apud Deum Novæ Legis Miniſtri, cui tanti fuêre Veteris: Quod ſi enim (ut cum Apoſtolo ratiocinemur) tam longè Lex Nova præeat Veterem, quàm Chriſtus Moyſen, quorum ille priorem, iſte tulit poſteriorem, ſequitur profectò, idem illud intervallum, quod inter binos hoſce Legiſlatores, inter Miniſtros quoque ab utroque inſtitutos reperiri debere. Confer modò Synagogæ ſtatum cum Eccleſiæ, illius ceremonias cum noſtris, & deduc indè, quàm veſtra dignitas præcellat Leviticæ, quàm vos Deo ſitis & Filio ejus

Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, quanto honorem ampliorem habet domus qui fabricavit illam. Heb. 3. 3.

Qualis terrenus, tales, & terreni: qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. 1. Cor. 15. 18.

Proh pudor! major à filiis Levi ſervabatur reverentia Synagogæ, quàm nunc à miniſtris Chriſti deferatur Eccleſiæ. Petr.

Digitized by Google

eius pretioſi. Ac proindè ſi à Miniſtris Veteris Legis, quantumcumque imperfectæ, tantam exegerit Deus pietatem, priusquam ad altaria ſua eos admitteret; quantam, putatis, à vobis exacturus eſt, ut Miniſterii veſtræ excellentiæ utcumque reſpondeatis?

Contremiſce, dùm tanto te vides intervallo ab illa etiamnùm diſſidere, omnem impende operam, ut ad eam pertingas, ne fortè, ut ipſe minitatur, *percutiat te Dominus.* Obſerva itaque illud Sapientis:

Quanto magnus es, humilia teipſum in omnibus. Eccl. 3. 20.

Damaſc. opuſc. 8. c. 4. *Homo qui habuerit maculam, non accedet ad miniſterium.* Lev. 2. 17. & 18.

Cum lex illa data fuerit per ſervum, Evangelica vero gratia ſit collata per Dominum, necesse eſt ut aliud a Levitis Synagogæ, aliud nunc à Clericis exigatur Eccleſiæ. Pet. Dam. opuſc. c. 2.

Ne percutiat eos Dominus. Exod 12. 22.

Nonne cum eſſes parvulus in oculis tuis, caput factus es in tribubus Iſrael? Reg. 15.

MEDITATIO VII.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici deducta ex collatione ejus cum ſimplicibus Religioſis.

1. Diſcrimen inter Statum Religioſorum & Clericorum.
2. Quid ex hoc diſcrimine conſectaneum ſit?

Domini eſt aſſumptio noſtra. Pſalm. 88. 19.

Ita appellatur promotio ad Ordines, & ingeſſus in Statum Eccleſiaſticum, cùm Profeſſio, quam in Cœnobio emittit Religioſus, voluntaria potiùs ſuiipſius oblatio ſit, quàm aſſumptio: Religioſi enim eſt, dedere ſe & devovere Religioni; At verò non niſi Dei eſt & Eccleſiæ ejus nomine, aſſumere & ſeligere Eccleſiaſticos.

Ideo Levi interpretatur aſſumptus: Beatus quem aſſumpſiſti. Pſalm. 64. 5.

Segregare mihi Saulum & Barnabam, in opus, ad quod aſſumpſi eos. Act. 13.

PUNCTUM I.

Conſidera diſcrimen hunc inter & illum ſtatum. Imprimis Religioſorum Status Pœnitentiæ eſt; Eccleſiaſticorum perfectionis: perfectionis, inquam, partim conſiſtentis in ſanctitate ejus atque ſtabilitate, partim in conſecratione Miniſtrorum ad eumdem ſelectorum. Atque hinc eſt, ut primis Eccleſiæ incunabilis Pœnitentia publica, quantacumque vitæ

S. Thom. 2. 2. q. 184. a. 8. Hoc videre eſt in Con. c. Agath. c. 50. Epaunenſi, c. 22. Tolet. 4. c. 13. & 44. Tolet. 6. & aliis paſſim.

Et annuerunt ſociis, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos. Luc. 5. 7.

Digitized by Google

vitæ ſanctitas eam ſubſequeretur, legitimum haberetur ineundi Clericatûs impedimentum. Id autem nunquam in Monaſteriis obtinuit; utpotè quæ velut aſyla quæpiam ſemper habita ſint, ad quæ facinoroſi quique peccatores; imò & iniquè viventes Eccleſiaſtici ablegarentur: Deindè primarius Religioſorum ſcopus ſalus eſt propria. Quod ſi & in alienam colliment, agente tantùm & movente hoc agunt charitate; Eccleſiaſtici verò non tam ſui ſunt, quàm aliorum, ita ut cum Salvatore noſtro profiteri debeant, dum ſe ſanctificant: *Pro eis ſanctifico meipſum.* Joan. 17. 19. Item cum Apoſtolo: *Quærens, non quod mihi utile eſt; ſed quod multis.* 1. Cor. 10. Quia nimirùm ipſo juſtitiæ officio ad hoc obſtringuntur.

Monachorum certamen ingens, ac labor multus eſt: verum ſi conferre quis volet inſtituti illius ſudores, cum rectè adminiſtrato ſacerdotio: certè tantum eſſe inter illa duo diſcrimen comperiet, quantum eſt inter privatum ac Regem intervallum. S. Chryſ. l. 6. de ſac. c. 4.

Monaſticus ordo debet ſequi ſacerdotales ordines, & ad eorum imitationem ad divina aſcendere. S. Dionyſ. cap. 6. Hier. Eccl.

Fer modò ſententiam, vide, uter horum Statuum, quod in ſe ſunt, conſideratorum nobilior ſit præſtantiorque: cùm Deus ad Statum Eccleſiaſticum quempiam eligens, unà eum conſecrando ad perfectionem aſtringat; ubi obligatio Religioſi non aliundè quàm ex propria ejus voluntate promanat. Atqui, ſi hoc ita eſt,

PUNCTUM II.

CONSIDERA quid conſequentiæ, aut erubeſcentiæ potiùs ex eo deducendum ſit: Ubi nunc Eccleſiaſtici, qui vivant ut Religioſi? Ubi nam ſic probantur ad Statum admittendi Eccleſiaſticum, quemadmodùm ad Religionem? Ubinam inter Eccleſiaſticos voluptatum & honorum contemptus? Ecquis noſtrûm ad eam, quam debet, annititur perfectionem? Non immeritò ſanè Sæculares dicimur; Sæcularium ſiquidem in morem vivimus, nec ad perfectiora, quam eos, aſtringi nos credimus. Quid? quòd omnes inter conditiones, ſi rectè calculum ponis, nullam protsùs ſit reperire, ubi vita ab inſtituto ac fine ſuo tam procul abludat.

Ex eis qui in monaſterio permanent, non niſi probatiores atque meliores in clerum aſſumere ſolemus, niſi fortè, ſicut vulgares dicunt, malus choraula bonus Symphoniacus eſt: ita iidem ipſi vulgares de nobis jocabuntur, dicentes, malus Monachus, bonus Clericus eſt, &c. Vix bonus Monachus, bonum Clericum facit. S. Aug. ep. 76. refert. 16. q. 1. c. legi.

Sicut Laicus ſic & clericus, uterque cupit, uterque diligit mundum, &

Quid

Quid tibi videtur? numquid hoc extremum chaos eſt, vel ſanguineis lachrymis deplorandum? Reformantur indies Monaſteria; & nihil tu ad Statûs Eccleſiaſtici reformationem conferre queas? Non te ſupplicem exhibere cupiam Dominorum noſtrorum Epiſcoporum, ut unicam illam reformandi Cleri methodum, id eſt, Seminaria erigant? Quod ſi non liber ſatis ad eos pateſcat aditus, Deum certè aſſiduâ prece hunc in finem adire non deſine. Incipe ſaltem à temetipſo, teque eo in Statû, quem Deus & Eccleſia exigunt, conſtituere ſatage, ut veluti forma quædam & exemplum ab aliis ſuſpiciare: nam

Qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit? Eccli. 14. 5.

ea quæ in mundo ſunt. S. Bern. in Syn. Rom.

Reſipiſcamus tandem, evigilemus quaſo, cæleſtem in terris converſationem præferamus. S. Chryſ. hom. 20. in 1. Tim.

Nemo eſt qui recogitet corde. Ier. 12. 11.

Sic vive in Monaſterio, ut merearis fieri Clericus. Aiebat S. Hier.

✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤

MEDITATIO VIII.

Concluſio Meditationum præcedentium velut repetitio quædam.

1. Anacephalæoſis eorum, quæ hucuſque de Excellentiâ Statûs Eccleſiaſtici dicta ſunt.
2. Tres concluſiones hinc deducendæ Eccleſiaſticis, ac imprimis pretium, quod Statui ſuo ponere debent.
3. Methodus nutriendi ac conſervandi hujuſmodi pretium.

Hæc meditare, in his eſto, ut profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. 1. Tim. 4. 15.

Si in vita Eccleſiaſtica proficere deſideras, fundamentum tuum in veritatibus colloca huc uſque propoſitis, eaſque ſæpius ruminare. Quamobrem

PUNCTUM I.

REFRICA tibi memoriam eorum, quæ lapſis diebus de Statu Eccleſiaſtico in genere meditatus es, & expenſâ ejus Excellentiâ, deductâ, 1. ex Authore ejus JESU CHRISTO, 2. ex fine ejus, ut ſcilicet acceſſus de-

Sacerdotes & Levitæ ipſi accedent ad me, ut miniſtrent mihi & ſtabunt in conſpectu meo, ut offerant mihi. Ezech. 44. 15.

Digitized by Google

Spiritus ſancti oracula, Patres animarum, Paſtores Eccleſiæ, Prophetarum filii, peccatorum populi ſpongiæ, pravæ doctrinæ hoſtes, &c. S. Greg. & S. Aug. ſerm. 36. ad Presb.

Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Pſalm. 83. 11.

detur hominibus ad Thronum ſupremæ Majeſtatis, debitum ei cultum honoremque reddituris, & quidquid populi ad ſalutem neceſſarium eſt, per functiones ſuas planè divinas impetraturis, 3. ex primatu ejus & prærogativis, quibus alios quoſcumque Status antecellit. Deduc indè tres haſce concluſiones magni ponderis, velut totidem praxes & veritates fundamentales, quas altiſſimè menti tuæ impreſſas oportuit, ſi ex his, quæ de quoque ſigillatim Ordine deinceps dicenda ſunt, aliquem libet fructum percipere.

PUNCTUM II.

Quantò anima corpore præſtantior eſt, tantò eſt ſacerdotium regno excellentius. S. Clem. de Conſt. Alp. l. 2. c. 34.

Tabeſcere me fecit zelus meus. Pſ. 118. 139.

Idcirco nempe nos ille elegit, ut ſimus quaſi luminaria, ut veluti fermentum evadamus, ut magiſtri cæterorum efficiamur, ut tamquam Angeli cum hominibus verſemur in terris, ut tanquam viri cum infantibus pueris, quaſi ſpirituales ex animalibus, &c. Nihil opus eſſet verbis, ſi in hunc modum vita noſtra ſanctitatis luce fulgeret. S. Chryſ. hom. 10. in 1. Tim.

Indignos vos judicaſtis. Act. 13. 46.

Nomen Dei per vos blaſphematur inter gentes. Rom. 2. 24.

Non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum. Matth. 16. 23.

Quæ carnis ſunt. Rom. 8. 5.

MAgno imprimis tibi in pretio, magno in honore Status ſit Eccleſiaſticus, vel minutiſſima quæque, quæ in eo ſe offerunt, expendenti: atque adeò pluris tibi Tonſura ſit v. g. pluris corona, Tonſuræ titulo, vertici tuo ſuperpoſita, quàm ſublimiſſimæ totius mundi dignitates, quàm Regum ejus & Imperatorum diademata. 2. Conſiderans diſciplinam Eccleſiaſticam in pleriſque Eccleſiaſticis uſque adeò degenerem, cæcitati eorum ingemiſce, ardentiſſimo illius reſtaurandæ zelo accendere, conferens ad hanc, quantùm in te eſt, probis exemplis, adhortationibus nervoſis, aliiſque ſimilibus, prout Spiritus ſuggeſſerit. 3. Non tibi ſufficiat, flagrare hoc zelo in temetipſo; enitere, ut inflammet & alios, ponens eis ob oculos miniſterii ſui dignitatem, ſcandala ex perverſorum vita Eccleſiaſticorum per Eccleſiam gliſcentia, cæteraque hujuſmodi.

Tantonè huc uſque in pretio res tibi fuerunt Eccleſiaſticæ? nullaſnè earum, tamquam te indignas, quandoque ſpreviſti? numquid vita tua plus ad vilitatem, ut ita dicam, Statûs Eccleſiaſtici, quam ad primævum ejus ſplendorem contulit? Pœniteat te horum delictorum, & quoad

PUNC-

Digitized by Google

PUNCTUM III.

CONSIDERA, ad pretii hujus nutrimentum, zelique conſervationem (quæ admodùm difficilia ſunt degentibus inter Sæculares, plùs nimiùm circà hanc materiam cæcutientes) nihil magìs conducere, quàm Orationi ſæpiùs & lectioni ſe dedere, quàm conferre cum miniſterii ſui ſodalibus, quàm interrogare ſe quandoque in ipſo ejus exercitio: *Quò ſum vocatus?* Atque ita opere non minùs quàm verbo dicere aliquando licebit cum Apoſtolo:

Honorificabo miniſterium meum. Rom. 11. 13.

MEDITATIO IX.

De impedimentis Canonicis, quæ Statui Eccleſiaſtico quempiam inidoneum reddunt; Quæ ſunt Irregularitates & Cenſuræ.

1. Duo impedimentorum genera Statui Eccleſiaſtico quempiam inidoneum reddunt.
2. Irregularitates & Cenſuræ.
3. Quid Eccleſiaſticis indè concludendum?

Homo de ſemine tuo, inquit Deus Aăroni, *qui habuerit maculam, non accedat ad miniſterium, ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi gibbus, albuginem habens in oculo, &c.* Lev. 21. 17. & ſeqq.

En, cui innitantur impedimenta Canonica, quæ hodie vigent in Eccleſia.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, duo eſſe impedimentorum genera, quæ Statui Eccleſiaſtico quempiam inidoneum reddunt.

1. Cenſura eſt, quæ nihil eſt aliud, quàm pœna quædam ſpiritalis & medicinalis, quæ uſu præ-

Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel parvo vel grandi & torto naſo, ſi fracto pede vel manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi jugem ſcabiem, ſi impetiginem

in corpore, vel ponderoſus. Ibidem.

Cæcus eſt, qui ſuperna contemplationis lumen ignorat.

Claudus, qui quidem quò pergere debeat, aſpicit, ſed per infirmitatem mentis, vitæ perfectæ viam non valet tenere, quam videt: Parvo naſo, qui ad tenendum menſuram diſcretionis idoneus non eſt: Fracto pede vel manu eſt, qui viam Dei pergere omnino non valet atque à bonis actibus funditùs excors vacat: Gibbus, quem terrenæ ſollicitudinis pondus deprimit, ne unquam ad ſuperna reſpiciat. Lippus, cujus quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, ſed tamen hoc carnalia opera, &c. S. Greg. Paſt. 1. c. 10. ubi vide reliq. fusè.

Qui non promoveantur ad ſacerdotium ex regulis Canonum: Qui in aliquo crimine diſtenti ſunt, qui infamiæ nota aſperſi ſunt. Qui, &c. defectu membrorum, &c. Qui ſecunda uxoris conjunctionem, &c. Qui viduam; qui concubinarias aut fornicarias habuerunt, qui ignoti ſunt, qui curiæ nexibus obligati ſunt, qui neſcii litterarum ſunt.

præſertim bonorum ſpiritalium fideles privat. Atque hæc triplex eſt, Excommunicatio, Suſpenſio, Interdictum.

2. Irregularitas eſt, à qua æquè ac Cenſura immunem eſſe oportet, quicumque non modò ad Ordines, ſed vel ad Tonſuram, quæ Ordinum janua eſt, admitti deſiderat. Cùm verò innumeræ ſint Irregularitates,

PUNCTUM II.

CONSIDERA, Irregularitatum duo eſſe genera; aliæ enim ex defectu in nobis exiſtente, aliæ ex delicto à nobis commiſſo oriuntur. Defectus autem communiores, quibus Statui quis Eccleſiaſtico ineptus redditur, ſunt ſeptem:

1. Defectus animi: quibus obnoxii ſunt mentis inopes, furioſi, lunatici, morbo comitiali laborantes, energumeni & poſſeſſi, qui neſcii litterarum ſunt, Neophyti, in publica degentes pœnitentia. Nota hos defectus, ut neque permittas, neque, quantùm in te eſt, umquam conferas, ut hiſce obnoxii ad Statum Eccleſiaſticum admittantur.

2. Defectus corporis: quibus obnoxii ſunt, qui membro quopiam deſtituti ſunt, qui deformitate quâdam, aut debilitate laborant, quâ ad obeunda omninò aut certè ſine grandi dedecore Ordinum munia redduntur inepti: v. g. qui muti ſunt, cæci ſunt, lævo carent oculo, leproſi ſunt &c.

3. Defectus natalium: v. g. ſi quis illegitimo thoro, aut etiam parentibus natus ſit Hæreſi immortuis.

4. Defectus boni nominis: cujuſmodi ſunt v. g. mimi, comœdi, aliique, quos Leges Civiles & Eccleſiaſticæ, aut crimen aliquod notorium & ſcandaloſum ab eis commiſſum infamiæ notant, v. g. ſacrilegi, concubinarii &c.

5. Defectus ætatis, quæ in Subdiaconis 22.

in

in Diaconis 23. in Presbyteris 25. annorum ſit, oportet.

6. Defectus manſuetudinis, cujuſmodi reperitur *in illis*, qui directè aut indirectè, juſtè aut injuſtè morti cujuſquam cooperati ſunt aut mutilationi, modò hæc aut illa ſubſecuta ſit: v. g. Judices, accuſatores, teſtes, notarii, milites &c.

7. Defectus Sacramenti: cujuſmodi eſt v. g. in bigamis, id eſt, ſecundæ uxori aut viduæ junctis, aut etiam in iis, qui poſt votum ſolenne caſtitatis, obtentâ licet diſpenſatione, matrimonium iniêre. Inter delicta verò, ob quæ incurritur irregularitas, quinque præcipua ſunt.

1. Homicidium voluntarium, aut mutilatio injuſta facta ſcienter.

2. Secundus *Baptiſmus* ſcienter datus aut acceptus ab eo, qui primum ſciebat fuiſſe validum, aut etiam Baptiſmus ſine neceſſitate ab hæretico ſuſceptus.

3. Violatio Cenſuræ Eccleſiaſticæ, quam quis incurrit.

4. Si quis ſolenniter functus ſit Ordine non ſuſcepto, aut ſubreptitiè ad illum promotus ſit, aut promotus ad ſublimiorem, inferiori nondùm recepto.

5. Exterior profeſſio Hæreſeos cum intentione eam amplectendi.

PUNCTUM III.

Ego Dominus qui ſanctifico eos. Lev. 21. 23.

CONCLUDE hinc, quanta ſit Eccleſiæ ſanctitas, quæ neminem miniſtrorum ſuorum vel uni ex his defectibus, quorum tamen plerique peccato expertes ſunt, ſubjacere permittit. Obſtupeſce ſapientiam Spiritûs ſancti, qui ut exhiberet Sponſam ſuam totam pulchram & non habentem maculam neque rugam, vel minimo horum defectuum obnoxios Eccleſiaſticorum numero excludere non dubitat.

EXAMINA temetipſum, an tu inter eos te non in-

Irregulares ex defectu animæ ſunt illiterati,

Digitized by Google

Epiſcopus autem non poteſt diſpenſare cum penitus illiterato, qui neſciat legere, nec ad primam Tonſuram. Lib. 1. Inſt. cap. 64.

ingeſſeris, cùm tamen cuipiam horum defectuum, ac præſertim inſcitiæ, fortè ſubjaceres: licet enim plures ſint irregularitates, in quibus Papa aut Epiſcopus diſpenſare valeat, non poteſt tamen, teſte Cardinale Toleto, diſpenſare cum penitùs illiterato, nec ad primam Tonſuram.

Cæterùm ſatage, ut morum tuorum ſanctitate pulchritudinem atque ornamentum Eccleſiæ conſerves & augeas: & ſi irregularis non es coram hominibus, vide etiam atque etiam, ne peccata occulta irregularem te reddant coram Deo; de hiſce ſiquidem irregularitatibus dictum eſt:

Omnis homo, in quo eſt immunditia, qui acceſſerit ad ea, quæ conſecrata ſunt, peribit coram Domino. Lev. 22. 3.

MEDITATIO X.

De diſpoſitionibus requiſitis, ut dignè quis Statum ineat Eccleſiaſticum.

DISPOSITIO PRIMA.

INNOCENTIA VITÆ.

1. Rationes, ob quas Statum initurus Eccleſiaſticum vitam debet duxiſſe innocuam, aut certè condignâ pœnitentiâ redintegraſſe.
2. In quo, juxtà Patrum ſententiam, hæc vitæ innocentia conſiſtat?
3. Animadverſio ſuper hac veritate.

Sancti eſtote, quoniam ego Sanctus ſum. Lev. 19. 2.

Talis enim decebat ut nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis factus, &c. Hebr. 7. 26.

Longâ debet vitam ſuam probatione monſtrare, cui gubernacula committuntur Eccleſiæ. Hormiſd. ep. 3. c. 1.

Si homo apud homi-

Si verum eſt axioma, quo dicitur, quòd in omni rerum genere perfectiſſima ſit menſura cæterarum, cùm Iesus Christus forma ſit Eccleſiaſticorum, Statum initurus Eccleſiaſticum iiſdem, quibus ipſe, diſpoſitionibus ſit præditus oportet: Ac imprimis innocentiâ vitæ, quæ prima ad Sacerdotium ejus diſpoſitio extitit.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas prima ad Statum Eccleſiaſticum diſpoſitio dicitur, quòd vitam quis puram & innocen-

tem

tem duxerit, quatenùs nimirùm hac in parte Chriſtum imitari fas eſt.

Prima eſt hæc: Cùm in quibuſque Sacerdotibus cæteriſque miniſtris Altaris ſervitio conſecratis tanta nequeat eſſe perfectio Sacrificatorem inter & Sacrificium, quanta reperitur in CHRISTO JESU, id eſt, eadem aut æqualis; neceſſe profectò eſt, ut tanta ſaltem, quanta fieri poteſt, ſimilitudo ſit. Altera eſt iſta: Cùm Eccleſiaſtici animarum quodammodò redemptores ſint, quemadmodùm CHRISTUS JESUS nos redemit vi innocentiæ ſuæ, ita & illi non citrà temeritatem redimendis aliis deque captivitate educendis ſeſe ingerunt, ſi & ipſi iiſdem vinculis conſtringantur.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo conſiſtat hæc innocentia. Si hac in re Patrum judicio ſtare liceat, conſiſtit in eo, ut poſt Baptiſmum vitam quis duxerit cujuſcumque peccati mortalis expertem, quemadmodum CHRISTUS JESUS ab omni veniali omnique concupiſcentia vixit immunis. Atque hoc eſt, quod dixit Apoſtolus, eſſe *irreprehenſibilem*, *inconfuſibilem*, *ſine crimine*. 2. Timoth. 2. 15. Hoc eſt, quod ad Statum Eccleſiaſticum ibidem requirit. Hoc eſt, cui duo innituntur Concilia, Elibertinum atque Nicenum, cum ab Ordinibus arcent eos, qui crimen quodcumque, diuturnâ licet pœnitudine expiatum, commiſerunt. Hoc eſt, quod duo alia Toletana præ oculis habuêre, cum Clericatui ſe accingentem, ab ineunte ætate valedicere mundo atque inter Clericos enutriri voluerunt, ut ab omni vitiorum occaſione quam maximè removeretur. *Vt adoleſcentiam ſuam*, inquit S. Hieronymus, *nulla ſorde commaculet, ſed ad altare Chriſti, quaſi de thalamo Virgo procedat*. Ad Ruſt. Epiſt. 4.

nem, de quo minimè præſumit, fieri interceſſor erubeſcit, qua mente apud Deum interceſſionis locum pro populo accipit, qui familiarem ſe ejus gratia eſſe per vitæ merita neſcit? Aut ab eo quomodo aliis veniam poſtulat, qui utrum ſibi ſit placatus, ignorat? Qua in re eſt adhuc aliud ſollicitiùs formidandum, ne qui placare iram poſſe creditur, hanc ipſe ex proprio reatu mereatur: Cuncti enim liquidò novimus, quia, cùm is qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. S. Greg. paſt. p. 1. cap. 11.

Qui non noverat peccatum. 2. Cor. 5. 21.

Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti. Pſ. 40. 51.

Si qui ſine examinatione promoti Presbyteri ſunt & poſtea examinati, confeſſi ſunt peccata ſua, & cùm confeſſi fuiſſent, contra regulam venientes homines, manus eis temere impoſuerunt: hos Eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehenſibile eſt ſancta defendit Eccleſia. Concil. Nic.

Quicunque ex lapſis per ignorantiam ſunt ordinati vel contemptu eorum qui eos ordinaverunt, hoc non præjudicat regula Eccleſiaſtica: cùm enim compertum fuerit, deponuntur. Ib. Can. 10.

Si quis Diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſtea detectus fuerit in cri-

Digitized by Google

mine mortis, quod aliquando commiſerit, ſi ſponte confeſſus fuerit, placuit eum, actâ legitimâ pœnitentiâ, poſt triennium accipere communionem; quod ſi alius eum detexerit, poſt quinquennium, actâ pœnitentiâ, accipere communionem laicam debere. Conc. Eliber. can. 76. *Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerint mœchati, eò quòd poſtmodùm per ſurreptionem ad altiorem gradum promoveantur, vel ſi qui ſunt in præteritum ordinati, amoveantur.* Ibid. can. 30.

Infantes mox, cum detonſi fuerint, vel miniſterio lectorum contraditi, in domo Eccleſiæ, id eſt, in ſeminario, ſub Epiſcopali præſentia debent erudiri. Concil. Tolet. 2.

Sic Ieremias ſanctificatus ex utero: Sic Ioannes Baptiſta priùs compos devotionis quàm naturæ, inquit S. Ambroſ.

Deputati probato ſeniori, quem magiſtrum doctrinæ, & teſtem vitæ habeant. Conc. Tolet. 4. c. 24. Refertur c. omnis ætas, 12. q. 1. Sic Vaſen. 2. *Parochis ut juniores lectores ſecum in domo recipiant, & eos quomodo boni Patres ſpiritualiter nutrientes, erudire ſatagant, ut & ſibi dignos ſucceſſores provideant, & à Domino præmia æterna recipiant.* Can. 1.

PUNCTUM III.

Neomeniam & Sabbatum & feſtivitates alias non feram; ſolemnitates veſtras odivit anima mea. Et cùm extenderitis manus veſtras, avertam oculos meos; manus enim veſtra ſanguine plena ſunt. Lavamini, &c. Iſai. 1. 13. & ſeq.

CONSIDERA hîc vitam plerórumque ad Ordines ſe conferentium: quàm paucos reperire eſt, qui eam afferant vitæ innocentiam, quam expoſcit Eccleſia? quàm paucos, qui congruam egerint pœnitentiam, qui nonnullo ſaltem tempore ſuis ſe vitiis ſubduxerint, qui ſpiritu ſe mundano exinanierint? *Non jejunaverunt*, inquit S. Leo, *non fleverunt, non ſe correxerunt:* Et manibus etiamnùm ſanguine plenis, id eſt, conſcientiâ peccatis onuſtâ ſcandaloſis quandoque & diuturnâ conſuetudine inveteratis, impudentiâ non ferendâ violentiam, ut ita dicam, Epiſcopo illatum eunt, ut votis eorum annuere non detrectet. Nonne idem Deus, cui ſervimus & nos? myſteria eadem, quæ tractamus? Idem ſtatus eâdem ſanctitate conſecratus, cui nos dedimus? & nihilominùs quantum diſcrimen eos inter qui olim & qui hodiè eidem ſe dedunt?

Vide nunc, an vitam anteriorem hâc innocentiâ inſignieris, aut certè an perditam hanc dignis pœnitentiæ fructibus recuperare ſtudueris: neque enim niſi juſtorum atque ſanctorum eſt, Statum inire Eccleſiaſticum, ejuſque munia exercere.

Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum, in Eccleſiis benedicam te, Domine. Pſal. 25. 11. 12.

ME-

Digitized by Google

MEDITATIO XI.

Diſpoſitio ſecunda, Scientia ſive Doctrina.

1. Rationes, quæ ab Eccleſiaſticis Scientiam exigunt ſive Doctrinam.
2. Vnde accidat, ut plures Eccleſiaſticorum, ac præſertim ruralium, ignari ſint?
3. Remedia hujus ignorantiæ.

Magnus quaſtus eſt pietas cum ſufficientia. 1. Timoth. 6. 6.

Ad ineundum, ut oportet, Statum Eccleſiaſticum, plurimùm quidem conducit, innocentiam poſt Baptiſmum conſervâſſe, aut certè condignâ pœnitentiâ redintegrâſſe; Nec tamen hæc ſufficit, niſi & tanta ſit ſtipata Scientiâ ſive doctrinâ, quantam is, ad quem nos Deus vocavit, Ordo depoſcit.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, quæ ab Eccleſiaſticis Scientiam exigunt ſive doctrinam. Prima eſt hæc: Quoniam acceptâ clave ſcientiæ, ignorantiæ tenebris inhærere non poſſunt, niſi & rei ſint coram Deo; utpote qui ob Scientiæ inopiam à ſuo eos miniſterio repulſurum ſe comminetur: *Quia ſcientiam tu repuliſti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Oſee 4. 6. Quibus quidem verbis generalis denuntiatur ſuſpenſio non à muniis duntaxat Sacerdotii, verum & aliorum Ordinum, quibus velut gradibus ad illud aſcenditur. Altera eſt iſta: Eccleſiaſticorum eſt, legem aliis tradere atque explanare, ergo & ſcire: *Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante?* Licet itaque in Laicis nonnunquam, at certè in Eccleſiaſticis nunquam excuſari poterit ignorantia, utpote quibus Scientia ſit oportet velut depoſitum quoddam, indigentibus quibuſque communicandum.

Pones in rationali judicii doctrinam, & veritatem, quaerunt in pectore Aaron. Exod. 39. 39.

Praceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras, ut habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum. Lev. 10. 9. & 10.

Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos de ea, qua in vobis eſt, ſpe. 1. Pet. 3. 19.

Interroga ſacerdotes legem. Agg. 2. 12.

Vobis datum eſt, nôſſe myſterium regni Dei, cateris autem in parabolis. Luc. 8. 10.

Digitized by Google

PUNCTUM II.

CONSIDERA, hanc ob cauſam dictum illis à Salvatore. *Vos eſtis lux mundi.* Matth. 5. 14. Quin & Angelos Dei nuncupatos, ut vel ſic, teſte S. Dionyſio, excellens illorum Doctrina facultaſque docendi demonſtraretur. Atque hinc eſt, ut in veteri Lege cæcus à Sacerdotio removeretur: *Non accedet ad miniſterium; ſi cæcus fuerit.* Lev. 21. 17. Ubi per cæcitatem ignorantia intelligitur.

Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent de ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt. Mal. 2. 7.

Ubi ſunt, qui innocentiam Sacerdoti dicunt poſſe ſufficere? Hier. ad Fabiolam.

Boni Sacerdotis converſatio ſine verbo, tenet quidem ſanctos in ſanctitate per ſuum exemplum, adducere autem ignorantiam ad ſcientiam non poteſt. S. Chryſ homil. 10. in Matth.

Vide nunc, an & tu hujuſmodi cæcis accenſendus non ſis: *Quàmlibet enim rectè vixeris,* inquit S. Hieronymus, *niſi & recta vitæ comes doctrina ſit, excuſari non poteris.*

PUNCTUM III.

CONSIDERA, unde in Eccleſiaſticis hæc ignorantia proveniat. Scilicet nihil aliud plerique cogitant, quàm Ordinem aliquem beneficiumvè ſuſcipere, parùm memores acquirendæ ſcientiæ, quæ ad munia ejus ritè exercenda requiritur, atque adeò voti compotes facti ſtudio penitùs valedicentes.

Remedium itaque huic malo adhibendum imprimis hoc eſt, ut firmiſſimè ſibi quis perſuadeat, quantâlibet ſcientiâ polleat, idem tamen ſentiendum de hac, quod de via ſalutis Bernardus aſſerit: *In iſta,* inquit, *non progredi, regredi eſt:* ſcientiam ſimiliter non augere perdere eſt. Alterum eſt, ut deinceps ſtatuas ſingulos in dies tempus aliquod ſtudiis impendere, non ſtudiorum dumtaxat Academicorum, ſed & toto vitæ tuæ decurſu. Tantùm temporis rebus conteris inutilibus; quidni & horam aut alteram, pro otio tuo ac neceſſitate, negotio dedas tam momentoſo, ut muneri tuo facias ſatis? Præter hoc, aliud omninò remedium non eſt.

Otioſitas inimica eſt animæ. Si non legeris, ſi non ſtudueris, dormitabit anima tua præ tædio, & hoſtes tui, animæ tuæ ſabbatha deridebunt. Petr. Bleſ. de Inſt. Epic. c. 4.

Utilis proinde lectio, utilis eruditio eſt, ſed multo magis unctio neceſſaria, quippe quæ ſola docet de omnibus. S. Bernard. de clam. ſup. Ecce nos, cap. 6.

Hoc igitur utere, ne tibi fortè, quod Judæis, di-

Digitized by Google

dicatur: *Væ vobis, quia tuliſtis clavem ſcientiæ, & non introiſtis.* Luc. 11. 52.

Siquis ignorat, ignorabitur. 1. Cor. 14. 38.

MEDITATIO XII.

De ingentibus malis, quæ ex Eccleſiaſticorum inſcitia oriuntur.

1. Eccleſiaſticorum inſcitia populo & Religioni pernicioſa.
2. Ingentia inſuper mala in Eccleſiam invehit.

Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt. Matth. 15. 14.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, Eccleſiaſticórum inſcitiam non modò illis ipſis; ſed & populo & Religioni & univerſæ Eccleſiæ pernicioſam. Quod enim ad populum attinet, non poterit hic de rebus inſtrui ad ſalutem neceſſariis, ſi ignari ſint Eccleſiaſtici, utpote quos ſolos ad hoc muneris Deus deſtinârit. In hac verò cæcitate plerique de populo ſe libertati, alii Hæreſibus, alii Atheiſmo ſe dedunt, alii toto vitæ ſuæ decurſu volutantur in ſordibus, alii in indevotione rerumque ſacrarum vilipendio verſantur: omnes denique fame & ſiti verbi Dei, id eſt, inſtructionis inopiâ contabeſcunt. Non niſi rure agendum eſt, ut exceſſus ſpectentur & vitia, in omni ferè populo rurali gliſcentia.

Ubi non eſt ſcientia animæ, non eſt bonum. Prov. 19. 2.

Propterea captivus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles ejus interierunt fame, & multitudo ejus ſiti exaruit. Iſai. 5. 10.

Erraverunt cæci in plateis, cumque non poſſent, tenuerunt lacinias ſuas. Thr. 4. 14.

Unaquæque gens fabricata eſt Deum ſuum, poſueruntque eos in fanis excelſis. 4. Reg. 17. 29.

Aliiſnè opus eſt incitamentis, ut procul à nobis ablegemus inſcitiam, effectus utique tam funeſtos progenerantem?

PUNCTUM II.

CONSIDERA cætera mala, quæ per hanc Eccleſiaſticorum inſcitiam in univerſam Eccleſiam inve-

Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè in ſacerdotibus Dei vi-

Digitized by Google

tanda eſt, qui docendi officium in populus ſuſceperunt. Concil. Tol. 4. c. 24.

Quid enim periculi ſit, ubi non invenit paſtor paſcua, ignorat dux itineris viam, vicarius neſcit Domini voluntatem; Eccleſia quotidie multipliciter experitur S. Bernard. decl. ſuper ecce nos c. 5.

Speculatores ejus cæci omnes; neſcierunt univerſi, canes muti non valentes latrare. Iſa. 5.29.

invehuntur: Hinc ſcilicet Sacramentorum profanatio & ſæpiùs nullitas, ut loquuntur, defectu ceremoniæ cujuſdam eſſentialis, quam ignorant atque adeò omittunt: Hinc item Confeſſiones ſacrilegæ, Communiones indignæ, incæſtuoſa connubia, ſuſceptio Ordinum temeraria, utpote qui licitè ſaltem ab hujuſmodi ignaris ſuſcipi nequeant. Hinc denique totius Religionis Chriſtianæ, ſi fieri poſſet, ſequeretur exitium; nihil enim eſt, quod tantum diabolo poteſtatis tribuat ad perdendum populum, nihil item, quod tam ſpecioſos ad eum ab Eccleſia Catholica ſeducendum prætextus ſubminiſtret, quam inſcitia miniſtrorum. Hâc obſtetricante, Hæreſis Lutheri, ſtolida licet, in Germania, hâc Calvini in Gallia prodiit: *Cùm dormirent homines*, inquit Dominus noſter, *venit inimicus ejus, & ſuperſeminavit zizania.* Matth. 13. 25. id eſt, cùm Eccleſiaſtici profundo inſcitiæ ſomno forent ſepulti: Undè nec ambigendum, quin rigidiſſima ab iis ratio exigenda ſit.

Deus non irridetur. Gal. 6. 7.

Si in Laicis videtur intolerabilis inſcitia, quanto magis in iis, qui præſunt, nec excuſatione digna eſt, nec venia? S. Leo.

Per Epiſcopalis corporis ignaviam, ita nunc Presbyteri literarum reperiuntur expertes; ut non modo eorum quæ legunt, intelligentiam non attingant, ſed ſyllabatim vix ipſa decurrentis articuli elementa balbutiant. Et quid jam pro populo in ſuis precibus ſupplicat, qui quod loquitur ipſe, velut alienus ignorat; Petr. Damaſc. opuſc. 6. contra inſcitiam Cler.

Audebiſnè poſt hæc ad Ordines ſuſcipiendos te offerre, ſi tam neceſſaria Eccleſiaſticis ſcientia tibi defuerit? Potes quidem examinatores; ſed Deum & Eccleſiam fallere non potes. Neque verò de recta intentione aut de vita quàmlibet ſancta tibi blandiare; quamvis enim cum vitæ ſanctitate in comparationem aliàs venire ſcientia nequeat, id tamen hęc prę illa ſibi vendicat, quòd aſpirante Dei gratiâ uno, ut ita dicam, momento queant mutari mores; at verò ſcientia non niſi diuturno eoque aſſiduo ſtudio poſſit acquiri, atque adeò non hoc ipſo quis vir doctus evadat, quo tempus plangit malè collocatum, & inſcitiam agnoſcit. Hàccine ergo & Religioni opprobrio & populis ſcandalo eſſe libeat?

Si lumen quod in eſt, tenebræ ſint, ipſæ tenebræ quanta erunt? Matth. 6. 23.

Si notitia myſteriorum Religionis, quâ prædictum

tum te eſſe oportet, tam exigua ſit, ſi hujus inopia tantorum in te ſit cauſa vitiorum, quantula tandem in Laicis erit, quàmque fœcunda vitiorum parens, quos nonniſi à te lumen hoc mutuari oportet? Ideò nimirùm Sacri Canones prudentiſſimè decreverunt: *Ut nullus præſumat ad Clericatus Ordinem illiteratos promovere; quia litteris carens, ſacris non poteſt eſſe aptus myſteriis.* Gelaſ. 8. Anaſt. 1.

MEDITATIO XIII.

Quæ ſcientia in Eccleſiaſticis requiratur.

1. De libris, quorum neque lectioni neque ſtudiis Eccleſiaſtico vacandum eſt.
2. Quid Eccleſiaſticum ſcire oporteat?
3. Authores & libri, ex quibus ſcientia ejus haurienda eſt.

Attende lectioni, exhortationi & doctrinæ.
1. Tim. 3. 13.

Attende lectioni, inquit ad Timotheum ſcribens Apoſtolus, ſanctarum utique Scripturarum, non curioſitati aut voluptati tuæ obſecuturus, ſed collecturus, unde alios exhorteris & doceas.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, Eccleſiaſticorum ſcientiam, juxta hæc verba, nonniſi ad aliorum dirigi inſtructionem atque adeò potiſſimum eorum ſtudium circa talia verſari oportere, quæ huic ſcopo accommoda ſunt. Ex quo itaque Clericatum iniêre, procul ab eis exulare neceſſe eſt, quodcumque ſtudium huic ſcopo adverſatur, e. g. librorum perverſorum; imò etiam quidquid curioſam, vanam, inutilemque parit ſcientiam.

Divinas ſcripturas lege, imò de manibus tuis ſacra lectio nunquam deponatur, diſce quod doceas: obtine eum qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potens ſis exhortari in doctrina ſana, & contradicentes revincere. Hieron. ad Nepot.

Scientia quæ ſit à mundo abſtrahens, & ad Deum adducens. S. Greg. Naz. orat. 7.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quam ergo ſcientiam ab Eccleſiaſticis requirat Deus. Primum, quod Eccle-

Sacerdotes Dei omiſſis Evangeliis & prophetis comœdias legere, amato-

cleſiaſticum ſcire oportet, eſt id, ad quod obligatur & quatenùs Chriſtianus eſt & quatenùs Eccleſiaſticus. Eo autem cognito,

Alterum, quod ab eo exigitur, hoc eſt, ut media inquirat, quibus utrique muneri optimè ſatisfaciat. Juxta hoc autem ſuæ ipſius ſaluti operam imprimis impendat, diſcatque, quomodo orationi, examini, lectioni ſpirituali (quæ aptiſſima perfectioni exercitia ſunt,) vacandum ſit, ut fructum inde colligere poſſit. Tum verò inſtructioni ſtudeat aliorum, diſcat, inquam, ritè inſtituere Catechiſmum, caſus conſcientiæ reſolvere, rectè adminiſtrare Sacramenta, unuſquiſque juxta gradum, officium aut beneficium, quod in Eccleſia obtinet; neque enim hæc ſcientia eadem debet eſſe in omnibus.

PUNCTUM III.

CONSIDERA fontes, id eſt, Authores, è quibus ſcientia hæc ſive doctrina depromenda eſt: Hi ſunt Canones Eccleſiæ, Scripta SS. Patrum, & præ omnibus Scriptura ſacra, qui liber propriè Eccleſiaſticorum eſt, in quo ſine dubio reperient, quidquid & illis & aliis neceſſarium eſt; dicit enim Apoſtolus: *Omnis Scriptura divinitùs inſpirata utilis eſt ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia.* 2. Timoth. 4. 16. Inter omnes autem libros Scripturæ Sacræ Novum eminet Teſtamentum, cujus unum ſaltem ſingulos in dies perlegere caput ne prætermittas, ut & te perfectum reddere & unumquemque muneris ſui valeas admonere: *Vt perfectus ſit homo Dei,* inquit Apoſtolus, *ad omne opus bonum inſtructus.*

Hoc agere impoſterùm decerne, ſi adhuc non egeris, & experientia dictum probabit. Quod verò ad cæteros authores attinet, & eorum ſtudio quotidie temporis nonnihil impende, ſive Theologiæ moralis, ſive SS. Patrum, ſive aliorum pru-

ria Bucolicorum verſuum verba canere, Virgilium tenere, id quod in pueris neceſſitatis eſt, crimen in ſe facere voluptatis. S. Hieron. ep. 246.

Unde enim ſcire videbitur, quæ ſit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta, qui nec pulſare, nec quærere, nec petere conſuevit? Qui donec alienarum curam ſuſciperet animarum, nunquam ſua geſſiſſe curam, ſed in vano eam viſus eſt accepiſſe? S. Bernard. declam. in Ecce nos, cap. 9.

Nulla ars doceri præſumitur, niſi intenta priùs meditatione diſcatur, &c. Et tamen ſæpe qui nequaquam ſpiritualia præcepta cognoverunt, cordis ſe medicos profiteri non metuunt, dum qui pigmentorum vim neſciunt, videri medici carnis erubeſcunt. S. Greg. paſt. 1. c. 1.

Scriptura Sacra in nocte vitæ præſentis, quaſi quædam nobis lucerna eſt poſita. S. Gregor. paſt. p. 3. c. 25.

Nulli Epiſcopo liceat canones, aut librum paſtoralem à B. Gregor. Papa editum, ſi fieri poteſt, ignorare: in quibus ſeſe debet unuſquiſque quaſi in quodam ſpeculo aſſiduè conſiderare. Conc. Tur. 3. can. 3.

Nunquam à manibus eorum, liber legis, hoc eſt biblia, deponatur. Conc. Colon. de offi. public. & priv.

Hæc eſt enim ſcientia

prudentis tibi conſilio ſuggeſtorum, firmiſſimè perſuaſus, non minùs tibi ſtudio opùs eſſe quàm precibus. Tuum ipſius animum veritate adimpleas; hujus enim quantùm tibi, tantùm & aliis facillimè perſuaſeris.

Bibe tu primus aquas de ciſterna tua: & deindè deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide. Prov. 5. 15. & 16.

Scientiarum, Angelorum ferculum, Apoſtolorum gloria, Patriarcharum fiducia, Prophetarum ſpes, Martyrum corona. S. Auguſt. epiſt. 37. ad Frat. Erem.

Tam doctrinâ quàm vitâ clarere debet Eccleſiaſticus doctor. Nam doctrina ſine vita arrogantem reddit, vita ſine doctrina inutilem facit. Concil. Aquiſgr. can. 2.

Enutritur verbis fidei & bona doctrina quam aſſecutus eſt. 1. Tim. 4. 6.

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

MEDITATIO XIV.

Tertia Diſpoſitio ad Statum Eccleſiaſticum, VOCATIO:

Ac imprimis de momento ejus in omni Statûs & Conditionis genere.

1. Argumenta, quibus momentum hoc ſtabilitur.
2. Quid nomine vocationis intelligatur?
3. Concluſio momentoſa hinc deducenda.

Scio, Domine, quia non eſt hominis via ejus, nec viri eſt, ut ambulet & dirigat greſſus ſuos. Jer. 10. 23.

Tuum eſt, Domine, *inquit Ieremias*, de ſorte hominum fortunaque diſponere, tuum eſt in ea, quæ providentiæ tuæ placuit, nos conditione locare, non noſtrum eſt, eamdem ſeligere.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, juxta hæc verba, quanti ſit momenti, ad ſtatum quemcumque à Deo vocari, nec eidem ſemetipſum ingerere. Tota imprimis fortuna noſtra, ſeu bona ſeu mala, ab hac Dei vocatione dependet, quæ velut radix & fundamentum eſt totius vitæ noſtræ atque ſalutis ædificio ſubſtratum. Quemadmodùm itaque de fabricæ cujuſdam ſoliditate ac diuturnitate auguraturo conſiderandum potiſſimè fundamentum eſt; ita & expendendum, nùm ad eam conditionem legitimè vocati ſimus, in

qua

Digitized by Google

qua ſalutis noſtræ ſpem concipimus. Præterea certiſſimum prædeſtinationis noſtræ argumentum, maximumque hujus vitæ ſolatium eſt, quòd eo in loco ſtatuque ſimus, in quo Deo nos eſſe complacuit; & tamen quotuſquiſque eſt, qui hoc expendat?

PUNCTUM II.

Puſillum & magnum ipſe fecit, & illi æqualiter cura eſt de omnibus. Sap. 6. 8.

Dives & pauper obviaverunt ſibi, utriuſque operator eſt Dominus. Prov. 12. 2.

Unuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius vero ſic. 1. Cor. 7. 7.

Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? Nunc autem poſuit Deus membra, unumquodque in corpore ſicut voluit. 1. Cor. 12. 17. & 18.

CONSIDERA, vocationem Dei nihil aliud eſſe, quàm actum Divinæ providentiæ, quo certis quibuſdam argumentis hominibus innuit, quod ad hanc aut iſtam conditionem eos ſibi ſerviturós elegerit: quamvis enim omnem ſibi creaturam ſervire voluerit, noluit tamen unâ eâdemque conditione, eodem exercitio obſequium hoc ſibi exhiberi. Undè & unicuique, niſi ſe indignum reddiderit, genus vitæ & conditionem indicat, in qua eum degere placuit, illi utique & non alii vitæ conditioni media quædam accommoda & neceſſaria ſpondens, quibus ad ſalutem pertingere valeat.

PUNCTUM III.

Fili, ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pænitebit. In via ruinæ non eas, & non offĕdes in lapides, nec credas te viæ laborioſæ, ne ponas animæ tuæ ſcandalum, & à domeſticis tuis attende. Eccl. 32. 25. & 26.

Væ filii deſertores, dicit Dominus, ut faceretis conſilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, & adderetis peccatum ſuper peccatum, & os meum non interrogaſtis. Iſai. 30. 1. & 2.

Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelli-

CONCLUDE hinc, quot homines in ſalutis ſuæ periculo verſentur, quibus nunquam in mentem venit aut rogare aut conſulere Deum, cùm in eam, in qua modò degunt, conditionem ſe ingeſſerunt: ingeſſerunt, inquam, aut ambitione, aut avaritiâ, aut aliâ certè viâ gradientes, quam Deus oſtenderet. Cùm enim in ſtatu quolibet, ut muneri ſuo quis faciat ſatis, auxiliis & gratiis quibuſdam ſingularibus opus ſit, hæccinè nobis ſpondeamus à Deo, ut munere fungamur, quo nos fungi non vult, & ad quod nos minimè vocavit? Quis, obſecro, Dux galeam loricamque daturus eſt ei, quem militem recuſat? Quidquid in caſtris, muniis & quibuſcumque tandem conditionibus profanis (ut nihil adhuc de Eccleſiaſticis dicam, vitiorum graſſari vide-

Digitized by Google

videmus, totum hoc vocationis defectui, velut primæ ſcaturigini, acceptò referendum eſt.

Ingemiſce his vitiis tam longè latèque per Chriſtianos quoſcumque diſperſis, iiſque nonnihil medicaturus ſtatue deinceps, veritatem hanc tam modicè notam populo reddere notiorem, &, quibuſcumque poteris, perſuadere, ut priuſquam conditionem quampiam amplectantur, ſanctam Dei voluntatem exploraturi, ferventiſſimas ad eum preces fundant, formidantes ne ſibi accidat, quod Joſue, à Gabaonitis utique circumvento, quia, teſte Scriptura, *Os Domini non interrogaverunt*. Joſ. 9.14.

gentes, quæ ſit voluntas Dei. Epheſ. 5. 17.

MEDITATIO XV.

De neceſſitate Vocationis, authoritate Scripturæ ſtabilita.

1. Quod Spiritus ſanctus neceſſitatem hanc in omnibus S. Scripturæ libris, juxta rationis dictamen, ſignificaverit.
2. Probatio ex veteri Teſtamento.
3. Probatio ex Novo.

Aſcendens JESUS *in montem, vocavit ad ſe, quos voluit ipſe, & venerunt ad eum.* Marc. 3. 13.

Ecce regulam, quam exemplo ſuo in Eccleſia ſtatuit Salvator noſter, juxta quam non quicumque promiſcuè, ſed ii ſolum ad Altaris miniſterium admittendi ſunt, quos Deus ad hoc ipſum elegerit.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd ſi gratia Vocationis omni ſtatûs atque conditionis generi, etiam ſæculari, ut jam viſum eſt, tam neceſſaria ſit, quantò magis atque incomparabiliùs Statui Eccleſiaſtico. Hanc enim neceſſitatem imprimis inducit magnitudo ejus & excellentia, quip-

Sacerdotium principatus eſt, ipſo enim regno venerabilius ac majus. Ne mihi narres purpuram, neque diadema, neque veſtes aureas, umbra ſunt iſta omnia, verniſque floſculis leviora, &c.

Digitized by Google

quippè qui, quatenùs habet neſcio quid Divini, univerſas hujus ſæculi dignitates innumeris paſſibus antecellat. Inducunt hanc ſanctimonia virtuteſque eminentes, quæ ad eum, uti pareſt, ineundum requiruntur. Inducunt hanc denique & ſanctimoniæ perſeverantia, & labor ſine deſidia, quibus obſtringuntur, & præſentiſſimum ſalutis diſcrimen, cui objiciuntur, qui eumdem jam inierunt. Undè & Spiritus ſanctus veritatem hanc humanis mentibus quàm profundiſſimè impreſſurus, ſingulari videtur providentiâ Vocationis neceſſitatem omnibus S. Scripturæ libris ſignificâſſe. Cujus ſpecimen ut utroque promatur Teſtamento,

Medius ſtat ſacerdos inter Deum, & naturam humanam, illinc venientia beneficia ad nos deferens, & noſtras petitiones illuc perferens, Dominum iratum reconcilians utrique natura, nos qui offendimus eripiens ex illius manibus. Sanct. Chryſ. hom. 11. in illud Iſai. In anno quo mortuus eſt Rex Ozias.

In terra ſanctorum inique geſſit, non videbit gloriam Domini. Iſ. 26. 10.

PUNCTUM II.

CONSIDERA imprimis, quomodò Deus in Veteri ſe geſſerit. Ut populum habeat, qui ritu ei præſcribendo ſibi ſerviat, inter omnes terræ populos Abrahæ poſteros eligit, quemadmodùm & hunc credentium Patrem. Ex duodecim tribubus, quæ populum hunc conſtituebant, Leviticam ſeligit, è qua Tabernaculi ſui miniſtros aſſumat. Imò & in hac ipſa ad Sacerdotium ſeu Pontificatum Aäronem ſegregat ejuſque poſteros, aliis quibuſque ſe ingeſturis mortem comminatus. Ita & electi & vocati fuêre Joſue, Gedeon, Sampſon, Samuël, Saul, David, Salomon: Ut nihil de Moyſe dicam, qui tervè quatervè ſe vocari ſinebat, manifeſtæque Dei voci reluctabatur, tametſi non citrà miraculum morti ſe ſciret ereptum & filiæ Pharaonis adoptatum, ut populi aliquando Judaici liberator eſſet. En ſpecimen vocationis ex Veteri Teſtamento.

An de hujus neceſſitate etiamnùm dubites, cujus tot ferè teſtimonia ſuppetunt atque argumenta, quot paginæ Scripturarum? Ut te tamen omninò convincam,

Nec enim mediocris virtus ſacerdotalis eſt, cui cavendum non ſolum, ne gravioribus flagitiis ſit affinis, ſed ne minimis quidem. S. Ambroſ. ep. 25. ad Ver.

Ut ſit pater omnium credentium per præputium. Rom. 4. 11.

Te elegit Dominus Deus tuus, ut ſis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui ſunt ſuper terram. Deut. 7. 6. Lev. 1. & 17. Num. 17.

Quiſquis externorum acceſſerit, occidetur. Numer. 2. 51. 3. 10. 18. 7.

Spiritus Domini induit Gedeon. Iud. 7. 34.

Cœpit ſpiritus Domini eſſe cum Samſon. Iud. 13. 25.

Samuël, 1. Reg. 2. & 3.

Saül, 1. Reg. 9. & 10.

David, 1. Reg. 16.

Salomon, 1. Parab. 28.

Habentes ergo nos tantam impoſitam nubem teſtium. Hebr. 12. 1.

PUNC-

Digitized by Google

PUNCTUM III.

SPECIMEN jam ſuum edat Teſtamentum Novum. Pater æternus Filium ſuum vocat Unigenitum, hic Apoſtolos, hi Succeſſores :·v. g. Matthiam , Barnabam , ſeptem primos Diaconos, alioſque. Utque unus ſit inſtar omnium , Apoſtolus Paulus initio Epiſtolarum ſuarum ad Apoſtolatum ſe vocatum aſſerit non ab hominibus; ſed à Deo. Ad Galatas verò ab eodem ſegregatum ſe notat ex utero matris ſuæ ad prædicandum Evangelium.

Ecquis hæc audiens tam temerarius ſit , qui nullam in ſe legitimæ vocationis teſſeram deprehendens, in Statum tamen Eccleſiaſticum involare non metuat ? Ingemiſce huic temeritati, & roga Deum , ut viros mittat ſecundùm cor ſuum, qui vitia reparent aliorum ; viros, inquam, qui ſemetipſos hùc non ingerant ; ſed voci auſcultent patrisfamilias ſibi dicentis :

Amice, aſcende ſuperiùs. Luc. 14. 10.

Filius meus es tu. Pſal. 2. 7.

Tu es Sacerdos in æternum. Pſalm. 109. 4.

Vocavit diſcipulos ſuos & elegit duodecim ex ipſis. Luc. 6. 13.

Segregate mihi Saulum & Barnabam. Act. 13. 2.

Paulus ſervus IESU CHRISTI, *vocatus Apoſtolus ſegregatus in Evangelium.* Rom. 1. 1.

Qui me ſegregavit ex utero matris meæ. Gal. 1. 1.

MEDITATIO XVI.

De neceſſitate Vocationis deducta ab exemplo Salvatoris noſtri.

1. Quare Filius Dei *non ſemetipſum clarificavit, ut Pontifex fieret?*
2. Idem exhibuit, dum vocavit Apoſtolos.
3. Collatio noſtrî cum ipſo.

Poſtquam ſolennibus hiſce verbis: Nec quiſquam ſumit ſibi honorem. *Hebr. 5. 4. Vocationis neceſſitatem ſtatuiſſet Apoſtolus, poſtquam hanc Summi Pontificis Veteris Teſtamenti exemplo firmâſſet; jungit & exemplum Salvatoris noſtri, dicens:* Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificavit, ut Pontifex fieret. *ibid. 5. ut ita veritatem hanc duorum utriuſque Teſtamenti Capitum Pontificumque exemplo, Aaronis, inquam, &* JESU CHRISTI, *omni dubio eximeret.*

PUNCTUM I.

Filius meus es tu Pſ. 2. *Ipſe Dei hominumque mediator regnum percipere vitavit in terris, qui ſcientiam quoque ſupernorum, ſenſumque tranſcendens ante ſæcula regnat in cælis. Quis enim principari hominibus tam ſine culpa potuiſſet, quàm is, qui hos nimirum regeret, quos ipſe creaverat? Sed quia idcircò in carne apparuit, ut non ſolùm nos per paſſionem redimeret; verùm etiam per converſationem doceret, exemplum ſe ſequentibus præbens Rex fieri noluit: ad Crucis verò patibulum ſponte pervenit, oblatam*

CONSIDERA, Filio Dei non ſuffeciſſe, ut hanc Vocationis neceſſitatem omnibus S. Scripturæ libris, velut radiis quibuſdam ſolaribus impreſſiſſet; at verò, ne ullus omninò ab illa ſe reputaret immunem, ipſe quoque eidem ſe regulæ ſubdere, eamdemque quam exactiſſimè obſervare dignatus eſt, dùm Sacerdotium non ſumpſit, niſi Patre jubente, ad quod eum, quem Filium agnoſcebat, his ſe vocare verbis manifeſtabat: *Tu es Sacerdos in æternum.* Pſal. 109. 4.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quòd eamdem ob cauſam, cùm jam de mittendis agebat Apoſtolis, non priùs eos ad munia vocaverit, ad quæ deſtinâ-

nâ-

nârat, quàm redderet certiores, ſe quoquè ad hæc vocatum miſſumque fuiſſe: *Sicut miſit me Pater*, inquiebat, *& ego mitto vos.* Joan. 20. 21. Utque ſemper meminiſſent, ſe ab eo vocatos atque electos: *Non vos me elegiſtis*, dixit alibi, *ſed ego elegi vos.* Joan. 16. 16.

PUNCTUM III.

SISTE hîc, conſideraturus, non ſine ſtupore atque rubore, Salvatoris exemplum. Expende nonnihil, nùm Statum ingreſſus Eccleſiaſticum, vehementiori, quàm ille, zelo fervebas? Tunè ardentiori Divinæ gloriæ deſiderio flagrabas? Tunè charitate, ſapientiâ, caſtitate, ſcientiâ, lumine, ſanctimoniâ potior? Nec tamen ille ſemetipſum vocavit; ſed, teſte Cyrillo, vocantem Patrem præſtolatus eſt. Tu verò, nec ab eo forſan internè nec à miniſtris ejus externè vocatus, in Tonſuram nihilominùs, in Ordines minores, in Subdiaconatum, Diaconatum, quin & in ipſum Sacerdotium involare non dubitâſti. Ecquid ei reſponſurus es? Cùm non diſcitur, quod ſcire oportet, non ſine crimine ignorantia eſt. Nemo eſt, qui profanum aliquod officium ſuſcepturus, munia ejus non inveſtiget, iiſque obeundis non ſe reddat idoneum; at verò *recurritur paſſim ad ſacros Ordines, & reverenda ipſis quoque Angelicis ſpiritibus miniſteria homines apprehendunt ſine reverentia, ſine conſideratione*, inquit S. Bernard. *De converſ. Cleric. cap. 29.*

MISEREAT te eorum, qui hunc in modum in ſacros Ordines involârunt, Deumque pro iis obteſtare, ut & dignâ impoſterùm pœnitentiâ & vitæ ſanctimoniâ Divinæ benignitati hæc verba extorqueant:

Vocabo non plebem meam, plebem meam. Homil. 9. 25.

Et dicam non populo meo, populo meus. Oſee 2. 24.

gloriam culminis fugit; pœnam probroſæ mortis appetiit, ut diſcerent membra ejus, &c. S. Gregor. Paſt. p. 1. c. 3.

Neque enim propoſita militaris dignitatis electione, ſi ii quibus provincia iſta demandata foret, fabro ærario aut cerdoni, aut cuipiam id genus opificum in medium tracto, honorem hujuſmodi ad illum deferrent, laudarent utique miſeri ac ſtolidi iſtius conſilium, qui oblatum munus non ſtatim detrectaret, nihilque non faceret, ut ne ſeipſe in præſens conjiceret periculum. Et ſi navem quis agens ampliſſimam, & quæ decem millia pondo ferat, quæque eadem remigibus ſuis ſit inſtructa, ac ſumptuoſarum mercium pondere, onerata, me illius gubernaculo præfectum juberet Ægeum mare trajicere; mirum fieret, ut ad primam ſtatim auditionem, mandatum id detractarem, ac me ſi quis interrogaret; Quid ita? Ne navem ſubmergam, utique reſponderem, Itane igitur ubi pecuniæ tantùm jactura ſubeſt. S. Chryſ. lib. 3. de Sac. cap. 6.

Quando excuſare poſſit ignorantia hominem, qui ſe magiſtrum infantium, doctorem inſipientium profitetur? S. Bernard. declam. ſup. Ecce nos,

MEDITATIO XVII.

De neceſſitate Vocationis.

1. Neminem Sanctorum hiſtoria exhibet Eccleſiaſtica, qui ſemetipſum in hunc Statum ingeſſerit.
2. Contrà, reluctabantur omnes & fugiebant, uti quatuor Eccleſiæ Patres exemplo ſuo probavêre.
3. Collatio noſtrî cum ipſis.

Paulus vocatus Apoſtolus JESU CHRISTI, *ſegregatus in Evangelium.* Rom. 1. 1.

Ita de ſeipſo Apoſtolus, oſtenſurus utique, quòd nemo ſemetipſum in munia Eccleſiaſtica introducere, nemo ſine legitimâ vocatione ingerere debeat.

PUNCTUM I.

Quos elegit Dominus, appropinquabunt ei. Num. 16.

Per quem accepimus gratiam & Apoſtolatum. Rom. 1. 5.

Tam multi, ut Epiſcopatum ſuſcipiant tenentur inviti, perducuntur includuntur, cuſtodiuntur. S. Aug. p. 384. ad Donat.

CONSIDERA, quàm Divino huic exemplari Filio Dei, Summo Novæ Legis Pontifici Sancti omnes ei ſuccedentes ſe conformes reddiderint, cùm de introducendis iis in Eccleſiæ miniſteria agebatur: conſidera, quas habuerint notas Divinæ vocationis, quantoque humilitatis ac reverentiæ ſenſu his oneribus ſua colla ſubmiſerint. Ut nihil interim de Apoſtolis dicam, primiſque Diaconis, quorum vocationem tam exactam manifeſtamque Scriptura exhibet: hiſtoriam volve Eccleſiaſticam, & vide, an in univerſo Sanctorum cœtu vel unum reperias, qui deſiderârit, requiſierit, ſollicitârit, ſemetipſum obtulerit, ut albo Clericorum inſcriberetur. Omnium ſcilicet menti hoc altè inſidebat, ejus eſſe ſolius, hoc eſt, Dei, miniſtrorum ſuorum delectum inſtituere, cujus eſt, gratiam eis & ſpiritum rectè miniſtrandi infundere.

Monaſterium ingreſſuri non admodùm laborabant, probè ſcientes hanc eſſe Dei voluntatem, ut per pœnitentiam, ad quam potiſſimè excolen-

lendam Monaſteria inſtituta ſunt, ſuam quiſque ſalutem operetur. At verò Statum inituris Eccleſiaſticum, niſi ſingularis quædam Vocationis nota affulgeret, aſſidua, ne fortè vocati non eſſent, formido inhærebat. Scilicet Status hic ad aliorum inſtitutus perfectionem, hominesque JESU CHRISTO propinquiores exhibens, ſingularem omninò Vocationem expoſcit.

PUNCTUM II.

ADEÒ itaque Clericatum non ambierunt, ut majori tunc curâ ac ſollicitudine Ordinationem fugerent, quàm multi nunc fervore requirant. Idcircò nimirùm alii cavernis ſe abdidêre, alii pollices ſibi aureſque reſecuêre, alii denique aſſiduis à Deo precibus mortem popoſcêre, ut Sacerdotium declinarent. Non niſi quatuor Eccleſiæ Patrum exempla hîc inſpice, audi verba, monumenta pervolve. Nota eſt omnibus reluctatio, nè dicam violentia, quam ſanctus adhibuit Ambroſius, nè Epiſcopus eligeretur. S. Hieronymus à Paulino ordinatus eſt; ſed vim ſibi factam queſtus, Legeſque Eccleſiaſticas non ſervaturum ſe comminatus. Narrat Poſſidonius, quas S. Auguſtinus fuderit lachrymas, cum S. Valerius manus ei per vim imponeret. S. Gregorius mercatoris ſpecie & fugâ ſibi conſuluit, ſeque, Divino licet miraculo proditum, etiamnùm occuluit.

Reperio omnes Sanctos divini miniſterii ingentem veluti molem formidantes. S. Cyr. Alex. hom. de feſt. Paſch.

Marcus Evangeliſta, Ammonius Monachus, Nilammon, fugâ ſibi conſulunt: Cyprianus, Athanaſius, Martinus, Gregorius Nazianzenus, Chryſoſtomus, Fulgentius coguntur: Nicolaus Myrenſis, Alexander, Anatolius, Euſtach. Dioſcent. Iacobus Niſibenſis, Helladius. Ipſe Ambr. lib. 3. epiſt. 25.

Manus injecta. In ejus vita c. 2.

Et ipſe ad Valerium ſcribens: *Vis, inquit, mihi facta eſt, merito peccatorum meorum.* Ioannes Diaconus in ejus vita.

Nùm hos Patres, omneſque horum ſectatores opinio ſua, te judice, fefellit? Quòd ſi ergò tot precibus muniti, tantâ luce irradiati, ſanctimoniâ tantâ coruſcantes non citra formidinem ac violentiam ad ſacra miniſteria acceſſerunt, quanta proh! temeritas, cæcitaſque, in eadem ſe dare præcipitem, conferre huc ſemetipſum atque offerre, nec inſtitutum à Salvatore Ordinem, nec Apoſtolorum exemplum, neque grandia hæc Eccleſiæ lumina, nec Evangelium denique Canoneſvè Conciliorum conſiderare?

Tantùm ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus fugiat, ſola iſti ſuffragetur neceſſitas excuſandi. Leo & Author. ep. impl. quenquam cap. de Ep. & Cl.

Omnia probate, quod bonum eſt, tenete. 1. Theſſalon. 5. 21.

Digitized by Google

Cave, horum eſſe de numero, nè gradus fortè, quem expetis, tibi cauſa ruinæ ſit. Quòd ſi horum ignarus jam tùm te ipſum in eum ingeſſeris; ut idem ſaltem & alii tentent, tu nè conſenſeris. Decerne deinceps, ne tuâ unquam operâ ad Ordines quis promoveatur, de cujus legitima Vocatione tibi non conſtiterit, nè fortè peccatorum, in eorum miniſterio patrandorum, particeps efficiaris

Nè communicaveris peccatis alienis. 1. Tim. 4. 22.

MEDITATIO XVIII.

De Notis Vocationis.

Ac imprimis de Notis Pſeudo-Vocationis.

1. Vocatio alia vera eſt; alia falſa ſive Pſeudo-Vocatio.
2. Quinque ſexvè Notæ Pſeudo-Vocationis.

Non reſpicies vultum ejus, neque altitudinem ſtaturæ ejus; quoniam abjeci eum. 1. Reg. 16. 7.

Ita Deus Samuëli, cum hunc ad Regem ungendum deſtinaret, nè ſpecie ſibi externâ imponi ſineret: Hoc ipſum verò & iis non immeritò adaptetur, qui externam Vocationis ſpeciem præ ſe ferentes, ad Ordines confluunt; neque ſæpiùs tamen electi à Deo neque revera vocati ſunt.

Univerſos ſiquidem in Ordinibus Eccleſiaſticis conſtitutos, honorem quærentes proprium, & divitias ſeu corporis voluptates, poſtremo quæ ſua ſunt non quæ Iesu Christi, *manifeſtè prorsùs & indubitanter, non ea, quæ à Deo eſt gratia, ſed, quæ omnium radix malorum eſt, cupiditas introducit,* S. Bernard. decl. ſuper ecce nos reliq.

Indignum eſt dare Deo, quod dedignatur homo. S. Hier. com. in 1. Mal.

Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei. Pſal. 82. 12.

PUNCTUM I.

Considera, duplicem eſſe Vocationem: Altera vera eſt atque legitima, quæ à Deo; altera falſa, & ſpeciem dumtaxat Vocationis præ ſe ferens, quæ aut à nobiſmetipſis aut ab hominibus aut à ſpiritu maligno procedit, quamque vel avaritia vel ambitio vel alia quæpiam commodi proprii libido ſuggeſſit.

PUNCTUM II.

Considera, quòd, quemadmodùm notæ quædam ſunt, quibus Vocatio vera atque legitima, ita ſint & aliæ, è quibus falſa ſive Pſeu-

Digitized by Google

Pſeudo-Vocatio dignoſcatur. Hæ verò ſunt, imprimis ſi parentes ad Eccleſiam nos deſtinantes, ad ejus quoque Sanctuarium quaſi manuducant, aut familiam ſuam exoneraturi, aut in conſanguinei cujuſpiam beneficium nos immiſſuri, aut ſubſidium aliquod à nobis accepturi &c. Sicut enim fidem non habet, qui non habet niſi parentum; ita nec ad Altaris miniſterium omninò vocatus eſt, quiſquis non niſi à parentibus vocatus eſt. 2. Siquis Statum ineat Eccleſiaſticum, ut juriſdictioni ſæculari ſe ſubducat, tributis & vectigalibus eximat, vitæ hujus neceſſaria habeat, ita ſcilicet Jesu Christi miniſterium ſacrilegâ perverſitate ad finem referens tam profanum. 3. Si quis hunc ineat, ut vitam ducat otioſam commodamque & ab omni familiæ ſtrepitu ac ſollicitudine longè remotam: quaſi verò Status Eccleſiaſticus quietis ſit locus, ubi à tumultu tricisque mundanis expedito in otio degere, nulloque ferè negotio ad cælum pertingere liceat. 4. Siquis hunc ineat, ut pro lubitu ſuo vivat, ut plus opum congerat è beneficio, quod ibidem expectat, quibus aut luxum ſuum foveat augeatque, aut famulitium multiplicet, aut ſplendidius epuletur, aut denique conſanguineos ſuos ditet ac evehat: quaſi verò Eccleſiaſticis ſatis eſſe non debeat, ut, quod olim Chriſtiani ad Baptiſmatis, ipſi ad Ordinis gratiam impetrandam patrimonium non abdicent; ſed vel ideò ad hanc offerre ſe liceat, ut plures illi divitias accumulent. 5. Siquis hunc ineat, quaſi vitam multo crimine fœdatam pœnitentiâ hîc expiaturus; hanc ſiquidem antè actam oportuit. Deniquè ſiquis hunc ineat, ut plùs honoretur, ut ad infulas aliaſvè Eccleſiæ dignitates promoveatur. ***Purum enim eſſe Clericum erubeſcitur in Eccleſia***, inquit S. Bernardus, ***ſeque viles æſtimant & inglorios, ſi quocumque eminentiori loco non fuerint ſublimati:*** Non abſimiles hac in parte

Scholares pueri & impuberes adoleſcentuli, ob ſanguinis dignitatem promoventur ad Eccleſiaſticas dignitates, & de ſub ferula transferuntur ad principandum Presbyteris; dum huic parvulo forſan necdum nato Eccleſiaſtica beneficia provida ſane jam parentum ſollicitudo parat: Hunc nos, inquientes, illi vel illi tradamus Epiſcopo, ut ditemur de bonis Domini, nec in tot liberos noſtra dividatur hæreditas. S. Bern. ſuper: Ecce nos.

Qui non judicii ſæcularis fugiendi fraude. Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 4. ſub fin

Tanquam non virtutis exemplum; ſed victûs parandi occaſionem & ſubſidium, hunc Ordinem eſſe judicantes. S. Greg. Naz. or. 1.

Si quis Ordines eo quærit animo, eoque intuitu, ut hujus vitæ habeat neceſſaria, evangelizatur ut manducet, perverſo nimis ordine cæleſtibus terrena mercatur. S. Bern. ubi ſup.

Obſecro te, & repetens iterùm iterùmque monebo, ne officium clericatus genus antiquæ militiæ putes, id eſt, ne lucra ſæculi in Chriſti quæras militia: ne plùs habeas quàm quando Clericus eſſe cœpiſti, & dicatur tibi: cleri eorum non prodérunt eis. Nonnulli enim ſunt ditiores monachi, quam fuerunt ſæculares, & Clerici qui poſſideant

Phariſæis Matth. 23. 5. *Qui amant primos accubitus in cœnis & Cathedras in Synagogis* : Qui glorificant ſe, captantes favorem humanum, ut Pontifices fiant. Ubi tamen Jesus Christus *exinanivit ſemetipſum*, ſicque per humilitatem & crucem declaratus eſt Pontifex.

opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete, & fallace diabolo non habuerant, ut ſuſpiret eos Eccleſia divites, quos tenuit ante mendicos. S. Hier. ep. ad Nepot.

Honorati incedere volunt, delectari & ſuperbire, & huic ſæculo per omnia conformari Bern. Ep. 4. ad Henr. Senon.

Nonnulla quoque bona opera animo proponunt, & quamvis hoc intentione elationis appetant, operatos tamen ſe magna pertractant, fitque, ut aliud in imis intentio ſupprimat, aliud tractantis animo ſuperficies cogitationis oſtendat. Sanc. Greg. paſt. 1. c. 9.

Examina temetipſum, an nulla ex hiſce notis ingreſſum tuum in Statum Eccleſiaſticum deturpârit, ut jam ſaltem eumdem expurges, corrigas intentionem, contrariamque ei, quam inire cœpiſti, viam tenere decernas: e.g. laboris indefeſſi, ſi deſidiam: vitæ humilis, ſi ambitionem amplexus fueris. At nè hoc in examine tibi blandiare; ſic enim plerique, qui, modò methodum calleant, neſcio quam, dirigendæ intentionis, ſibique perſuadere nituntur, hanc in unicam ſolius Dei gloriam collimare, de Vocatione ſua ſecuri conquieſcunt: fallere quidem potes Eccleſiam, quæ nonniſi de exterioribus judicat; ſed Deum non potes.

Neque enim ſecundùm intuitum hominum ego judico; homo videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor. 1. Reg. 16. 17.

ME-

MEDITATIO XIX.

De Notis veræ atque legitimæ Vocationis.

Nota Prima:

Siquis à ſuo Vocetur Epiſcopo.

1. Vocatio duplex, altera ordinaria, altera extraordinaria.
2. Inter notas ordinariæ prima, maximèque in Eccleſia uſitata hæc eſt, ſi quis a ſuo vocetur Epiſcopo.
3. Quàm huic adverſa ſit via, quâ hodie plerique Statum ineunt Eccleſiaſticum.

Dixit Dominus vineæ procuratori ſuo: voca operarios. Matth. 20. 8.

Dominus hic Iesus Christus eſt, Eccleſia vinea, procurator Epiſcopus, operarii Eccleſiaſtici; hos autem operâ Epiſcopi à Iesu Christo vocatos oportuit.

Punctum I.

Considera, quòd Deus ad Statum Eccleſiaſticum quoſdam vocaturus, duplici Notarum genere voluntatem ſuam manifeſtet. Aliæ extraordinariæ ſunt, ut prophetiæ, miracula, prodigia, quæ in plurimorum ordinatione Sanctorum apparuêre, v.g. Aaronis, Pauli, Timothei, Ambroſii ab infante, Gregorii à columba ignea deſignati, Nicolai, Nicetii, pluriumque aliorum. Atque hiſce notis graviorem eis apud populum conciliârat authoritatem, firmiorem in moleſtiis quibuſque ſuæ gratiæ fiduciam ingerebat, ſibique miniſterium ab eis non vulgare Deus pollicebatur. Aliæ ordinariæ ſunt, quas, ut ſervaret rerum ordinem ſuaviterque diſponeret omnia, pro vario Eccleſiæ tempore atque ætate varias inſtituit.

Secundum præcedentes in te prophetias. 1. Tim. 1. 18.

Diſponit omnia ſuaviter. Sap. 8. 1.

Punctum II.

Considera, notas inter ordinarias hanc eſſe primam, maximèque in Eccleſia olim uſi-

Qui judicio ſui Epiſcopi ſit utilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſiis, Con-

cil. Trid. ſeſſ. 13. de reform. 2. 16. in princ.
Tu es Sacerdos in æternum. Pſalm. 109 4.
Venite, faciam vos fieri piſcatores hominum. Matth. 4. 19.
Non vos me elegiſtis; ſed ego elegi vos. Ioan 15 16
Tu, Domine, qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris. Act. 1. 14.
Conſiderate viros boni teſtimonii. &c. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fide & Spiritu Sancto & Philippum, &c. Act. 6. 3. & 5.

uſitatam, ſi quis à ſuo vocetur Epiſcopo, non commodi proprii aut carnis affectu; ſed vocati meritis & Eccleſiæ neceſſitate ſeu utilitate impulſo. Licet enim, qui nos vocat, Epiſcopus, vocationem noſtri non inſtituat, ſed ſupponat (quemadmodùm v. g. Concilium non mihi jus ad bona tribuit, quæ ſententiâ ſuâ adjudicat; ſed jus dumtaxàt, quod mihi erat, interpretatur, eaque ad me pertinere pronuntiat) eſt tamen Epiſcopi vox quaſi exterior interpres, cujus miniſterio ſuum de nobis decretum Deus enuntiat.

Hæc regula eſt, diuturno jam pridem uſu recepta, quam & hodie ſacroſancta Synodus Tridentina reſtituere cogitavit, dum Seminaria inſtituit. Ita, ut videmus, Pater æternus Filium vocavit, hic Apoſtolos, hi eos, qui ſibi deinceps ſucceſſerunt. Ita delectus Matthiæ inſtitutus eſt. Ita vocati ſeptem Diaconi. Ita Paulus Timotheum vocavit & Titum. Ita Petrus Clementem, Linum, alioſque, quos varias in provincias ablegavit. Ita denique per vocationem, velut canalem quemdam, cujus ſcaturigo Patris æterni ſinus eſt, in Ordinatos quoſque divitiæ atque theſauri, quorum particeps reddendus eſt populus, transfunduntur.

PUNCTUM III.

S. Cypr. de Corn. ſic loquitur. *Epiſcopatum ipſum nec poſtulavit, nec voluit, nec, ut cæteri, quos arrogantiæ, & ſuperbiæ ſuæ tumor inflat, invaſit: ſed quietus & modeſtus, & quales eſſe conſueverunt, qui ad hunc locum divinitus eliguntur, & pro pudore virginalis conſcientiæ ſuæ, & pro humilitate ingenita ſibi & cuſtodita verecundia, non, ut quidam, vim fecit, ut Epiſ-*

CONSIDERA, quàm Veteri huic Traditioni adverſa ſit via, quâ hodie plerique Statum ineunt Eccleſiaſticum. Nonnè veriſſimum, quòd fideles ipſum potiùs Epiſcopum vocent, quàm vocentur ab ipſo? Adeò ab ipſo non compelluntur, ut ipſum compellant potiùs, ut & Clericos & Miniſtros Eccleſiæ & tandem Sacerdotes eos conſtituat. Verum id quidem, non eam ampliùs vigere conſuetudinem, ut à ſuo quis, ut olim, vocetur Epiſcopo; verumtamen, ſi contrarium Eccleſia toleret, teque ipſi permittat temetipſum offerre, hoc ſaltem vetus illa conſuetudo

tibi

tibi innuit, quò timore atque tremore, quoque apparatu Statum oporteat Eccleſiaſticum adire.

Profectò, ſi ad unicam Corporis Dominici Communionem tantam à nobis probationem expoſcat Apoſtolus; quam tandem exiget ad Sacerdotium præſertim quo ad Communionem, ut ita dicam, & participium quis admittitur poteſtatis Sacerdotalis & Judiciariæ Domini noſtri Jesu Christi, cujus vi Corpus ejus in Altari ſiſtitur, cui indignè Communicare tantoperè veremur?

copus fieret; ſed ipſe vim paſſus eſt, ut Epiſcopatum coactus exciperet. Ep. 52. ad Anton.

Videte vocationem veſtram, ait vocatus Apoſtolus, conſideremus & nos, an vocati venerimus & vocati à Deo, cujus nimirum hac vocatio eſt. S. Bern. ſuper: Ecce nos.

Probet itaque ſeipſum. 1. Cor. 11. 28.

MEDITATIO XX.

Alia Nota Vocationis Legitima.

1. Poteſt Dei Vocatio per alium nobis innoteſcere, quàm per Epiſcopum; undè nec per hunc hodie innoteſcere conſuevit.
2. Quænam alia Vocationis Nota?
3. Quid agendum, ne quis in hiſce fallatur?

Domine, ſi tu es, jube me venire ad te ſuper aquas. Matth. 14. 28.

Hoc & nobis cum Petro ad Salvatorem clamandum eſt, ſi quando ad Statum nos Eccleſiaſticum impelli ſentimus, ut veris indicare notis non dedignetur, utrum ipſe ſit, à quo vocamur.

PUNCTUM I.

Considera, quòd, licet à ſuo vocari Epiſcopo (qui quoad delectum miniſtrorum Eccleſiæ, hujus quodammodo os eſt, Divinæque voluntatis interpres) via ſit optima, ut vidiſti, ac ſecuriſſima, quâ Statum quis ineat Eccleſiaſticum; quoniam tamen plura jam fluxêre ſæcula, ex quibus illa exolevit, non deſunt & aliæ quædam notæ, quibus probabiliter dignoſcatur, nùm legitimè quis vocatus ſit. Quamvis etenim fide certum ſit, quòd à Deo vocatum eſſe

Digitized by Google

eſſe oporteat, non tamen æquè definitum eſt, vocationem hanc non niſi ab Epiſcopo denuntiandam eſſe.

PUNCTUM II.

Dixit quidam ad illum: Sequar te quocumque ieris. Dixit illi IESUS: *Vulpes foveas habent, &c. ait autem ad alterum: Sequere me: Vade & annuntia regnum Dei.* Luc. 9. 57.

CONSIDERA, has inter notas hanc eſſe primam, ſi erga Statum Eccleſiaſticum quibuſdam Deus à teneris annis, aut certè multo jam tempore perſeverantem indat propenſionem, quâ & magni illum faciant & profundè venerentur & ferventi erga ejus munia zelo ferantur: hæc enim propenſio ſuavior methodus maximeque nativa eſt, quâ ad finem ſibi præſtitutum creaturas paſſim perducere conſuevit. Hæc proindè propenſio moderata ſit oportet, firma, conſtans, ab omni proprii commodi cupiditate remota; harum ſiquidem conditionum inopiâ quoſdam cernimus in Evangelio ad ſequendum Salvatorem non eſſe admiſſos, cujus tamen deſiderium apertis precibus præ ſe ferebant.

Altera Nota caſta intentio eſt, quâ & Deo quis in hoc Statu ſervire, & proximi ſalutem pro viribus procurare contendit. Tertia eſt, ſiquis vehementi erga diſciplinam Eccleſiaſticam reverentiâ & affectu feratur. Quarta denique, ſiquis, præter nativam corporis atque animi diſpoſitionem, ad aliarum inſuper conditionum gradum aliquem pertigerit, non ſine deſiderio pertingendi adſummum, quæ ad ritè obeunda Statûs Eccleſiaſtici munia requiruntur: hoc eſt, ſanctitatis, bonæ famæ, zeli, animi generoſi, opum honoriſque contemptûs, impigritiæ in labore, ſcientiæ, prudentiæ, modeſtiæ, caſtitatis.

Ecce notas, quibus, verane ſit an falſa vocatio, internoſcendum. Ut autem & earum veritas dignoſcatur,

PUNC-

Digitized by Google

PUNCTUM III.

CUM non rarò contingat, ut in noſtra ipſorum cauſa cæcutiamus, ad Deum imprimis recurrendum eſt, ut ejus voluntas requiratur, temporis nonnihil ſolitudini dandum; quemadmodum dedit Salvator noſter, priuſquàm vocaret Apoſtolos: ut preces ferventiores adhibeantur, generali eâque accuratâ Confeſſione expianda conſcientia eſt. Poſt hæc autem omnia ancipites etiamnùm hæreamus, oportet, donec ad Statum hunc determinemur, aut per eos, qui quodam ſaltem modo in Eccleſia nobis præpoſiti ſunt, aut, ſi facilis ad eos non detur acceſſus, per aliquem certè virum Eccleſiaſticum, prudentem, philautiæ expertem, diſciplinæ Eccleſiaſticæ zelo ferventem (nota benè ſingulas haſce conditiones) hic autem hâc ſuper re conſulendus, huic omnes animi receſſus explicandi: hic præpoſitorum noſtrorum ac ipſius Epiſcopi ſupplebit inopiam, hic tamquam Dei interpres voluntatem ejus nobis enuntiabit. Atque hanc ob cauſam Concilium Tridentinum, veterem illam aſſumendorum ab Epiſcopo Clericorum conſuetudinem ſuppleturum, ſtatuit ut quicumque ad Sacerdotium aſpirant, ſanctorum ſeniorumque directioni Sacerdotum ſe ſubjiciant, quorum & obſequantur conſilio & voci auſcultent, & delectu totius Eccleſiæ nomine offerantur.

O quantum iis ſolatium, qui hâc viâ Statum Eccleſiaſticum iniêre! quanta cauſa timendi, qui tramitem huic adverſum tenuêre! Decerne itaque, nunquam huc niſi illâc intrare, ac præſertim nonniſi alterius conſilio atque directione; hæc enim tutiſſima via eſt. Ita Paulus ad Ananiam miſſus eſt, dicente Domino:

Surge ingredere civitatem & ibi dicetur, quid te oporteat facere. **Act. 9. 7.**

Cujus enim finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt. Boëtius.

Quis enim volens turrim ædificare, non prius ſedens computat ſumptus, qui neceſſarii ſunt ad perficiendum? ne poſteaquam poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes incipiant illudere ei dicentes: quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Luc. 14. 18. & ſeq.

Exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus eſſet, vocavit diſcipulos ſuos & elegit duodecim ex ipſis quos & Apoſtolos nominavit. Luc. 6. 12. & 13.

In divina voluntate indaganda, neceſſarium eſt nos ita comparare, ut noſtra omnis voluntas ceſſet, & in neutram partem magis vergat: nam cùm ea ab omni affectu purgata ac mundata fuerit, apta eſt ad divinum inſtinctum percipiendum. S. Climac. de fuga inanis vitæ.

Quando mundi ſapientia maledicta ſupplantat, & conceptum in eis extinguit ſpiritum, quem voluerat Dominus vehementer accendi: Noli præcipitanter agere, diu conſidera, diligentiùs intuere: magnum eſt quod proponis, & opus habes multa deliberatione: experire quid poſſis, amicos conſule, ne poſt factum pœnitere contingat. S. Bern in decl. ſuper ecce nos.

Quæri namque magis, quàm quærere debueras. Idem.

ME-

Digitized by Google

MEDITATIO XXI.

In quo conſiſtat puritas intentionis, quâ Status Eccleſiaſticus ineundus eſt?

1. Quanti ſit momenti, ut Statum initurus Eccleſiaſticum puram reddat intentionem?
2. Cujuſmodi hæc intentio eſſe debeat?
3. Animadverſio ſuper noſipſos.

Nemo poteſt duobus Dominis ſervire. Matt. 6.24.

Cum Status Eccleſiaſticus ſtatus ſit ſervitutis, neque duobus Dominis ſerviri poſſit, non alium ſanè ob finem Clericis hic ineundus eſt, quàm Deo & Eccleſiæ ſervituris.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, ſi toto vitæ decurſu puram reddere intentionem magni referat, referat profectò maximi, dum de Statu Eccleſiaſtico ineundo agitur. Prima hujuſce ratio hæc eſt; quia, teſte Gregorio, aliud ſæpe imaginationis ſuperficie præferimus, quàm imo corde abſcondamus, uſque adeò in noſtram ipſorum fraudem ingenioſi ſumus, ad ſtatum hunc amplectendum nonniſi noſtro movemur commodo; & nobis tamen perſuadere conamur, in unicam Dei gloriam nos collimare. Altera eſt iſta: ex fonte ſordido nonniſi ſordidum; cum itaque natura noſtra adeò corrupta ſit, quàmlibet rectam nobis præfigere intentionem annitamur, ſemper utique metuendum eſt, ne hujus ſpecie aut ſuperbia aut alia quædam perverſa cupiditas abſcondatur.

PUNCTUM II.

CONSIDERA itaque, quem ſibi finem præſtituere debeant, quicumque ad Ordines ſe diſponunt. Vidiſti jam, nec vanitatem hunc eſſe nec avaritiam nec ſenſuum voluptatem (quæ tamen

Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Matth. 20. 28.

Non dominamur fidei veſtræ. 1. Cor. 1. 23.

Nos ſervi veſtri per Chriſtum. 2. Cor. 4. 5.

Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit. Matth. 6. 22. & 23.

Oculus noſter intentio eſt: quæ ſi recta fuerit & ſimplex, opera noſtra mundafacit, Deoque placentia: ſi vero appetitu rerum temporalium inquinatur, ipſum quoque opus ea intentione ſuſceptum ſordeſcit. S. Aug. de ſer. Dom. in mont.

Lippientes oculi ſolent lucernas videre numeroſas, ſimplex oculus & purus, ſimplicia intuetur & pura. S. Hier. in c. 6. Matth.

Nam ſæpe ſibi de ſe mens ipſa mentitur & fingit ſe de bono opere amare quod non amat, & de mundi gloria non amare quod amat. S. Gregor. Paſt. p. 1. c. 9.

Ut fidelem Deo cultum præſtent. Concil. Trid.

men tentatio triplex eſt, cujus miniſterio plures Eccleſiaſticos diabolus evocat tollitque in altum Templi pinnaculum, ut lapſu graviore ruant) Reſtat itaque, ut in aliud nihil colliment, quam ut Deo & Eccleſiæ ſerviant. Ut verò finem hunc undique noveris, noveris etiam, num tibi hunc præſtitueris,

PUNCTUM III.

CONSIDERA & examina temetipſum, nùm Statum ingreſſus Eccleſiaſticum vehementi procurandæ ſalutis tuæ deſiderio flagraveris, nùm Chriſtianus te zelus comederit ſervandæ legis Evangelicæ, paupertatis amplexandæ, fugiendæ avaritiæ, tolerandarum non ſine gaudio injuriarum, in humilitate & pœnitudine degendi, Crucis cum Salvatore portandæ, ejuſque veſtigiis per arduam Evangelii ſemitam gradientis inhærendi: Conſidera, inquam, nùm animus tibi fuerit, unicæ Dei gloriæ, proximique ſaluti ſtudere, non ſine pietate ac reverentia minima quæque Statûs Eccleſiaſtici munia exercere, ſingulos in dies temporis nonnihil meditationi dedere: Conſidera denique, nùm magnus te ardor caſtitatis, nùm contemptus mundi & vanitatum ejus, nùm deſiderium te impulerit vivendi impoſterùm tamquam creaturarum anathema, uniqque Deo conſecratum.

Qui ea intentione gradus Eccleſiaſticos & miniſteria ſanctuarii quærit, imo quæritur, & ſine curis ſæculi in ſanctimonia cordis & corporis vivit illuminandus, accedat ad Dominum, & ſuam pariter ac proximorum operetur ſalutem, orationis ſtudio deditus & verbo prædicationis. S. Bernard. decl. ſuper ecce nos.

Nec enim negligendam gratiam nobis Dominus dedit, ſed fideliter exercendam tribuit. Alex.

Ecce notas, ecce fines ſanctæ Vocationis, jam tui ipſius judex eſto: ſi tibi defuerint, rubore perfundere, emendationis ſubeat & pœnitudinis animus; hæc enim unica ad ſalutem tibi via eſt. Quod ſi verò ſacris nondùm Ordinibus initiatus es, cogita non ſemel, quæ modò dicta ſunt, & ſeriò cogita: Sique canus hoc apparatu reperiaris inſtructus, tùm demùm non citrà humilitatem Epiſcopo temetipſum offerre, cùmque Iſaia licebit dicere:

Ecce ego, mitte me. Iſai. 6.

ME-

MEDITATIO XXII.

Alia Vocationis nota fundamentalis, cæteris omnibus præmittenda, ſi Spiritu quis Eccleſiaſtico præditus ſit.

1. Quàm ſit neceſſarium, ut Spiritu quis Eccleſiaſtico præditus ſit?
2. Quid Spiritus ille Eccleſiaſticus?
3. Notæ hujuſce Spiritûs.

Ecce puer meus, quem elegi, ponam Spiritum meum ſuper eum. Iſaiæ 42.1. Matth. 12.18.

Ecce Filius meus dilectus, inquit Pater æternus, quem Spiritûs mei conſortem efficiam, ut vel indè pateſcat, quòd ad Sacerdotium hunc verè ſelegerim vocaverimque.

PUNCTUM I.

Secundum regulam menſura, quâ menſus eſt nobis Deus. 2. Cor. 20. 13.

CONSIDERA, quòd, juxta exemplar in harum tibi meditationum decurſu propoſitum, nota ſit certiſſima, maximèque irrefragabile teſtimonium, quibus ad Statum nos Eccleſiaſticum vocatos eſſe cognoſcimus, ſi magnum ei pretium poſuerimus, ſi muniis ejus lubenter vacemus, ſi eo oblectemur. Cùm enim ſingularem conditionis cujuſquam ſpiritum Deus nunquam impertiatur, niſi iis, quos ad illam vocavit; prorsùs hinc conſectaneum eſt, quòd, ſi ſtatûs noſtri ſpiritus (quem ab eo Clericalem dicimus ſeu Eccleſiaſticum) in nobis advertimus, non vanè augurari liceat, quòd & legitimè ad eum vocati ſumus. Ut verò penitiùs noſcatur hæc veritas,

PUNCTUM II.

Ecce vocavi ex nomine Beſeleel, & implevi eum ſpiritu Dei, ſapientia &

CONCLUDE ex dictis, Spiritum Clericalem ſive Eccleſiaſticum nihil eſſe aliud, quàm gratiam abundantem, ſeu vim quamdam Di-

Digitized by Google

Divini Spiritûs, in Ordinatione cumulatè effuſam, quâ ſcitè, facilè, lubenter, nec ſine affectu Statûs Eccleſiaſtici munia exercemus. Tolle hanc virtutem, & Eccleſiaſticorum nonniſi umbra ſumus & ſimulachrum, vel nomine indigni. Ita Moyſi quondam mandans Dominus, ſeptuaginta prudentiores ex Iſraëlitis deligeret, qui populum cum eo judicarent: *Auferam*, inquit, *de Spiritu tuò* (quo eum utique copiosè repleverat) *tradamque eis; ut ſuſtentent tecum onus populi.* Poſtquàm verò alibi fabricandi Tabernaculi formam ei præſcripſiſſet, alteri cuipiam, cui nomen Beſeleël, ſingularem conſtruendæ ſupellectilis ejus induſtriam infudit. Hujus itaque Spiritûs neceſſitatem præ oculis habet Eccleſia, cum primâ pro Tonſurâ inſigniendis oratione precatur: *Vt donet illis Spiritum ſanctum.*

intelligentia, & ſcientia in omni opere. Exod. 3. 2. & 3.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quænam Spiritûs hujus Eccleſiaſtici notæ ſint. Prima eſt, ſiquis magnum univerſo Statui Eccleſiaſtico pretium ponat, minimos quoſque illius gradus, v.g. Tonſuram, pluris faciat, quàm ſublimiores ſæculi dignitates. Altera, ſiquis conditionis ſuæ notas v.g. tunicam talarem, capillos acciſos non erubeſcat. Tertia, ſiquis infima ejus munia lubens exerceat, v.g. candelabrum geſtet, Miſſæ ſerviat, &c. vel illis etiam indignum ſe reputans. Quarta, ſiquis fervido diſciplinæ Eccleſiaſticæ & conſervandæ & reſtaurandæ zelo ducatur, omnemque ſive exemplo ſive exhortatione pro viribus huc operam conferat.

Si quis Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus. Rom. 8. 9.

Has modò notas in teipſo inquire: ſi inveneris, grates Deo repende; hæ enim certiſſimum vocationis tuę teſtimonium perhibent; ſin autem, eſt profectò, cur tibi metuas: Quemadmodùm ſiquidem de cunctis verè dixero Chriſtianis, ſi quis Spiritum Chriſti non habet, hic verè Chri-

Digitized by Google

ſtianus non eſt: ita & tu inani nomine Eccleſiaſtici gloriaris, ſi Spiritum non habes Eccleſiaſticum, qui ex notis jam dictis agnoſcitur. Quin & minæ illæ, quas Phariſæis Salvator intentat, in te deſævient:

Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cæleſtis, eradicabitur. Matth. 15. 10.

MEDITATIO XXIII.

Impedimenta Spiritûs Eccleſiaſtici,

ET

Methodus illius acquirendi.

1. Magnum Spiritûs Eccleſiaſtici impedimentum ſpiritus hujus mundi eſt.
2. In quo conſiſtat ſpiritus hujus mundi?
3. Methodus acquirendi & conſervandi ſpiritûs Eccleſiaſtici.

Ego rogabo Patrem & alium paracletum dabit vobis, quem mundus non poteſt accipere, quia non vidit eum nec ſcit eum.
Joan. 14. 16. & 17.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quod juxta hæc verba maximum unicumque Spiritûs Eccleſiaſtici impedimentum ſpiritus hujus mundi ſit: licet enim illa ſenſu litterali de tertia Trinitatis Perſona intelligantur; quoniam tamen Spiritus Eccleſiaſticus copioſa quædam gratiæ illius participatio eſt, quidquid Spiritui illi Divino, Eccleſiaſtico etiam, quæ illius participatio quædam eſt, adverſari dicendum eſt.

PUNCTUM II.

Omne quod in mundo eſt, aut eſt concupiſcentia carnis, aut eſt concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. 1. Joan. 2. 16.

CONSIDERA, in quo ſpiritus hujus mundi conſiſtat: Docet nos Joannes Apoſtolus, quòd ſpiritus hujus mundi nihil ſit aliud, quàm con-

concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum & ſuperbia vitæ. Quiſquis igitur Spiritu Eccleſiaſtico donari deſiderat, à triplici hac concupiſcentiâ, id eſt, inordinato amore voluptatum, divitiarum atque honorum, tamquam omnium, quæ in mundo ſunt, malorum ſcaturigine quàm longiſſimè recedat: Virtutes ſectetur hiſce contrarias, ac imprimis mortificationem, victum ſibi, amictum, lectum, ſupellectilemque molliorem, ſeque ſimul mundanorum hominum conſortio ſubducat: colat deinde paupertatem, hoc eſt, rebus neceſſariis contentus ſit, in beneficia neque lite, neque alia viâ minùs legitimâ ſeſe avidè ingerat, utatur hoc mundo, uti monet Apoſtolus, tamquam non utatur: ſtudeat denique humilitati, atque adeò honores, dignitates, munia ſive ſæcularia ſive Eccleſiaſtica non ambiat; imò verò injuriam, ignominiam, vilipendium lubens toleret.

Recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum. Num. 16. 26.

Nolite conformari huic ſæculo. Rom. 12. 2.

Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. 1. Tim. 6. 8.

Pro terrena gleba innumeras excitatis lites. S. Chryſoſt. homil. in 1. Tim.

Qui hoc mundo utuntur, tanquam non utantur. 1. Cor. 7. 31.

Videmus nunc omnem Eccleſiaſticum zelum fervere ſola pro dignitate tuenda vel divitiis conquirendis: honori totum datur; ſanctitati nihil aut parum. S. Bern. l. 4. de Conſ. c. 2.

Vide, ad quantum perfectionis faſtigium Spiritus pertingat Eccleſiaſticus: examina teipſum, quàm commodo tuo ſtudeas, naturæque ſervire contendas: nonnè totus adhuc in eo fuiſti, ut commodè viveres, extraque neceſſitatis anguſtias te collocares? Quid, quòd ille primus fortaſſe ſcopus ſit, qui ad Statum Eccleſiaſticum te allexit? Si ita eſt, pœniteat facti, Deumque veniam deprecare.

Nihil non faciunt, ad gratiam dormire cupiunt, velut ad quietem accedunt ad negotium. S. Chryſ. homil. 3. in Act.

PUNCTUM III.

CONSIDERA methodum Spiritûs Eccleſiaſtici (quo ſine nonniſi ſimulachra ſumus) acquirendi & conſervandi. Prima oratio eſt, quæ ſive ex officio ſeu ſpontanea devotione profuſa, hunc in finem dirigatur oportet. Altera frequens muniorum Eccleſiaſticorum exercitium eſt; ex actibus enim, magna præſertim cum attentione exercitis, ejuſdem generis habitus generantur. Tertia proborum Eccleſiaſticorum ſodalitium

Dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Luc. 11. 14

Cum ſancto ſanctus eris. Pſalm. 17. 25.

Etiam Saül inter Prophetas. 1. Reg. 10. 11.

Digitized by Google

eſt; ſic enim Saül inter Prophetas & ipſe Propheta evaſit. Poſtrema eſt, ut Sanctorum quis vitam legat Eccleſiaſticorum, ac præſertim eorum, qui ſibi coætanei ſunt, ut teneriori erga eos devotione feratur.

Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum converſationis, imitamini fidem. Hebr. 13. 7.

MEDITATIO XXIV.

Quid eſt, quod æquum de noſtra ad Statum Eccleſiaſticum Vocatione judicium interturbet?

1. Si quis beneficium jam obtinuerit, aut jamjam obtinendi ſpe lactetur.
2. Si omninò deſideret, quâcumque tandem viâ, Statum inire Eccleſiaſticum.
3. Si vel populi vel ipſorum peccatis Eccleſiaſticorum iratus ſit Dominus.

Quis cæcus, niſi ſervus meus & ſurdus, niſi ad quem nuntios meos miſi? Iſai. 42. 19.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, inter ea, quæ æquum de noſtra ad Statum Eccleſiaſticum vocatione judicium interturbant, tria eſſe potiſſima. Primum eſt, ſiquis beneficium aliquod jam obtinuerit, aut jamjam obtinendi ſpe lactetur: hoc enim efficit, ut in ipſa luce veritatis Eccleſiaſticæ, aut ex libris aut aliundè comparatâ, cæcutiat ſenſuque deſtituatur. Illa illa infelix cæcitas, quam ut à nobis avertat Deus, Tonſurâ nos inſigniturus deprecatur Epiſcopus: *Vt ab omni*, inquit, *cæcitate ſpirituali & humana oculos eorum aperiat:* illa eſt, quæ plerorumque Clericorum animos uſquè adeò invaſit, ut quoad obtenta jam beneficia non modò ſecuros reddat, ſed ad nova quotidie aucupanda prioribuſque accumulanda vehementer impellat.

Per diem incurrunt tenebras, & quaſi in nocte, ſic palpabunt in meridie. Iob. 5. 1.

Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava & oculos ejus claude, ne forte videat oculis ſuis, &c. & convertatur & ſanem eum. Iſai. 6. 20.

Plena eſt ambitioſis Eccleſia, non eſt jam quod exhorreat in ſtudiis, & molitionibus ambitionis, non pluſquam ſpelunca latronum ſpoliis viatorum. S. Bern. lib. 1. de Conſid. c. 10.

Num-

Numquid de miſeris hujuſmodi Clericis non immeritò dicatur, quod ***videntes non videant, audientes non intelligant***, quòdque verſentur in tenebris, quàmlibet illuminatos ſe eſſe crediderint?

PUNCTUM II.

ALTERUM eſt, ſi quis deſideret omninò, quâcumque tandem viâ, Statum inire Eccleſiaſticum. Hoc enim aliundè provenire non poteſt, quàm ab exigua cura ſalutis, aut certè ſubtili admodùm philautiâ, quæ falſam eorum, quæ in nobis quæque extra nos ſunt, imaginem nobis exhibens, facillimè perſuadet, quòd optimâ v.g. ducamur intentione, quòd Eccleſiæ profuturi, quòd dênique legitimè vocati ſimus. Eheu! quàm multi ſunt eorum, ***in quibus***, ut cum Apoſtolo loquar, ***Deus hujus ſæculi excæcavit mentes***, ut veritatem hanc tam manifeſtam non agnoſcant, aut certè agnitam deſpiciant, oppugnent, riſui habeant.

Videntes non vident, & audientes non intelligunt. Matth. 13. 13.

Species decepit te. Dan. 13. 56.

Sibi enim ipſi mens ipſa ſæpe de ſe mentitur, & fingit de bono opere amare quod non amat, & de mundi gloria non amare quod amat. S. Gregor. lib. 1. Paſt.

In quibus Deus hujus ſæculi excæcavit mentes. 2. Cor. 4. 41.

PUNCTUM III.

TERTIUM eſt, ſi eorum, qui Statum Eccleſiaſticum inituri ſunt, peccatis iratus ſit Dominus, ***ſpargens*** utique, Auguſtino teſte, ***pœnales cæcitates ſuper illicitas cupiditates***, quas cordis imo fovemus hominesque celamus. Illa ira eſt, quæ metu perculit Auguſtinum, ne fortè in ſui Ordinatione vis ſibi facta ſit merito peccatorum ſuorum. Illa ira eſt, quâ ſæviente viri quandoque Divino Spiritu abundè cumulati, quos conſulimus, ad noſtram cæcitatem vel neſcii conferunt; Deo ſcilicet, uti non ſemel Scriptura teſtatur, lumen neceſſarium juſtiſſimè denegante. O pœnam formidabilem! quâ fit, ut in ore eorum, in quo veritas quæritur, ſpiritus reperiatur erroris. Quam quidem ſi non Eccleſiaſticorum; at certè populi quandoque peccatis Deus irrogat. Sic enim ſuo quondam populo com-

Spargens pœnales cæcitates ſuper illicitas cupiditates. S. Aug.

Vis mihi facta eſt, merito peccatorum meorum; nam quid aliud exiſtimem neſcio, ut ſecundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noveram? S. Aug. ep. ad Valer. 143.

Quis decipiet Achab, ait Dominus, ut aſcendat, & cadat?

Ego decipiam illum, egrediar & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum. Nunc igitur ecce dedit Dominus ſpiritum mendacii in ore omnium Prophetarum, &c. 3. Reg. 22. 20.

Digitized by Google

Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea Oſee 13. 11.

Paſtorum imperitia meritis ſæpe congruit ſubditorum, qui, quamvis lumen ſcientiæ, ſuâ culpâ exigente, non habeant; diſtricto tamen Dei judicio agitur, ut per eorum ignorantiam, hi etiam qui ſequuntur, offendant. S. Greg. Paſt. p. 1. c. 1. Idem habet hom. de Cur. in initio.

Circuibunt quærentes verbum Domini, & non invenient. Amos 8. 12.

Ecce ego ſuſcitabo Paſtorem in terra, qui derelicta non viſitabit, diſperſum non quæret, & contritum non ſanabit. Zach. 11.

comminatus: ***Dabo eis vulvam ſine liberis***, inquit, ***& ubera arentia.*** Oſeë 9. 14. Hoc eſt, Paſtores ignaros. Et alibi: ***Mittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ; ſed audiendi Verbum Domini.*** Amos 8. 11.

Ecquis ad haſce minas non contremiſcat? Vide, an nullum horum impedimentorum in te ſibi locum vendicet. Quod ſi ſurdum adhuc & cæcum percipiendæ huic veritati te exhibueris, jam ſaltem aures & oculos aperi. Pœniteat te, tanto temporis intervallo tenebris fuiſſe immerſum. Temeritatem tuam precibus & lachrymis expia: eamque nonnihil reparaturus admitere, ut omnibus de ingreſſu Statûs Eccleſiaſtici te conſulturis hanc ſimul veritatem, & illam Evangelii ſententiam firmiſſimè perſuadeas:

Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum. Joan. 6. 44.

MEDITATIO XXV.

De malis, quæ incurruntur ab his, qui in Statum Eccleſiaſticum ſine vocatione ſe ingerunt.

1. Super hiſce verbis: *ipſi regnaverunt, & non ex me &c. iratus eſt furor meus in eos.*
2. Primus furoris hujus atque iræ Divinæ effectus.
3. Secundus & Tertius.

Ipſi regnaverunt, & non ex me. Principes extiterunt & ego non vocavi eos; inquit per Oſeam Deus, ***atque adeò ſubjungit: Iratus eſt furor meus in eos.*** Oſee 8. 4. & 5.

PUNCTUM I.

Tunc invocabunt me, & non exaudiam: mane conſurgent, & non invenient me, eò quod exoſam habuerint diſcipli-

CONSIDERA, quis furor hic, quæ ira, qui effectus ſint, quorum minas Deus intentat iis, qui ſemetipſos in Statum ingerunt Eccleſiaſticum intruduntque. Gratiam impri-

Digitized by Google

primis atque auxilia neceſſaria denegat, quæ ad munia eorum ritè obeunda requiruntur: ex quo fit, ut, quidquid agant, nihil proſperè agant. Cum enim nulli conditioni, quæ Vocationem ceu fundamentum exigit, gratia correſpondens ſit comes, niſi Vocatio præmittatur, nulli quoque cujuſquam Ordinis gratia iſta impertitur, qui ad illum vocatus non ſit. Undè & Apoſtolus: *Accepimus gratiam*, inquit, *& Apoſtolatum.* Rom. 1. 8. Et alibi: *Quos vocavit hos & juſtificavit*. ibid. 8. 30. Quos itaque non vocavit, hos nec juſtificavit; quod ſi ita eſt, vel te judice; quid eſt, quod agere valeant, qui vocati non ſunt?

nam, nec acquieverint conſilio meo. Prov. 1. 28. & ſeq.

Væ qui profundi eſtis corde, ut à Domino abſcondatis conſilium! Iſa. 19. 15.

Pro eo quod vocavi, & non reſpondiſtis, quæ nolui elegiſtis, propter hoc hæc dicit Dominus; Ecce ſervi mei comedent, & vos eſurietis, ecce ſervi mei bibent, & vos ſitietis, &c. Iſa. 65. 12. & 13.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, Deum veritatem hanc inculcaturum omnibus ferè Scripturæ paginis non obſcura ejus indicia reliquiſſe. Ita nimirùm Moyſi, Joſuë, Iſaiæ, Jeremiæ, Samuëli, quia vocationem impertit, pollicetur & gratiam. Ita & Petrus, qui vocatus à Domino ſicco veſtigio maris undas trajecerat, in ædibus Caiphæ, in quas ſemetipſum ingeſſerat, triſte funeſtumque naufragium paſſus eſt. Et quis, obſecro, Princeps authoritate ſuâ tueatur, quem Provinciæ ſibi ſubjectæ clavum invaſiſſe cognovit?

Et non audivit populus meus vocem meam, & dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus ſuis. Pſ. 80. 12. & 13.

Ero tecum. Exo. 3. 12.

Scito, quòd miſerim te. Iud. 6. 14.

Ad omnia, quæcumque mittam te, ibis. Ier. 1. 7.

Ne timeas, quia ego tecum ſum. Iſa. 4. 10.

Faciam vos fieri piſcatores hominum. Matth. 4. 19.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, effectum iræ, quâ contra ingerentes ſe in Statum Eccleſiaſticum citrà Vocationem accenſus eſt Dominus, hunc eſſe ſecundum; ut omnes eorum preces, ſacrificia omnia faſtidio illi atque horrori ſint.

Atque hoc eſt, quod paulò infrà apud eumdem Prophetam ille ipſe ſubjungit: *Hoſtias offerent*, inquit, *immolabunt carnes, & Dominus non ſuſcipiet eas.* Et alibi: *Incenſum abominatio eſt mihi. Projiciam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum.* Cauſam ſubnectit: quia non

Audeatne aliquis veſtrum terreni cujuſlibet Reguli, non præcipiente aut etiam prohibente eo, occupare miniſteria, præripere beneficia, negotia diſpenſare? nec tu Deum putes, quæ in magna domo ſua à vaſis iræ aptis in interitum ſuſtinet, approbare. S. Bern. de Conv. ad Cler. c. 27.

Oſeë 8. 13.

Iſa. 1. 13.

Mal. 2. 3.

Ibid. 1. 10.

Non videbit gloriam Domini. Iſa. 26. 10.

Inſipientia ſua relinque-

Digitized by Google

non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, ideò munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Tertius autem omniumque funeſtiſſimus æterna damnatio eſt, hiſce verbis expreſſa: *Quiſquis externorum acceſſerit, occidetur.* Num. 5. 1.

Quam quidem ſuppliciis non paucis vel in hoc ſæculo præſagivit, quæ ſemetipſos in munia Sacerdotalia ingerentibus quondam irrogavit. Ingeſſit ſe Core cum ſodalibus, cùm tamen de familia Aâronis non eſſet, qui, excluſis quibuſque aliis, ſolus ad Sacerdotium vocatus fuerat; nec mora, immiſſo divinitùs igne conſumptus eſt: *Deſcenderuntque vivi in infernum*, inquit Scriptura, *operti humo.* Num. 16. 33. Ozias eamdem ob cauſam percuſſus leprâ, Saül à Domino reprobatus eſt. 1. Reg. 15.

Ecquis poſthac non metuat, in Statum ſe Eccleſiaſticum citrà vocationem ingerere? Eſſet ſine dubio melius, ſalvari in humili gradu fidelis populi, quàm è Cleri ſublimitate in æternam ſe damnationem præcipitem dare; *quam* enim, rogat Salvator,

Quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Matth. 16. 26.

...runt hominibus memoriam. Sap. 10. 8.

In exemplum juſti judicii Dei. 2. Theſſ. 5.

Orta eſt lepra in fronte ejus coram Sacerdotibus in domo Domini ſuper altare thymiamatis. 2. Par. 26. 19.

Pavete ad ſanctuarium meum. Lev. 26. 2.

Eſſet ſine dubio melius ſalvari in humili gradu fidelis populi, quam in Cleri ſublimitate & deterius vivere, & diſtrictius judicari. S. Bern. de Conv. ad Cler. c. 11.

M E.

Digitized by Google

MEDITATIO XXVI.

De malis, quæ ab Eccleſiaſticorum intruſione derivantur in populum.

1. In hæc verba: *A Prophetis Hieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram;* quænam hæc pollutio, de quâ Propheta?
2. Vndè hæc contagio per omnem ſerpat populum.
3. Animadverſio ſalutaris.

A Prophetis Hieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram, Jerem. 23.15.

Ita Deus olim per Ieremiam, cùm gliſcentem per populum univerſum contagionem adverteret: Ita & nos eamdem ob cauſam de hac ipſa, quà vivimus, tempeſtate.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quænam ſit hæc pollutio, de qua Propheta, quæ ſuper omnem terram egreſſa eſt. Hęc imprimis ignorantia eſt, per rus omne pagoſque diſperſa, quâ & Deus, & myſteria Religionis Chriſtianæ, & ſalutis noſtræ principia neſciuntur. Deindè, quæ neceſſariò ex illa promanant, rerum ſacrarum, v.g. Sacramentorum, Feſtorumque contemptus ac profanatio, diſciplinæ relaxatio, perjuria, blaſphemiæ, latrocinia, uſuræ, inſatiabilis honorum opumque libido; quorum omnium contagione quævis hominum infecta conditio eſt, quæque pauculis hiſce verbis alter Propheta complexus: *Non eſt ſcientia Dei in terra, maledictum & homicidium & furtum & mendacium & adulterium inundaverunt.* Oſeë 4.1. & 2.

Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus populi. Non eſt hodie qui moneat, qui doceat, qui hortetur ad bonum: omnes Sacerdotes canes muti ſunt, non valentes latrare. Pet. Bleſ. ſer. 14. de vit. & off. Epiſc. & Cler.

Non mittebam Prophetas & ipſi currebant: non loquebar ad illos, & ipſi prophetabant. Ier. 23. 21

Totus mundus in maligno poſitus eſt. 1. Ioan. 5. 19.

Nonnè & hæc ſunt, ob quæ hodieque *totus mundus in maligno poſitus eſt?* Ita ut nec immeritò cum Davide ingeminare liceat, quòd à maximo uſque ad minimum *omnes declinaverunt, non eſt, qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.* Pſalm. 15. 12.

D 5 PUNC-

PUNCTUM II.

CONSIDERA, undè hæc contagio in omnem penè populum derivetur? *A Prophetis eorum*, Reſpondet Jeremias. Quid ita? *Ipſi currebant*, inquit ibidem Dominus, *& ego non mittebam eos*. Perindè atque ſi diceret, ipſi in Prophetarum ſeu Sacerdotum munia non vocati ſe ingeſſerunt, atque hujus vocationis inopia tam fœcunda corruptionis parens in populo extitit. Hoc eſt, quod & Salvator in Evangelio denotat, ubi hujuſmodi homines latrones appellat & mercenarios, qui non veniunt ut paſcant, ſed ut mactent & perdant: qui regimen non quærunt animarum, niſi ut voluptatis aut vanitatis pabulum, aut certè turpi lucro opificium accommodum, parùm ſolliciti, an lupus intret in ovile, an diſpergat, an mactet, an gregem totum exitio tradat. Atque is rerum ſtatus erat, in quo miſera jam pridem Synagoga verſabatur, cùm in hunc mundum Salvator intraret; quam quidem miſeriam, teſte Chryſoſtomo, non niſi iis debebat acceptam, qui Statum tunc Eccleſiaſticum occupabant: ii ſcilicet Divinam vocationem non præſtolantes, ſed ſemetipſos in Sacerdotium ingerentes, univerſæ illi abominationi per populum Judaicum longè latèque graſſanti viam ſtraverant. Undè & eos penè ſolos Salvator aggreditur, quando tam manifeſtum Sacerdotibus, Scribis & Phariſæis bellum indicit, totque maledictionum fulmina in eos emittit.

Qui non intrat per oſtium in ovile ovium, ille fur eſt & latro. Fur non venit niſi ut furetur, & mactet & perdat. Ioan. 10. 1. & 10.

Honorem quærentes proprium, aut divitias, ſeu corporis voluptates, poſtremo quæ ſua ſunt, non quæ IESU CHRISTI. S. Chryſ. hom. 38. in S. Matth.

Mercenarius, & qui non eſt paſtor, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oves. Ioan. 10. 12.

Omnes quotquot venerunt, fures ſunt & latrones. Ibid.

Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum ante homines; vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. Væ vobis Matth 23. 13. & ſeq. vid. ubi Dominus illis minatur.

PUNCTUM III.

EXPENDE nunc aliquantulùm, quòd ſi Dei Filius primò adventu, qui totus erat benignitate ac manſuetudine delibutus, hunc in mundum Veteris Legis Sacerdotes excepérit, ſi populi, inquam, flagitia in iis perſtrinxerit, quòd nemine vocante, ipſi ſe in Sacerdotium ingeſſerint;

Quid iſtud temeritatis eſt? imò quid inſania? ubi timor Dei? ubi mortis memoria? ubi gehennæ metus & terribilis illa expectatio judicii? ſponſa nec cubiculum, nec cellam ingredi, niſi rege introducente præſumit: tu irreverenter irruis, nec vocatus, nec introductus. Trahe me poſt te, ait illa, in odorem unguentorum tuorum: nunc autem trahit ſua quemque voluptas, & odorem

rint; ecquid tandem extremo illo judicii die de Novæ Legis Sacerdotibus acturus eſt, qui maliriâ ſcatentes & ignorantiâ, neſcii quid agerent, Eccleſiæ clavo ſeſe admoverunt? Adeònè ergò paucula noſtra ipſorum delicta ſunt, ut addere libeat & aliena? Nonnè faſcinatus ſit, oportet, qui Statum Eccleſiaſticum vel cogitat, niſi manifeſta Vocationis ſuæ indicia viderit?

turpis lucri ſectantes, quæſtum æſtimant pietatem; quorum certa damnatio eſt. S. Bern. decl. ſuper. Ecce nos.

INGEMISCIT Ecclesia extremæ illi plerorumque Eccleſiaſticorum cæcitati, atque corruptioni, quam hujuſmodi intruſio in rempublicam invehit Chriſtianam, via quodammodò præcludatur,

Unuſquiſque Chriſtianorum pro ſuo peccato reddet rationem: Sacerdotes autem non ſolum pro ſuis, ſed & pro omnium peccatis. S. Chryſ. hom. 38. in Matth.

Utinam homines ſaperent & intelligerent! Deut. 32. 28.

Rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam. Matth. 9. 38.

MEDITATIO XXVII.

Quid agendum iis, qui ſine nota Vocationis in Statum Eccleſiaſticum ſe ingeſſerunt?

1. Statum Eccleſiaſticum jam ingreſſis quoad Vocationem non leviter excitandi ſunt ſcrupuli.
2. Expedit tamen, ut, quantùm in nobis eſt, certiores nos de illa reddamus.
3. Methodus hoc agendi, ſupplendique, ſiquid Vocationi noſtræ defuiſſe videatur.

Scrutemur vias noſtras, & revertamur ad Dominum. Thren. 3. 40.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, licet Vocatio, ut vidiſti, tam ſit neceſſaria, ut Statum quis Eccleſiaſticum legitimè ineat, non leviter tamen quoad hanc exagitanda ſcrupulis eorum conſcientia eſt, qui eumdem jam inierunt: præſertim ſi cum fide eos & ſimplicitate in Ordine ſuſcepto verſari videamus. Tunc enim charitas impulsis urget nos, ut vocatos eos fuiſſe credamus. Deindè quod laudabiliter aliter expe-

Unuſquiſque noſtrûm pro ſe rationem reddet Deo: non ergo ampliùs invicem judicemus; ſed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum. Rom. 14. 12. & 13.

Charitas omnia credit... Non agit perperam. 1. Cor. 13. 4. & 7.

Quod ergo laudabiliter

alter appetiit, hoc laudabiliter alter expavit. S. Greg. Paſt. p. 1. c. 7.

Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt. Rom. 14. 14.

petiit, inquit Gregorius, *hoc laudabiliter alter expavit*. Undè quantùm Jeremias expaveſcendo, tantùm & Iſaias miſſionem appetendo veræ laudis promeruit. Denique ultimum de Vocationis veritate aut falſitate judicium Deo ſoli reſervatum eſt: ac proindè ſi, teſte Apoſtolo, infirmi propter cibos ſcandalizandi non ſunt, multò profectò magis prudentes ac circumſpectos nos eſſe oportet, ſiquando apud Eccleſiaſticos de eorum Vocatione ſermo inciderit.

PUNCTUM II.

In his omnibus deprecare altiſſimum, ut dirigat in veritate viam tuam. Eccl. 17. 19.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem, eripe me de inimicis meis, & doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Pſalm. 142.

CONSIDERA, quòd, licet huncin modum erga alios nos geri oporteat (quos proindè neç condemnemus, dùm ſemetipſos Epiſcopo offerunt) maximi tamen noſtrâ refert, ut pauliſper in ſolitudinem ſecedentes, adhibito viro quodam perito, ſeriò nos coram Deo examinemus, quonam modo Statum Eccleſiaſticum ingreſſi fuerimus. Quòd ſi Vocatio noſtra cenſeatur legitima, eſt profectò, cur maximas Deo pro beneficio non mediocri agamus gratias, majoríque deinceps amore, libertate atque fervore in Eccleſiaſtica nos munia jaciamus. Quòd ſi verò noſtræ quid vocationi defuiſſe videatur, congruâ methodo nobis ſuggerendâ ſuppleamus.

PUNCTUM III.

Quid ergo faciendum eſt? ingemiſcendum ſcilicet; vix enim orbis minima pars ſervatur, omneſque ferè ſunt æternæ mortis periculo expoſiti. S. Chryſ. hom. 10. in 1. ad Tim.

Bonas fac de cætero vias tuas, & ſtudia tua & miniſterium ſanctum. Bern. Ep. 17. ad Ardut.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Pſalm. 15. 5.

METHODUS autem iſta non una eſt: Ac prima quidem, ut toto vitæ noſtræ decurſu dignam Deo mulctam perſolvamus, quòd aliquam nobis dignitatem arrogaverimus, quam ipſe nunquam donavit. 2. Si in hanc nos ingeſſerimus non Baptiſmatis tantùm innocentiâ deſtitutos, verùm etiam multis conſpurcatos criminibus, condignâ necdùm pœnitentiâ expiatis, ſupereſt, conſultore Bernardo: *Ut, ſi vita ſanctitas non præceſſit, ſaltem ſequatur*. 3. Si nos ingeſſerimus, eorum, quæ ſcire nos oportebat, igno-

norantiâ offuſcatos, à muniis illis, quæ ſcientiam exigunt, nos abſtineamus, donec eam indefeſſo ſtudio acquiſiverimus. 4. Si nos ingeſſerit philautia, hoc eſt, aliud, quàm gloriæ Divinæ, deſiderium, pura rectaque reddenda intentio eſt, perverſitatis hujus deprecanda venia, noſtriſque omnibus renuntiandum, ut ea, quæ Dei ſunt, unicè quæramus. 5. Nunquam denique ſacro nos miniſterio demus, niſi multo cum rubore atque humilitate indignitatem noſtram conſiderantes, aſſiduo pœnitentiæ labore impetrare à Deo contendamus, ut ſuâ nos miſericordiâ vocet, ſtabiliat, confirmetque eo in ſtatu, cui nos intricatos extricare non poſſumus. Ad hoc verò non ægrè eum inducemus, ſi ſpiritu pœnitentiæ, pœnæque criminibus irrogandæ, munia nunquam aut dignitates Eccleſiæ, utpotè quibus nos reputemus indignos, avidè quæritemus; immò verò miniſteriis abjectioribus, v. g. minorum Ordinum, erudiendæ juventuti, aliiſque ſimilibus nos impendamus, vel minimum horum, quantùmcumque videatur abjectum, quàm altiſſimè ſuprà nos eſſe exiſtimantes; *Alioquin, ſi altiores, quàm meliores eſſe delectat*, inquit Bernardus, *non præmium, ſed præcipitium expectamus*. Epiſt. ad Ardut.

Exi à me Domine, quia homo peccator ſum. Luc. 5. 8.

Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Pſ. 83. 11.

ME-

MEDITATIO XXVIII.

Non ſat eſt, ut legitimè vocati ſimus, niſi & Vocationi noſtræ reſpondeamus.

1. Quamcumque Vocationis notam in nobis advertamus, nihilominus formidemus.
2. Vocationi, de qua vel certi ſumus, reſpondeamus.
3. In quo reſponſus ille conſiſtat, ac methodus, *quâ*, ut Petrus loquitur, *certam noſtram vocationem faciamus?*

Fratres, ſatagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. 2. Petr. 1.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, licet omnes illæ vocationis notæ, de quibus jam egimus, in animum Eccleſiaſtici, in quo reperiuntur, magnam inducant ſecuritatem; non omnem tamen formidandi materiam pariter auferant. Eſt profectò, eſt, cur & ille, ut cum Apoſtolo loquar, cum timore & tremore ſalutem ſuam operetur. Imprimis enim humana mens, teſte Gregorio, in ſuam ipſius fraudem ingenioſa eſt, neque rarò ſibi perſuadet homo, dùm nonniſi ſuo ſtudet commodo, in unicam Dei gloriam ſe collimare: *Et aliud in imis, aliud in ſuperficie oſtendit.* Præthereà gratia Ordinis rara avis in terris, cùm ad Ordines hâc tempeſtate convolantium paucos admodùm videamus, quos velut ſucceſſores Apoſtolorum & genuinum Eccleſiaſticorum exemplar propoſitos cuperemus.

Verum etſi irreprehenſibilis videatur ingreſſus & intentio caſta, nihilne ultra timendum eſt? Timendum quidem & maximè: neque enim quicumque ſpiritu cœperint, etiam ſpiritu conſummantur, ſed carne nonnulli; denique & Saül princeps conſtitutus à Domino, & Iudas non ab alio in Apoſtolum memoratur: Nonne ego, inquit vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus eſt? S. Bernard. decl. ſuper Ecce nos.

Cum metu & tremore ſalutem veſtram operamini. Phil. 2. 12.

Ecce mundus Sacerdotibus plenus eſt, ſed tamen in meſſe Dei rarus valdè invenitur operator, quia officium quidem ſacerdotale ſuſcepimus, ſed opus officii non implemus. S. Gregor. hom. de cur. Paſt.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quòd, licet majori adhuc certitudine, v.g. revelatione, conſtaret, nos ritè vocatos eſſe; neque hoc ſufficiat, niſi Vocationi Divinæ fideliter reſpondeamus: *Multi enim ſunt*

Digitized by Google

ſunt vocati, pauci verò electi. Matth. 12. 14. Ritè quidem vocatus eſt Saül; ſed, quia Vocationi non reſpondit, non fuit electus. Judas ab ipſo Salvatore vocatus eſt: *Nonnè, inquit, vos duodecim elegi?* & tamen *unus ex vobis diabolus eſt.* Plures, teſte Apoſtolo, *ſpiritu cùm cœperint, carne conſummantur.* Cave, cave, quàmlibet juſtus ſis ritèque vocatus, nè nimiùm tamen in hoc ipſo confidas; *Deus eſt enim, qui operatur & velle & perficere.*

PUNCTUM III.

CONSIDERA, in quo reſponſus ille conſiſtat ac methodus, quâ, ut Petrus loquitur, certam noſtram vocationem faciamus. Atque hæc imprimis conſiſtit in eo, ut ab omnibus, quæ à ſtatûs noſtri ſanctimonia atque perfectione nos remorantur, ſodalitiis, inquam, negotiiſque ſæcularibus, ſtudiis profanis, aliiſque ſimilibus quàm longiſſimè nos removeamus. Deindè ut muneris noſtri nihil omittentes aut negligentes, partes omnes non ſine fidelitate, gaudio, ac perſeverantiâ adimpleamus. Sic ad unicam Salvatoris vocem Matthæus domum atque teloneum, Petrus & Andreas retia, Paulus denique demandatam ſibi provinciam, vocantem utique ſecuturi, illicò deſeruêre.

Nonnè maximè tibi formidandum eſt, quòd à ſtatûs tui perfectione tam longè te abeſſe conſpicias? *A fructibus eorum cognoſcetis eos?* Matth. Tua inter & Laicorum opera collationem inſtitue, quibus, obſecro, illos antecellis? Ea eſt conditio tua, ut quantùm cælum à terra, tantùm te à mundo velit eſſe remotum; & tamen quàm multis adhuc vinculis illi obſtrictus es?

Obſecro vos itaque in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis. Epheſ. 4. 1.

Oſtende mihi Paulum, aliumque Ioannem. Nunc enim vel pro obolo occidi, atque occidere parati ſinguli eſtis, &c. Sanct. Chryſ. hom. 10. in 1. Tim.

Vſquequo luges Saül, cum ego projecerim eum? 1. Reg. 16. 1.

Quid prodeſt ſi canonicè eligamur, & canonicè non vivamus? S. Bern. in Syn. Rom.

Deus eſt qui operatur in nobis & velle, & perficere, pro bona voluntate. Phil. 2. 13.

Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet. Ib. 1. 6.

Fugite ejus, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem. Petr. 1. 4.

Sic nos decet implere omnem juſtitiam. Matt. 3. 15.

Iota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Matth. 5. 18.

Surgens ſecutus eſt eum. Matth. 5. 18.

Illi relictis retibus, & patre, ſecuti ſunt eum. Ibid. 4. 22.

Domine quid me vis facere? Act. 9. 16.

Magna confuſio eſt Sacerdotum, & omnium Clericorum, quando Laici inveniuntur fideliores eis aut juſtiores: quomodo autem non ſit confuſio, illos eſſe inferiores Laicis, quos etiam æquales eſſe confuſio eſt? S. Chryſoſt. vel author. op. imp. hom. 40. in Matth.

Vnum-

Vnumquemque ſicut vocavit Deus, ita ambulet; & ſicut in omnibus doceo. 1.Cor.7.17.

Oramus ſemper pro vobis, ut dignetur vos vocatione ſuâ Deus noſter. 2.Theſ.1.11.

ME-

Digitized by Google

MEDITATIONUM
DE VITA
ECCLESIASTICA
PARS SECUNDA,
UBI AGITUR
De Tonſura, meritis ejus & ceremoniis, diſpoſitionibus ad eam requiſitis, & oneribus per eam impoſitis.

MEDITATIO XXIX.
De excellentia Tonſuræ, ex ſimilitudinibus quibuſdam deducta.

1. Quod Matrimonio ſponſalia, Baptiſmo exorciſmus, Religioni Novitiatus, hoc Statui Eccleſiaſtico Tonſura eſt.
2. Applicatur ultima ſimilitudo, ut confundantur ii, qui tam parvi Tonſuram faciunt.

Hæc eſt generatio quærentium faciem Dei. Pſalm. 23. 6.

Verba ſunt, quibus in ſolennitate Tonſuræ Eccleſia utitur, dum eos offert IESU CHRISTO, qui per illam in Statu Eccleſiaſtico ſingulare ei obſequium exhibere decernunt.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, cum Status Eccleſiaſticus tam præſtans ſit in ſeipſo, tam eminens fine, tam ſanctus exercitio, tam purus muniis atque Divinus (quemadmodùm huc uſque viſum eſt) & tanti nihilominùs res plena pericli; omninò fuerit neceſſarium, ut quaſi ſtatus aut gradus qui-

Nihil eſt in hac vita & maximè hoc tempore difficilius, laborioſius & periculoſius Epiſcopi aut Presbyteri aut Diaconi officio. S. Aug. ep. 148. ad Val.

In vita tua tenta animam tuam. Eccl. 37. 30.

Ut enim homines ad Baptiſmum Exorciſmis.

Digitized by Google

ad Matrimonium ſponſalibus præparari ſolent; ita, cùm tonſo capillo Deo dedicantur, tanquam aditus ad Ordinis Sacramentum illis aperitur. Catech. Conc. Trident.

dam inter Eccleſiaſticos inſtitueretur, in quo probare poſſent ſemetipſos, qui ad conditionem tam ſublimem tamque periculoſam vocari ſe perſentiſcerent, priuſquam fixo ſe animo eidem obſtringerent. Gradus iſte Tonſura eſt, quam velut diſpoſitionem ac præparationem quamdam Sacramento Ordinis neceſſariam Eccleſia inſtituit, eo ferè modo, quo homines ad Matrimonium ſponſalibus, ad Baptiſmum exorciſmis, aut certè novitii inter Religioſos ad Profeſſionem Regularem præparari conſueverunt.

PUNCTUM II.

SISTE in hac ultima ſimilitudine, & quanti ſit momenti Tonſura, conſidera; utpote quæ velut aditus quidam ſit, aut potius fundamentum & baſis, cui totius Clericatûs ædificium innititur. Vide quid agatur, priuſquam Novitius quiſpiam admittatur, quî ejus Vocatio exploretur, quem ſibi finem præſtitutum oportuerit, quàm ſit opus, ut ab omni proprii commodi cupiditate remotus ſit, cui ſe diſcrimini exponat, ſi malè inchoet, nec intret per oſtium. Ita & cum iis agendum, qui Tonſuram ſuſcipiunt; neque enim felix ei ſperandus eſt exitus, qui ipſo in introitu ceſpitaverit: nec durabile futurum eſt ædificium, quod fundamento ruinoſo ſuperſtruitur: Quotidiana certè experientia nos edocet, non niſi multâ poſſe, moleſtiâ reparari, ſi quid vel ſæcularis negotii principio defuerit.

Difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. S. Leo Epiſt. 82. ad Epiſc. Afr.

Benè autem univerſa geruntur & competenter, ſi rei principium fiat decens & amabile Deo. Iuſt. in præf. nov. 6.

Erraverunt ab utero. Pſalm. 57. 4.

PUNCTUM III.

CONCLUDE hinc, quàm graviter errent atque cæcutiant, qui Tonſuram veluti rem habent puerilem, aut certè talem, quæ quidem non obſit; ſed nec proſit, niſi fortè ut beneficium quis obtineat: Non utique conſiderantes, ut Concilium aſſerit Tridentinum, totius hinc Statûs Eccleſiaſtici exitium proficiſci: Quo enim

Digitized by Google

enim modo ad Tonſuram, eodem ſe ad Ordines conferunt, & qualem Clerici, talem ducunt vitam etiam Presbyteri, cum ita quaſi à natura comparatum eſſe videatur, ut principio finis reſpondeat.

Numquid & tu aliquando hujuſmodi opinione deluſus es? Si ita eſt, jam ſaltem hanc muta, majoremque deinceps Tonſuræ reverentiam aliorum mentibus ingenerare contende: Quemadmodùm enim probus oportet fuerit Novitius, qui probus evadit Religioſus; ita & probus Presbyter evaſurus, probus quoque fuerit Clericus, neceſſe eſt. Uſque adeò verum eſt illud Sapientis:

Adoleſcens juxta viam ſuam, cum ſenuerit, non recedet ab ea. Proverb. 22. 6.

MEDITATIO XXX.

De excellentia Tonſuræ ex inſtitutione ejus & fine deductâ.

1. Quid Tonſura?
2. Quàm authentica, quantâque digna veneratione ob Authores, à quibus inſtituta eſt?
3. Quàm ſit præſtans finis ejus, ut homo ſcilicet conſecretur Deo &c.?

Hæc porta Domini, juſti intrabunt in eam. Pſalm. 117. 20.

PUNCTUM I.

POSTQUAM generatim viſum eſt, quòd Tonſura ſit velut janua quædam, quâ Status Eccleſiaſticus ineundus eſt, imò & ſchola quædam pietatis, ubi tirones obeundis aliquando Eccleſiæ muniis redduntur idonei; nunc ejus definitionem ſigillatim conſidera, ut ex ejus natura meritum quoque cognoſcas & æſtimes. Tonſura itaque Sacro-ſancta quædam cere-

Tonſura Eccleſiaſticæ uſus ab Apoſtolis introductus eſt. Con. Aquiſg.

ceremonia eſt, ab Apoſtolis inſtituta, quâ quis ſingulari quodam modo conſecratur Deo, ut ei in Statu Eccleſiaſtico ſerviat atque ad Ordines Sacros ſe diſponat.

PUNCTUM II.

S. Dionyſ. Eccl. Hier. c. 6.
S. Aug. ſerm. 59. ad Fr. in Eremo.
S. Hier. in cap. 44. Ezech.
Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti. 1. Cor. 4. 1.
De foro Eccleſiæ facti eſtis. Pont.
Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Pſalm. 44. 17.

CONSIDERA, nihil adeò in hac definitione notandum, quàm finem ejus ac inſtitutionem; utpote quibus Tonſuræ excellentia maniſeſtiùs agnoſcatur. Et primùm quidem hinc edoceris, quòd ab inſtitutione ac Traditione Apoſtolica promanârit, quo ſanè non mediocris ei veneratio concilianda eſt, cum officia vel minima à terræ principibus inſtituta tanti plerumque in hoc ſæculo fiant.

Tu verò ecquod huc uſque ei pretium poſuiſti? Nunquid hoc maximam ejus reverentiam tibi incutiebat, quòd Tonſurâ inſignitus inter Eccleſiæ miniſtros ad Dei obſequium deſtinatinatos locum ſibi vendicaret, cum apud Regem nullum, ut dicitur, munus exile ſit? At verò cum Principes illi, Magiſtri & baſes Eccleſiæ, Apoſtoli, inquam, Tonſuram inſtituiſſe dicuntur, nonnè vel ſola illam commendat antiquitas?

PUNCTUM III.

Vos elegit Dominus, ut ſtetis coram eo & miniſtretis ei, colatiſque eum & cremetis ei incenſum. 1. Par. 29. 11.
Nemo debet ad hoc fieri Clericus ut ſerviat voluptati, ſtudeat curioſitati, inhiet ambitioni, nec aliud quærat, niſi ut hæreditatem Domini poſſideat quem elegit & à quo electus eſt, cùm in Clericum aſſumptus eſt. Pontif. Roman. vetus.
ἐξαύλους, κοσμικοῦς. Iuſt. nov. 6. c. 1.

POST Tonſuræ inſtitutionem, & finem conſidera. Hic verò eſt, ut Deo quis conſecretur, id eſt, è communi hominum grege eximatur, ut ſingulari quodam modo Divino mancipetur & dedicetur obſequio. Neque enim Tonſurâ condecoratus titulo dumtaxàt creationis, redemptionis atque Baptiſmi, ut cæteri Chriſtianorum, ad Deum pertinet; ſed eo inſuper, quòd ad Statum Eccleſiaſticum vocatus atque electus ſit. Quamobrem actibus Religionis muniiſque Eccleſiaſticis ſe unicè dedere, atque adeò negotiis quibuſque ſæcularibus omninò tenetur valedicere, vitam ducens tàm à vita Laicorum, quàm

Digitized by Google

quàm cælum à terra, remotam. Atque hinc eſt, ut eos Gregorius Nazianzenus *celeſtes* appellet, ut ita diſtinguat à laicis, qui *mundani* vocantur, alludens ſcilicet ad illud Salvatoris: *Vos elegi de mundo, & de mundo non eſtis.* Joan. 15. 19.

Adeonè ergò parva, te judice, res eſt, Tonſurâ donari? An inutilis ceremonia, tam ſeriò vitam eorum fineinque ſcrutari, qui Tonſuram ſuſcepturi ſunt? Jam certè pateſcit, non niſi eos ad Tonſuram admittendos, qui probitate Laicos antecellunt, ut quibus conditionis ſuæ dignitate, vitæ quoque ſanctitate præfulgeant.

Qualis eras, dum Tonſurâ inſignitus es? qualis es etiámnùm? quam vitam ducis? quantùm te inter & Laicos intereſt? Cave, cave; hoc enim Tonſuratis ego meritò dixero, dum Laicis confero, quod Chriſtianis omnibus Salvator, dum Phariſæis eos conferebat:

Niſi abundaverit juſtitia veſtra plùs quam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Matth. 5. 2.

Qui in Clerum allegun-tur, rem profitentur minimè ridiculam, nempe ſe particulariter in ſortem Domini aſcitos, quibus poſt hac omnia terrena ſordeſcant. Bellar.

Non enim Epiſcopi tantùm, Presbyteri & Diaconi debent magnoperè providere, ut cunctum populum cui præſident, converſatione ac ſcientia præcedant: verum etiam & inferioris gradus, Exorciſtæ, Lectores, Acolythi, Æditui, & omnes omninò qui domui Dei deſerviunt, quia valde Eccleſiam Dei deſtruit, meliores eſſe Laicos quam Clericos. Hier. in c. 1. Tit.

MEDITATIO XXXI.

De excellentia Tonſuræ deſumpta ex nomine, Clericus, *quod Tonſurato tribuitur.*

1. Quid ſibi velit nomen, Clericus?
2. Documenta duo admodùm momentoſa à nomine illo ſuppeditata.
3. Reflexio.

Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit. Iſa. 62. 2.

Hoc nomen eſt, quod Tonſurato Eccleſia tribuit, dum *Clericum* appellat, nomen, inquam, revera novum ob myſteria, quæ recondit, atque ſignificationem, quo ſcitiùs, quàm quovis alio, excellentia Tonſuræ depingitur.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, nomen, *Clericus*, quod à Græcis derivatur, nunc quidem ſortem, nunc verò hæreditatis portionem deſignare. Quod ſi priori uſurpemus ſignificatu, *Clericus* idem erit, ac, *ſorte electus*; quia nimirùm ſorte electi ſunt, qui primùm ad Clericatum electi ſunt, aut potiùs quia hæc electio non humanâ prudentiâ, ſed Divinâ vocatione inſtituenda eſt: Hæc autem Vocatio ideò ſors dicitur, quod ſine perſonarum acceptione compleatur. *In quibus & nos ſorte vocati ſumus ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ.* Si verò nomen, *Clericus*, ſignificatu poſteriori ſumatur, perindè eſt, atque ſi dicerem: cui pars & hæreditas Deus eſt, quique ipſi Deo pars, hæreditas & peculium eſt. Primo ſenſu Propheta Regius Deum alloquitur: *Portio mea Domine,* inquit; *Hæreditas mea præclara eſt mihi: pars mea Deus in æternum*; Altero ipſe Deus Tribum Leviticam: *Ego pars & hæreditas tua. O altitudo Clericalis dignitatis!* exclamat Hieronymus, *quæ toto mundo renuntiat, ut ſolum Deum*

Sublegit vos, cum in ſortem Sanctorum vocavit & in ordinem Clericatûs promovens, characteriſticâ quâdam Tonſurâ capitis à communi grege fidelium vos ſegregavit. Petr. Bleſ. ſer. 4. in hæc verba. Ioan. 15 19.

Ego elegi vos, &c.

Cecidit ſors ſuper Matthiam. Act. 1. 26.

Non acquievi carni & ſanguini. Gal. 1. 16.

Non eſt perſonarum acceptio apud Deum. Col. 3. 25.

Clericus, qui Chriſti ſervit Eccleſiæ, interpretetur primò vocabulum ſuum & nominis definitione prolata, nitatur eſſe quod dicitur. Si enim κλῆρος *Græcè, ſors Latinè appellatur, propterea vocantur Clerici,*

Deum poſſideat, & viciſſim à ſolò Deo poſſideatur! Grates Deo pro gratia tam ſingulari.

PUNCTUM II.

DEPROME hinc documenta duo admodùm momentoſa, quæ nominis tui ætymologia tibi ſuppeditat. 1. Cùm Clericatus Status ſit eorum, qui Divinâ quâdam ſorte, hoc eſt, voluntate ac beneplacito vocati atque ſelecti ſunt, non mediocris ſanè temeritatis eſt, ſemetipſum non vocatum ingerere. 2. Cùm Tonſuram adeptus, Deum tibi tamquam *partem hæreditatis* elegeris, divitiis unà, voluptatibus, honoribus, negotiorumque ſæcularium curis renuntiaſti; adeò ut, teſte Hieronymo, nec aurum, nec argentum, nec ſupellectilem, nec alia his ſimilia poſſidere tibi liceat, niſi quantùm victûs atque amictûs neceſſitas exigit: *Cum iſtis enim partibus Dominus pars ejus fieri non dignabitur.*

PUNCTUM III.

SICCINE tua poſſides, ut nihil interim de vocatione tua meminerim? Annè ergò Tonſura nugæ? Nùm abs re Clericorum nomen Tonſuratis ab Eccleſia inditum arbitratis? Ecquod deinceps rebus terrenis pretium ponis? Numquid ſtupenda eorum cæcitas, qui Tonſuram non ſuſcipiunt, niſi opes accumulaturi, aut commodiùs victuri, quique toto vitæ ſuæ decurſu nonniſi emendis, vendendis, venandis, etiam per lites, beneficiis incumbunt?

INGEMISCE hiſce malis, & coram Deo profitere, te nominis tui ſignificationem deinceps impleturum, nihil tibi cum carne aut mundo commune futurum, quibuſcumque denique commodis valedicturum, quæ ad Statum forsàn Eccleſiaſticum te impulerunt.

Quid mihi eſt in cælo & à te quid volui ſuper terram? Deus cordis mei pars mea, Deus in æternum. Pſ. 72. 25.

vel quia de ſorte ſunt Domini, vel quia ipſe Dominus ſors, id eſt, pars Clericorum eſt. Qui autem vel ipſe pars Domini eſt, vel Dominum partem habet, talem ſe exhibere debet, ut & ipſe poſſideat Dominum & poſſideatur à Domino: qui Dominum poſſidet & cum Propheta dicit: Pars mea Dominus, *nihil extra Dominum habere poteſt: quod ſi quidpiam aliud habuerit præter Dominum, pars ejus non erit Dominus: v. g. ſi aurum, ſi argentum, ſi poſſeſſiones, ſi variam ſupellectilem, cum iſtis partibus, Dominus pars ejus fieri non dignabitur,* S. Hier. epiſt. ad Nepot.

O altitudo Clericalis dignitatis, quæ toto mundo renuntiat, ut ſolum Deum poſſideat, & viciſſim à ſolo Deo poſſideatur! Idem.

Qui non vocatus interius atrium Regis intraverit, abſque ulla cunctatione ſtatim interficiatur. Eſth. 4. 11.

Ut notum faceret nobis Sacramentum voluntatis ſuæ, ſecundùm beneplacitum ejus. Epheſ. 1. 9.

Omne ſublime vident oculi tui: Feſtina multiplicare præbendas, inde ad Archidiaconatum evola, demum aſpira ad Epiſcopatum, ne ibi quidem requiem habiturus; quoniam ſic itur ad aſtra, quo progrederis, miſer? &c. S. Bernard. decl. ſuper: Ecce nos.

 ME-

Digitized by Google

MEDITATIO XXXII.

De Excellentia Tonſuræ ex proportione ejus cum Baptiſmo deducta.

1. Proportio Baptiſmi inter & Tonſuræ effectus.
2. Proportio hujus inter & iſtius ceremonias.

Si qua in Chriſto nova creatura, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia nova. 2. Cor. 5. 17.

Quamquam hæc Apoſtoli verba de Chriſtianis potiſſimùm intelligantur, qui per Baptiſmum novæ creaturæ efficiuntur; appoſitè tamen & iis applicantur, qui de Statu Laico ad Eccleſiaſticum convertuntur. Quod ut clariùs evadat,

PUNCTUM I.

Epheſ. 3. 9.
Ab omni ſervitute ſæcularis habitus hos famulos tuos emunda, ut dum ignominiam ſæcularis habitus deponunt, tuâ ſemper in ævum gratiâ perfruantur. Pont.
Dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine. Col. 1. 12.
Quid tàm regium, quàm ſubditum Deo animum corporis ſui eſſe rectorem? & quid tàm Sacerdotale, quàm vovere Domino conſcientiam puram, & immaculatas pietatis hoſtias de altari cordis offerre? S. Leo ſer. 3. in anniv. Aſſump. ſuæ.
Unuſquiſque noſtrùm habet in ſe holocauſtum ſuum, & holocauſti ſui ipſe ſuccendit altare. Orig. hom. 9. in c. 16.
Conſtitui te ſuper gentes & regna, Jer. 10.

Considera proportionem Baptiſmum inter & Tonſuram, ac imprimis hujus inter & illius effectus. In Baptiſmo vetus homo deponitur, ut novus induatur: *Expoliantes vos veterem hominem cùm actibus ſuis,* inquit Apoſtolus, *& induentes novum, qui creatus eſt in juſtitia & ſanctitate veritatis:* ut *in novitate vita ambulemus,* inquit Rom. 6. 4. In Tonſura verò cum habitu ſæculari mores quoque Laicis familiares deponuntur, ut ſtatus ſanctior atque adeò à terra remotior ineatur. Quod ut notet Epiſcopus, iiſdem planè verbis utitur, dùm ſuperpelliceum impertitur: *Induat te Dominus,* inquit, *novum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt* &c. Per Baptiſmum membra ſimus Eccleſiæ, fidelium cœtui aggregamur, quorum & ſuffragiis potimur; per Tonſuram Clericorum albo inſcribimur, juriumque ac privilegiorum iis indultorum participes reddimur. Per Baptiſmum *Sacerdotium Regale,* ſed ſpiritale evaſimus, quibus nec alii ſubditi, niſi noſipſi, nec vi-

victima alia, niſi corda noſtra: At verò per Tonſuram Reges populorum creati ſumus, & jam tùm diſponimur, ut Unigenitum Dei Filium immolemus; hujus ſiquidem indicium, quam geſtamus, corona eſt. Per Baptiſmum Sanctiſſimæ Trinitati, cujus impendamur obſequio, conſecrati ſumus; quorsùm verò Tonſura, niſi ut ſingulari quodam modo cultui quis altarique Divino mancipetur? Baptiſmus ad alia nos Sacramenta ſuſcipienda diſponit; Tonſura verò ad Ordines, penes quos ſolos aliorum Sacramentorum miniſterium eſt. Quòd ſi hæc non ſufficiant,

PUNCTUM II.

CONSIDERA proportionem Baptiſmi inter & Tonſuræ ceremonias. In Baptiſmo corpus baptizati multâ Cruce ſignatur, vitam utique pœnitentiæ ac mortificationis, quæ Chriſtiano ducenda eſt, ſignaturâ; in Tonſura Crucis in modum capilli tonduntur, ſuperpelliceum datur, quod Crucis formam præ ſe fert, habituſque aſſumitur Clericalis, qui vel colore pœnitentiam denotat. 2. In Baptiſmo ſalivâ tinguntur aures, ut percipiendæ voci Divinæ promptas has ſemper exhibeat Chriſtianus, inungitur vertex, ut omnes ad cælum cogitationes erigendas noverit; eamdem quoque ob cauſam ſuper utramque auriculam atque verticem in Tonſura capilli tondentur. 3. Priuſquàm quis baptizetur, & Sathanæ & pompis & operibus ejus abrenuntiet, oportet. Atque hoc eſt, quod in Tonſura peragitur, dùm Tonſuratus in hæc verba prorumpit: *Dominus pars* &c. 4. In Baptiſmo candida baptizato veſtis imponitur, quæ ejus ſignificet innocentiam; datur eadem & Tonſurato, ut innocentiam vel conſervâſſe, vel dignis pœnitentiæ fructibus reſarſiſſe monſtretur. 5. In Baptiſmo denique cereus porrigitur baptizato, qui & fidem receptam & bona opera exercenda

Signum ſanctæ Crucis in frontem, & in pectus tuum pono. Ritual. *Ephetha, quod eſt, adaperire. Abrenuntias ſatanæ, & omnibus pompis ejus, & omnibus operibus ejus? Accipe veſtem candidam quam immaculatam perferas ante tribunal Domini. Induat te Dominus novum hominem, &c. Accipe lampadem ardentem, & irreprehenſibilis cuſtodi Baptiſmum tuum, &c. Iſti baptizantur, ut illuminentur, hi ordinantur ut illuminent.*

Digitized by Google

demonſtret; Porrigitur idem & Tonſurato, ut doctrinâ aliis atque exemplo prælucere meminerit: Illis dictum eſt: *Accedite & illuminamini.* Pſ. 33. 9.; huic autem: *Vos eſtis lux mundi.* Matth. 5. 4. Jamnè percipis, quanta ſit Tonſuræ dignitas?

An pluribus opus eſt, ut hanc percipias? omnes ejus ceremonias accuratè obſerva, &, niſi hypocritis accenſeri deſideres, quidquid illæ ſignificant, adimplere memento. Nulla ſiquidem hypocriſis deteſtabilior, quàm dùm à conditione vita diſſentit.

Partem ejus cùm hypocritis ponet. Matt. 24. 51.

MEDITATIO XXXIII.

De Conditionibus requiſitis in eo, qui ad Tonſuram ſe offert.

1. Explicantur Conditiones à Synodo Tridentina requiſitæ.
2. Siſtitur in ultimis Synodi verbis: *Ut hoc vitæ genus eligant* &c. & tria indè conſectanea deducuntur.

Hi accipient benedictionem à Domino.
Pſalm 23. 5.

Hoc eſt, quod Tonſuram recipientibus Dei nomine pollicetur Eccleſia; eo tamen pacto, ut conditiones huc afferant neceſſarias.

PUNCTUM I.

Primâ Tonſurâ non initientur, qui Sacramentum Confirmationis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint; quique legere & ſcribere neſciant, & quibus probabilis conjectura non ſit, eos non ſæcularis judicii fraude, ſed ut Deo fidelem cultum præſtent hoc vitæ genus elegiſſe.

CONSIDERA, quænam ſint conditiones requiſitæ ab iis, qui ad Tonſuram ſuſcipiendam ſe offerunt. 1. Ut legitimo ſint matrimonio nati. 2. Ut ab omni Cenſura atque Irregularitate immunes. 3. Ut probæ vitæ. 4. Ut legere & ſcribere noverint. 5. Ut in rebus ad ſalutem neceſſariis apprimè verſati ſint. 6. Ut Sacramentum Confirmationis ſuſceperint. 7. Ut ſpes affulgeat & conjectura probabilis, quòd aliquan-

quando Eccleſiæ utiles, & miniſteriis Eccleſiaſticis non inepti futuri ſint. At verò potiſſima eſt, *ut hoc vitæ genus eligant, non ſæcularis judicii fugiendi fraude*, ut Synodus loquitur Tridentina, nec Eccleſiaſticis fruituri privilegiis, nequè vitam ducturi otioſam, nec honoris aut boni cujuſque temporalis cupiditate perculſi; *Sed ut fidelem Deo cultum præſtent*, hoc eſt, purâ ſanctâque intentione Eccleſiaſticis in miniſteriis Deo ſerviant.

PUNCTUM II.

SISTE in verbis hiſce ultimis, atque hæc indè conſectaria deprome. 1. Quòd ſi his, qui ad Tonſuram ſuſcipiendam ſe non rentur ineptos, hoc vitæ genus eligendum eſt, ergò & ejus ſint ætatis oportet, quæ delectum hunc inſtituere, id eſt, ſtatum ſtatui conferre, atque adeò ſæculari Eccleſiaſticum præferre noverit; quod utique nequaquàm noverit, niſi jam tùm compos rationis ſit. 2. Quemadmodùm puellam ſibi quampiam deſpondenti, firma ſit voluntas oportet eamdem & ducendi, ingreſſoque Religionem ibidem & manendi; ita quoque Tonſuram ſuſcipientibus firmus ſit animus, neceſſe eſt, totum vitæ ſuæ tempus Statui Eccleſiaſtico conſecrare, nè falſam alioquin, ridiculam, inutilem & contemptibilem reddant ſacram illam ceremoniam, atque ideò, juxta Doctores, peccatum committant tam enorme, ut fructus beneficii, ſiquod poſſideant, reſtituere teneantur. 3. Præcipuus ſcopus, in quem collimare debent, qui Tonſuram ſuſcipiunt, is eſt, *ut fidelem Deo cultum præſtent*: peccant proindè, qui Statum ineuntes Eccleſiaſticum *ditari volunt de bonis Domini*, inquit Bernardus, qui vel à parentibus, vel à ſua ipſorum cupiditate ſe patiuntur abduci.

CONSIDERA hic pauliſper, quòd à pleriſque ad Tonſuram ſe offerentibus actitari conſue-

Conc. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 4.

Primâ Tonſurâ non initientur, niſi qui in ſcriptis attulerint fidele teſtimonium à Parocho, quòd nati ſunt de legitimo matrimonio, &c. Concil. Rothom. ann. 1581.

Nulli Tonſura detur niſi idoneo, & poſtea ad Sacros Ordines probabiliter aſcenſuro, quid enim opus mittere panem filiorum canibus, & ſpiritualia mundi amatoribus? Concil. Rhemen. ann. 630.

Quicumque ad primam Tonſuram eligi petunt, ejus ſint ætatis; in qua quid agant, quam viam ſibi aperiant, plenè dignoſcere poſſint, oportet: cumque ea ſit, quæ circa duodecimum annum verſatur, ſtatuimus nullum deinceps ad primam Tonſuram admitti debere, quin duodecimum ſuæ ætatis annum attigerit, &c. Conc Burd. ann. 1624. c. de Ordin.

Etiamſi non ſit peccatum mortale, ſublato contemptu recedere à profeſſione primæ Tonſuræ, vel minorum Ordinum; tamen mortale eſt, ex ſuo genere, ſi quis Tonſuram vel minores Ordines, eo animo ſuſcipiat, ut poſtea ad ſæcularia negotia revertatur, interimque ad tempus gaudeat privilegio Eccleſiaſtico ad tenendum beneficium. Et ratio manifeſta eſt, cum ſit abuſus rerum ſacrarum ad

Digitized by Google

res temporales. Gamach. in 1.2.D.Th.q.1.c.36.

Compluribus qui primâ Tonſurâ initiantur, ſatius eſſet, ipſo Ordinationis die ſibi frangere crura, quàm Tonſura inſigniri, eò quòd ſe ad finem debitum non ordinent. Nav. Manual. c. 7. de orat. & hor. can. num. 12.

Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei. Pſal. 82. 13.

Turpe lucrum ſectantes. 1. Tim. 3. 8.

Quæſtum æſtimantes eſſe pietatem. 1.Tim.6.

Hi non ex Deo, ſed ex ſanguinibus & ex voluntate carnis naſcuntur. Non miramur, quicumque præſentem Statum Eccleſiæ miſeramur, de radice colubri regulum orientem: non miramur, ſi vindemiat vineam Domini, qui inſtitutam à Domino prætergreditur viam, &c. S.Bern. de conv.ad Cler.c.10.

ſuevit: Alii huc à parentibus electi atque vocati ſunt, alii avaritiâ aut ambitione compulſi; & mirabitur aliquis, ex radice tam perverſa fructus quoque pullulare perverſos? *Si radix ſancta,* inquit Apoſtolus, *& rami.* Rom.11. 15. Non id abs re Tonſuræ applicueris: In quam ſi ſanctè fueris ingreſſus, fructus bonos germinabit hæc radix; quæ ſi corrupta fuerit, fructus quoque ejuſdem farinæ, id eſt corruptos atque perverſos productura eſt.

Aut facite arborem bonam & fructum ejus bonum: aut facite arborem malam, & fructum ejus malum; ſiquidem ex fructu arbor cognoſcitur. Matth.12. 33.

MEDITATIO XXXIV.

De Conditionibus ad Tonſuram ritè ſuſcipiendam requiſitis.

1. Vocatio Divina.
2. Status Gratiæ.
3. Oratio & modeſtia exterior, quæ & illius & cujuſcumque Ordinis ſuſceptionem comitentur, oportet.

Hominis eſt, præparare animam; ſed Domini eſt, dirigere greſſus. Prov. 16. 19.

PUNCTUM I.

Multi quidem veniunt; ſed conſidera, quis vocetur, ordinem ipſum Dominici ſermonis attende. Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt. *Mundo corde utique vocat Pater cæleſtis eos, qui non quærunt, quæ ſua ſunt, ſed quæ* Iesu Christi. S.Bern. l. de Conv. ad Cl. c. 1.

Illum Præpoſitus aut

CONSIDERA, quòd juxta ea, quæ de Statu Eccleſiaſtico generatim dicta ſunt, prima maximèque neceſſaria ad Tonſuram, quæ illius quaſi janua eſt, ritè ſuſcipiendam diſpoſitio Vocatio divina ſit: Quæ quidem tantò magìs hâc tempeſtate neceſſaria eſt, quantò plures eſt reperire ætate provectos, qui non aliam ob cauſam ad Tonſuram ſe conferunt, quàm ut quantocyùs Presbyteri ordinentur, atque omnium Ordinum ſeriem quamdam neceſſariam & quaſi

Digitized by Google

quaſi concatenationem efficiant, vel ideò ſe quam optimè ad Tonſuram diſpoſitos arbitrantes, quòd Catholici ſunt: ad ordines minores, quòd Tonſurâ: ad Subdiaconatum, quòd Ordinibus minoribus inſigniti ſunt, atque ita de cæteris; ubi tamen horum ſingula, juxta veterem Eccleſiæ traditionem, ſingularem quoque vocationem exigunt. Quorſùm verò pueri ad Tonſuram aſpirant? Scilicèt ut beneficiorum capaces efficiantur.

Decanus, ut ſibi ſuccederet, pluſquam materno educavit affectu, in deliciis enutriens & delictis; ille dignus Archidiaconatu, utpote filius Principis; magis autem ſi ſit Epiſcopi conſobrinus, in quo nimirum tota eſt Epiſcopata progenies. S. Bern. decl. ſuper: Ecce nos.

DD. Gamach. Helios.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, diſpoſitionem alteram Tonſuræ præmittendam eſſe hanc, ut in Statu gratiæ quis conſtitutus ſit; licet enim Tonſura nec Ordo ſit nec Sacramentum, eſt equidem ſacra quædam ceremonia, quam ſecùs ſuſcipere prophanare eſt, & ſingulari Dei beneficio, quod nobis præſtat, dum ad Statum admittit Eccleſiaſticum, abuti, & juxta Doctorum ſententiam, peccati mortalis periculo ſeſe exponere. Neceſſarium eſt itaque, ut non Sacramentali modò, ſed vel generali, ſi fieri poteſt, confeſſione conſcientia prius expietur; quandoquidem & vitæ forma mutetur & Status perfectior ineatur. Siccine diſpoſitus eras, dum Tonſurâ inſigniebaris?

Ut ſicut immutantur in vultibus, ita dextera manus ejus virtutum eis tribuat incrementum. Pont

PUNCTUM III.

CONSIDERA, præter geminam hanc diſpoſitionem, ſupereſſe & tertiam momenti non inferioris. Hæc autem oratio eſt, quæ, juxta Apoſtolorum aliorumque Sanctorum exemplum, Domino noſtro offerenda eſt, ut & nobis & aliis Spiritus Eccleſiaſticus imploretur. Poſtrema denique in modeſtia partim exteriore, quæ, dum Tonſura confertur, obſervanda eſt, partim in ſingulari conſiſtit attentione, quæ precibus Epiſcopi atque exhortationibus adhibenda eſt. Quatuor haſce diſpoſitiones ritè exami-

Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum. Pſalm. 56. 8.

Vis ducem conſtituere populorum? paratum cor meum: vis paſtorem ovium? paratum cor meum. S. Bern.

Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Pſ. 142. 10.

Non ad menſuram dat Deus ſpiritum. Ioan. 3. 34.

Sed ſecundum propriam

Digitized by Google

mina: Vocationem imprimis, 2. Statum gratiæ, 3. Orationem, 4. Modeſtiam; hæ ſiquidem in quovis pariter Ordine ſuſcipiendo requiruntur: Sed nec operæ pigeat, quam in ritè te diſponendo collocatam oportuit; unde enim fructus, putas, tàm exiguus, quem ex Sacramentis quàm plurimi referunt? Ab exigua ſcilicet diſpoſitione, quam huc afferunt. Hoc eſt, quod per Prophetam promittit Dominus: *Dilata os tuum & implebo illud*, perinde atque ſi dicat: quantùm te dilataveris, tantùm & ego cor tuum impleturus ſum.

cujuſque diſpoſitionem. Conc. Trid. ſeſſ. 6 c. 7. circ. med.

Deus, cujus magnificentia non eſt numerus, non dat ſpiritum ad menſuram; ſed juxta menſuram vaſculorum infundit liquorem, tantùm muneris largiens, quantùm poteſt ille, cui donatur, accipere. S. Hier. in c. 4. Ep.

MEDITATIO XXXV.

De Ceremoniis Tonſuræ, ac imprimis de Habitu Eccleſiaſtico?

1. Quid Ceremonia Eccleſiaſtica?
2. Quomodo Habitus Eccleſiaſticus à Pontificali & SS. Patribus appelletur?
3. Habitûs hujus ſignificatio myſtica.

Ad Regis imperium eductum de carcere Ioſeph totonderunt, &, veſte mutatâ, obtulerunt ei. Geneſ. 41. 14.

Typus hic aptiſſimus illius eſt, quod in Tonſura geritur, ubi nimirum Epiſcopus, tamquam voluntatis Divinæ miniſter, Deo offert Tonſuratos, quorum veſtem mutavit capilloſque totondit.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quid in Eccleſia ſit ceremonia, nihil ſcilicet aliud, quàm actus quidam exterior Religionis, quo cultus & reverentia Deo exhibetur, & interius aliquid ſignificatur: Adeò ut nulla in Eccleſia tam exigua ſit ceremonia, quæ non reconditum aliquod gerat myſterium, quæque aut peculiare non præbeat documentum aut onus imponat.

Si homo corporis concretione caruiſſet, nuda ipſa bona, nulliſque integumentis involuta ei oblata eſſent; quoniam vero anima corpori conjuncta eſt, omninò opus fuit, ut rerum, quæ ſentiuntur, adminiculo ad ea intelligenda uteretur. S. Chryſoſt. hom. 8. in Matth.

ADORA hîc Sapientiam divinam, quæ infirmitati

tati noſtræ ſe attemperatura, methodum hanc adinvênit, ut per ſigna nos ſenſibilia in ſublimiorum Religionis noſtræ arcanorum cognitionem deduceret.

PUNCTUM II.

HAc veritate præmiſsâ, prima Tonſuræ ceremonia, quæ conſiderandam ſe offert, habitus eſt Eccleſiaſticus, id eſt, Tunica Talaris, quâ amictum eſſe oportet, priuſquam ad Epiſcopum accedatur. Hic verò tum in Pontificali, tum alibi apud SS. Patres *habitus* dicitur *Religionis*, *habitus ſancti nominis*, *habitus Religioſus*, *veſtis Sacra*, ut oſtendatur, quo animo gerendus, quoque in pretio habendus ſit. Cujus quidem inſtitutionem ſi introſpiciamus, inveniemus imprimis hanc exteriorem eſſe profeſſionis noſtræ teſſeram, quâ à Laicis ſegregamur; quin & inſigne authoritatis noſtræ, quemadmodum ab omni retrò tempore univerſim cernimus obſervatum, ut, quotquot in dignitate conſtituti, Talari tunicâ amicirentur.

Qui habitum Religionis in eis in perpetuum conſervet.... Quibus in tuo ſancto nomine habitum Sacræ Religionis imponimus. Pont.

Habitus ſancti nominis. Salv. ad Eccl. Cath. cap. 4.

Habitus Religioſus. Sid. Ep. Turn. l. 4.

Sacra veſtis. Balſam.

PUNCTUM III.

CONSIDERA habitûs Eccleſiaſtici ſignificationem myſticam. Significat imprimis ſua ſimplicitate, ſuperfluo, quem veſtibus ſuis mundani præ ſe ferunt, ornatui renuntiandum eſſe. 2. Qualitate materiæ, quæ utique lana vulgaris eſt, paupertatem denotat & modeſtiam. 3. Colore mortificationem indigitat & pœnitentiam, quæ pro ſe & populo agenda eſt Eccleſiaſticis; longitudine verò perſeverantiam. 4. Denique habitûs hujus nos novitas inſtruit, ut, quemadmodùm mutamur exteriùs, ſæcularis habitûs detractione, ad profeſſionem tranſeuntes perfectiorem; ita quoque immutemur interiùs, novas cogitationes, affectiones novas, novaſque curas aſſumentes & vitam ducentes, quæ vulgarem Chri-

Cernitur in nonnullis Sacerdotibus veſtium cultus plurimus, virtutum aut nullus, aut exiguus. S. Bern. ad Henr. Sen. cap. 81.

Quid miramur, quod Chriſtus vocat iniquum mammona? Quid ſuſcipimus, & amamus, quod Petrus ſe non habere glorioſè teſtatur? S. Hier. ad Nepot.

Mortificationem IESU *in corpore noſtro circumferentes.* 2. Cor. 4. 10.

Prioris veſtis detractio, & alterius inductio, ſignificat, à ſancta vita ad

Chriſtianorum vitam innocentiâ & perfectione undequaque præcellat. Hoc nimirum eſt, quod Tonſuratis à Deo impetrare contendit Eccleſia, dum precatur: *Vt, ſicut immutantur in vultibus, ita dextera manus ejus, virtutis tribuat eis incrementa.*

perfectiorem traductionem, quemadmodum in Divina regeneratione veſtis mutatio ſignificat traductionem à vita purgante ad contemplatricem ſeu illuminatricem. S. Dion. c. 6. Eccl. Hier.

Scrutare pauliſper, quam in teipſo à ſuſcepta Tonſura mutationem invenias. Quoties fortaſſis indignis Clerico actionibus habitum tuum dehoneſtaſti. Decerne, majori in honore hunc deinceps habere, & velut frenum quoddam conſiderare, quod non modò tibimetipſi; ſed & aliis inſuper cohibendis injectum eſt.

Vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia nova. 2. Cor. 5. 17.

MEDITATIO XXXVI.

De peculiaribus, quæ Tonſurato cum habitu Eccleſiaſtico imponuntur, oneribus, Primum eſt, ut habitum hunc aſſiduè geſtet.

1. Rationes, ob quas Tonſurati habitum Eccleſiaſticum geſtare tenentur.
2. Objectiones ordinariæ refutatæ.
3. Propoſitum hîc eliciendum.

Expoliavi me tunicâ meâ, quomodo adhuc induar eâ? Cant. 5. 3.

Hoc eſt, quod & Tonſurato exclamandum eſt, poſtquam habitum ſæcularem depoſuit.

Vnicum pro omnibus ſufficiat Trident.

Quia verò, etſi habitus non facit Monachum, oportet tamen Clericos veſtes proprio congruentes ordini ſemper deferre, ut per decentiam habitûs extrinſeci morum intrinſecam honeſtatem oſtendant: Ita autem hodie aliquorum inolevit temeritas, religioniſque contemptus, ut propriam dignitatem, & honorem Clericalem parvipendentes, veſtes etiam publicè deferant laicales, pedem

PUNCTUM I.

Considera rationes, ob quas Eccleſiaſtici, quatenùs Tonſurati, habitum profeſſioni ſuæ accommodum, hoc eſt, Eccleſiaſticum geſtare tenentur. Hoc imprimis ſibi vult Eccleſia, cujus nomine Deum pro Tonſuratis hunc in modum precatur Epiſcopus: *Vt habi-*

habitum Religionis in eis perpetuum conſervet; hoc enim de tunica talari; non autem de ſuperpellicεo intelligendum eſſe vel inde colligitur, quòd ab eodem, priuſquam det ſuperpelliceum, mox ſubjungatur: *Benedicere dignare hos famulos tuos, quibus Sacra Religionis habitum imponimus*: Quod utique larvaticum eſſet, niſi ad hunc aſſiduè geſtandum Eccleſia nos vellet obſtringere. Hanc autem voluntatem variis Conciliis tum generalibus tum particularibus vario tempore habitis declaravit, v. g. Carthaginenſi, Toletano, Senonenſi, Metenſi, Pariſienſi, Rhemenſi, Mediolanenſi, Lateranenſi, Tridentino, aliiſque innumeris; quorum ultimum œcumenicum veteres omnes quoad hoc Canones innovavit. Prætereà noſtrâ refert, ut habitum geſtemus Eccleſiaſticum; utpote qui & nobis & aliis frænum injiciat, vitia plura præpediat, majoremque nobis reverentiam conciliet: ubi ex adverſo habitûs hujus dimiſſio, & Laicis ſcandalum & perverſum fratribus noſtris exemplum & ſpretæ legis Eccleſiaſticæ atque animi in vitia prolapſuri præbet argumentum. Unde & beatus Antiſtes Genevenſis Eccleſiaſticis, non Eccleſiaſticè veſtire ſe ſolitis, impertiendam pernegat abſolutionem, niſi & vitium hoc corrigere & ab eodem deinceps ſe cohibere decernant.

PUNCTUM II.

CONSIDERA deinde, quàm futiles ac frivolæ ſint objectiones, quæ paſſim hac in parte formantur: Habitus, inquiunt, non facit Monachum: Huic Synodus Tridentina hunc in modum reſpondet: *Etſi habitus non facit Monachum, oportet tamen Clericos veſtes proprio congruentes ordini ſemper deferre &c.* Animadverte hæc duo vocabula: *Oportet* & *ſemper*. At alia eſt conſuetudo. Alia quidem ex legibus, profanis, venatoribus, aleatoribus, ſimilibuſque;

 ſed

in diverſis ponentes: unum in divinis, alterum in carnalibus, propterea omnes Eccleſiaſtica perſona, &c. Seſſ. 14. de ref. cap. 6. in princ.

Eccleſiaſticis omnibus eſt lege ſtatutum, ut qui Cleri nomen ſunt conſecuti, etiam in minoribus ordinibus conſtituti, Clericali tantum charactere inſigniti, quamvis excepti, Clericalem habitum, hoc eſt, veſtes talares convenienter deferre debeant, inobedientibus pœnis impoſitis; ſic enim decet, ut à ſæcularium habitu differant. Conſtit. Sixti Pap. V.

Etſi eloquium quieſcat, ipſe habitus ſonat; ſic auditur Philoſophus, dum videtur, occurſu meo vitia ſuffundo, grande pallii beneficium, ſub cujus recogitatu mores reprobi erubeſcunt. Tertullianus de Pallio cap. ult.

Num de veſtibus cura eſt Deo, ſolent dicere, & non magis de moribus? At forma hæc veſtium deformitatis mentium & morum indicium eſt. S. Bern. l. 3. de conſ. c. 5.

Veritati nemo præſcribere poteſt, non ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, non privilegium regionum. Ex his enim ferè conſuetudo initium ab aliqua ignorantia vel ſimplicitate fortuita in uſum per ſucceſſionem corroboratur, & ita adverſus veritatem vindicatur. Tertul. l. de virg. vel. cap.

Statuit ſancta Synodus,

ſed an ab hujuſmodi hominibus veſtium forma deſumenda eſt? non magis certè, quàm morum. Imò verò à doctis probiſque hanc potiùs mutuemur Eccleſiaſticis, quibus habitus ſuus tantò in pretio eſt, ut piaculum non mediocre admiſiſſe ſe reputarent, ſi vel uno hunc die dimiſiſſe contingeret. Utrum, obſecro, horum Eccleſiaſticorum genus imitatum te fuiſſe libuerit, cum mortis hora appropinquârit? Anne Canones fors abrogati? A Synodo potius Tridentina omnes innovati. Congruit hoc in urbe degentibus, at ruri nimis incommodum. Quomodo id dicis, quod nunquam expertus es? Roga eos, qui habitum hunc ubique circumferunt. Et finge nonnullum in hoc gerendo incommodum: nùm de ſuo queritur Religioſus? Si quis Carthuſianum v. g. habitu cerneret ſæculari indutum; quid diceret? Et nihilominùs an ille ſuum magìs, quàm tu tuum geſtare tenetur? An tuo illius honorabilior? Quàm hoc pudendum Eccleſiaſticis, ut à re ſibi tam honorifica velint eximi, futiliaque comminiſcantur, ut leges Eccleſiæ deſtruant, quarum ſtabilimentum vel ipſo vitæ diſcrimine mercari eos oporteret!

… is quæ aliàs à SS. Pontificibus, & à Sacris Conciliis de Clericorum vita, honeſtate, cultu, doctrina, ac de luxu, comeſſationibus, choreis, aleis, luſibus, ac quibuſcumque criminibus nec non ſæcularibus negotiis fugiendis, quæ copioſè ac ſalubriter ſancita fuerunt, eadem in poſterum iiſdem pœnis, vel majoribus arbitrio Ordinarii imponendis obſerventur. Conc. Trident. ſeſſ. 22. paulò poſt med. de ref. c. 1.

Ad excuſandas excuſationes in peccatis. Pſal. 140. 4.

Iſta umbra pietatis *de foliis illius arboris venit, quibus ſe parentes noſtri in illa damnabili nuditate texerunt.* S. Auguſt. Ep. 30.

Verum tu, Sacerdos Dei altiſſimi, cui ex his placere geſtis, mundo an Deo? Si mundo, cur Sacerdos? Si Deo, cur qualis populus, talis & Sacerdos? Nam ſi placere vis mundo, quid tibi prodeſt Sacerdotium? S. Bern. ad Henr. Sen. c. 2.

Quis mihi det gloriari in voce illa? Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium, operuit confuſio faciem meam, gloria mihi eſt conſors fieri Chriſti, cujus illa vox eſt: Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. S. Bern. l. 2. de conſid. c. 1.

PUNCTUM III.

MELIORA deinceps: Quòd ſi verò nondùm hæc ſatis tibi perſuaſa ſit veritas, fac, ut ampliùs tibi perſuadeatur. Ne crede, ſi nolis, quidquid hâc de re tibi adhuc uſque relatum eſt: ipſorum Canonum fontem inſpice, & tria deinceps te facturum decerne: ſemper imprimis & ubique locorum habitum geſtare Eccleſiaſticum 2. geſtare hunc reverenter, 3. omnem libenter perferre ignominiam, quæ hac de cauſa tibi inferenda eſt, ne fortè Dominus in die furoris ſui, uti per Prophetam comminatur, veſte te peregrinâ indutum cernens, in ſempiternum exterminet.

Digitized by Google

Et erit in die hoſtiæ Domini, viſitabo ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrinâ. Soph. 1. 8.

MEDITATIO XXXVII.

De vita Pœnitentiæ, quam Tonſuratus agat oportet, quàmque habitus Eccleſiaſticus præ ſe fert.

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſticis vita hæc Pœnitentiæ agenda eſt.
2. In quo hæc conſiſtat.

Mundus gaudebit; vos verò contriſtabimini. Joann. 16. 20.

Ita quondam Apoſtolis ſuis Salvator, cupiens utique quoslibet in illis erudire Eccleſiaſticos deinceps ſecuturos, vitam eorum perpetuam Pœnitentiam atque mortificationem eſſe debere.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſiaſticis vita hæc Pœnitentiæ agenda eſt. Quia his imprimis defectus cæterorum Chriſtianorum, tam parùm utique hoc cogitantium, ſupplendus eſt. 2. Salvator noſter Gratiæ Evangelicæ Novæque Legis fundamentum pœnitentiam ſubſtravit, dùm & ſuam & Præcurſoris ſui prædicationem ab hiſce verbis auſpicatus eſt: *Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cælorum.* Matth. 3. 2. Quibus omnimoda profectò pœnitentiæ agendæ neceſſitas denotatur. Quòd ſi enim per Regnum cælorum gloriam imprimis æternam intelligamus, cùm omnes innocentiâ exciderimus, omneſque ſimus peccatores, non alia certè in Paradiſum via, quàm pœnitentia, pateſcit. 3. Si per Regnum cælorum Evangelium intelligamus Gratiamque Chriſtianam, non hæc acquiritur niſi pœnitentiâ, utpotè ſine qua nec verè quidem Chriſtiani ſimus;

Cur non comediſtis hoſtiam in loco ſancto quæ ſancta ſanctorum eſt, & data eſt vobis ut portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conſpectu Domini? Lev. 10. 17.

Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei. Rom. 3. 23.

Si pœnitentiam non egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Luc. 13. 5.

Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas, inventâ unâ, &c. Matth. 13. 45.

Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Ioan. 12. 25.

Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, Luc. 9. 23. Matth. 16. 24.

Digitized by Google

mus; quid enim aliud nobis inculcat Evangelium, quàm noſtrî ipſorum odium atque abnegationem, crucem, patientiam, paupertatem &c. quæ totidem quaſi pœnitentiæ partes & aromata ſunt? 3. Si denique per Regnum cælorum intelligendum ſit Regnum Dei, quod intra nos eſt, hoc eſt, Gratia charitatis, quæ Deo nos reddit acceptos, ſola eſt pœnitentia, quæ ad hanc nos introducit: Hanc intima cordis noſtri converſio veraque contritio nobis impetrat, Deumque reconciliat.

PUNCTUM II.

UT probè nôris, in quo vita hæc pœnitentiæ Eccleſiaſticis agenda conſiſtat, duo notanda, quæ quaſi corpus & anima pœnitentiæ ſunt. Corpus appello exteriora mortificationis exercitia; anima verò & ſpiritus pœnitentiæ in interioribus conſiſtit affectibus, quos gratia in nobis operatur, qui donum hoc & ſpiritum pœnitentiæ conſtituunt. Horum primus odium eſt ac deteſtatio, quâ peccatum magis quàm rem quamcumque execramur. Alter fuga quædam, quâ ab omnibus peccati illecebris, v.g. mundo & vanitatibus ejus, rebus caducis, carnalibuſque oblectamentis quàm longiſſimè recedimus. Tertius profundiſſima humiliatio, in qua peccator toto vitæ ſuæ decurſu moretur oportet; utpotè cui præ peccato nulla ſit humiliationis materia fœcundior. Quartus dolor eſt vehemens de peccato commiſſo, vehementior utique quàm de malo quocumque, ex ſancto Dei amore prognatus, cum æquali propoſito non peccandi de cætero. Quintus læſæ Dei Juſtitiæ zelus eſt, flagrans nobis deſiderium imprimens, dignis ei pœnitentiæ fructibus ſatisfaciendi, pœnaſque injuriarum ei illatarum à nobiſmetipſis exigendi. En ſpiritum Eccleſiaſticum, quem & aſſiduis à Deo precibus implorate, cujus & actus ſæ-

Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum. Pſal. 118. 163.

Odivi omnem viam iniquitatis. Ibid. 104.

Riſum reputavi errorem, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? Eccl. 2. 2.

Miſer factus ſum, & curvatus ſum uſque in finem, tota die contriſtatus ingrediebar. Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis. Pſal. 37. 7. & 9.

Certam pœnitentiam non facit niſi odium peccati & amor Dei. S. Aug.

Facite fructus dignos pœnitentiæ. Luc. 3. 8

ſæpè ſæpiùs nos oportet elicere, ut à Salvatore aliquando mereamur audire:

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Joann. 16. 20. & 22.

MEDITATIO XXXVIII.

De Mortificatione exteriori, in qua Eccleſiaſticis vivendum eſt.

1. Quid Mortificatio exterior?
2. Quomodò perfectam hac in parte formam Eccleſiaſticis Salvator exhibuerit?
3. Collatio noſtrî cum ipſo.

Caſtigo corpus meum & in ſervitutem redigo, ne fortè, cum aliis prædicavero, ipſe reprobus efficiar. 1. Cor. 9. 27.

Si hoc ſibi agendum talis tantuſque reputabat Apoſtolus, quid nos?

PUNCTUM I.

CONSIDERA, Mortificationem, quæ partem pœnitentiæ exteriorem conſtituit, virtutem eſſe, quâ rationabiliter corpus noſtrum affligimus, morbos, calorem, frigus, moleſta muniorum noſtrorum exercitia, aliaque exteriora moleſtiam exhibentia patienter, generosè, delectabiliterque perferimus, ut carnem noſtram reddamus puram, appetitus ejus mortificemus, rationi eam ſubjiciamus, peccatorum noſtrorum agamus pœnitentiam, Salvatorem noſtrum imitemur, noſtrum erga Deum amorem manifeſtemus &c.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quam omnibus numeris abſolutam hac in parte formam præbuerit Eccleſiaſticis Salvator noſter, dùm ab ipſis incuna-

Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ioan. 12. 24. & 25.

Propter te mortificamur tota die. Rom. 8. 36.

Congregata ſunt ſuper me flagella Pſal. 34. 15.

In laboribus à juventute mea. Pſal. 87. 16.

Corpus autem aptaſti mihi. Hebr. 10. 5.

Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Luc. 9. 58.

Nec ſpatium manducandi habebant. Marc. 6. 31.

IESUS *fatigatus ex iti-*

Digitized by Google

nabulis ad uſque mortem quàm ſeveriſſimè corpus ſuum habuit. Naſci voluit hiemis noctiſque medio & vili in ſtabulo, opificium exercuit laborioſum, 40. dies jejunavit, prædicationis ſuæ decurſu pedes incedebat, alimentum ejus, diverſorium atque cubile de ſquallore certabant: ſitim, calorem, frigus, aliaſque aëris injurias non ſine laſſitudine ſuſtinebat: noctes integras orationi conſecrabat. Nôſti denique, quomodo Paſſionis ſuæ tempore cuivis tormentorum generi corpus ſuum expoſuerit, corpus, inquam, puriſſimum, ſpiritui refragari neſcium, Divinitati hypoſtaticè unitum, infinitâque ſanctimoniâ ſuâ Sacro-ſanctum.

nere ſedebat ſic ſupra fontem: hora erat quaſi ſexta. Ioan. 4. 6.

Erat pernoctans in oratione Dei. Luc. 6. 12.

Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non averti ab increpantibus & conſpuentibus in me. Iſai. 50. 6.

Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum. Rom. 7. 18.

Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem: hæc enim ſibi invicem adverſantur. Gal. 5. 17.

Carnis curam ne feceritis. Rom. 13. 14.

Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Col. 3. 5.

Uſque in hanc horam & eſurimus, & ſitimus: & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris: 1. Cor. 4. 11. & 12.

In carne ambulantes, non ſecundùm carnem militamus. 2. Cor. 10. 3.

PUNCTUM III.

CONFER te modò Salvatori: Siccinè tu & carnem tuam habere conſueviſti, carnem, inquam, corruptam & perditam, maximum virtutis obicem, creberrimèque rationi tuæ perduellem, in plurima te flagitia præcipitantem? Adeò certè hanc non affligis, ut ames potiùs ac foveas, cunctis ejus voluptatibus indulgeas, quàmque potes minimùm pati eam patiaris.

Ruborem tibi ſuffundat tam perfectum exemplar ob oculos poſitum. Ingemiſce præteritis, decerne deinceps, datâ te opportunitate mortificare, v. g. in cibo & potu, in ſomno atque ſermone, in viſu etiam, ſemper ei modeſtiæ frænum ſive in Eccleſia ſive in compitis, injiciendo. Nulla denique labatur dies, quâ non aliquod mortificationis ſpecimen edas, ſemper memor illius Apoſtolici: *Qui Chriſti ſunt,* ſervi utique, diſcipuli & amici (quales ſunt aut eſſe debent Eccleſiaſtici univerſi)

Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis ſuis & concupiſcentiis. Gal. 5. 24.

Digitized by Google

MEDITATIO XXXIX.

De capillorum attonſione, quæ in Tonſura adhibetur.

1. Cur Statum Eccleſiaſticum ineunti capilli tondentur?
2. Cur attonſio hæc variis capitis partibus adhibetur?
3. Obligatio hinc Tonſuratis injecta ſuccíſos geſtandi capillos.

Fili hominis, ſume tibi gladium acutum & duces per caput tuum. Ezech. 5. 1.

Ita Deus quondam Prophetæ Ezechiëli, de Sacerdotali utrique ſtirpe prognato, hâc quaſi figurâ portendens, quid Novæ Legis miniſtris foret agendum; primum enim quod agit Epiſcopus ad Statum Eccleſiaſticum quempiam admiſſurus, hoc eſt: capillos ei attondet, undè & nomen Tonſura mutuatur.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, cur Statum Eccleſiaſticum ineunti capilli attondeantur. Imprimis ut doceatur deinceps, vitioſam quamque concupiſcentiam, propenſionem, habitumque reſcindere, mundi hujus ſuperflua dimittere, terrenis quibuſcumque valedicere; quid enim capilli, niſi excrementa? Deindè ut Clerici, juxta phraſim Scripturæ, Nazaræi Domini denotentur, id eſt, ſeparati, ſegregati, ſanctificati, & Majeſtati Divinæ conſecrati, ut vitam cæteris Chriſtianis ſanctiorem inſtituant; Nazaræi ſiquidem, qui vitam inter Judæos perfectiorem profitebantur, ipſo conſecrationis ſuæ die caput ſibi radere conſueverant. Denique ut fides ſignificetur atque ſubmiſſio, quam JESU CHRISTO pollicentur; tonſio ſcilicet capillorum erat olim ſervitutis indicium.

Sacerdotes caput ſuum non radant; neque comam nutriant, ſed tondentes attondeant capita ſua Ezech. 44. 20. Vide S Greg. in hunc locum Paſt. ep. 2. c. 7. ubi præcl. & hîc appoſitè.

Capillorum detonſio declarat puram, nullâque figurâ adumbratam vitam, non fictarum figurarum, aut colorum inductione, deformitatem mentis decorantem, ſed ipſam in ſeipſa non humanis ſpeciebus, ſed pulchritudinibus, verum propriis & ſingularibus ad divinam ſimilitudinem traductis. S. Dion. c. 6. Eccl Hier.

Caput radere eſt cogitationes ſuperfluas, & terrenas a mente reſecare S. Aug. de contemptu mundi.

PUNCTUM II.

Raſio capitis eſt temporalium omnium depoſitio. S. Hier. ad quendam Levitam.

Iſta lex conſecrationis: Cum dies, quos ex voto decreverat, complebuntur, adducet eum ad oſtium tabernaculi fœderis, & offeret oblationem ejus Domino: tunc radetur Nazaræus ante oſtium tabernaculi.... tolletque capillos ejus, ponetque ſuper ignem. Numer. 6. 13. & 18.

Remedii & decoris novacula, nobis Chriſtus Deus eſt, qui cor noſtrum circumcidit, vitia radit animæ, caput lavigat & faciem mentis accurat; noſque ut illam in lege captivam purgat & liberat horrido miſeræ ſervitutis capillo: ut conjungendi Domino, velut illa in Iſraelitæ viri nuptias tranſitura, criminibus carnis noſtræ, quaſi barbaris crinibus exuamur. S. Paul. ep. 4. Severo. *Eſt autem Clericis Tonſura ſignum, quod in corpore figuratur, ſed in animo agitur; ſcilicet, ut hoc ſigno in religione vitia reſecentur, & criminibus carnis noſtræ quaſi exuamur, atque indè innovatis ſenſibus & comis rudibus quieſcamus, expoliantes nos, juxta Apoſtolum, veterem hominem, & induentes novum, qui renovatur in agnitione Dei, quam renovationem in mente oportet fieri, ſed in capite demonſtrari, ubi ipſa mens noſcitur habitare.* Conc. Aquiſ. c. 4. ex Iſid. de off. c. 1. *Nolite ſolliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt.* Matth. 6. 31. & 32. *Sonet vox tua in auribus meis.* Cant. 2. 14. *Sapientes oculi in capite ejus.* Eccl. 2. 14.

CONSIDERA, cur attonſio hæc & crucis in modum & quatuor capitis partibus adhibeatur. Adhibetur imprimis occipiti, ubi ſedes memoriæ eſt, ut Tonſuratus meminerit, pueritiæ nugas atque quiſquilias oblivioni tradere. Adhibetur deindè ſincipiti, ut Tonſuratus moneatur, non tantam deinceps curam atque operam vitæ neceſſariis impendere. Tertiò ſuprà aures capilli tondentur, ut has Domini ſemper voci præbere diſcamus, & factis ejus, mandatis atque inſpirationibus obſecundare. Adhibetur denique hæc tonſio vertici, ut in conſpectu Domini ambulare & in omni opere ſoli ejus gloriæ ſtudere doceamur, vel, ut D. Thomas, *Ne mens Clericorum temporalibus occupata, à contemplatione divinorum retardetur.*

PUNCTUM III.

Si quis ex Clericis relaxaverit comam, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertio. Scil. Patres iſtius Concil. *Anathema* Conc. Roman. 1. ſub Greg. ann. 721.

Idem ſtatuitur in Con. Mog. 1. Conſtant. ſeſſ. 43. & innum. aliis. Concil. Trident.

Reſidui autem capilli

DEDUC indè, quàm ſtrictiſſimam Tonſuratis injectam obligationem ſucciſos geſtandi capillos, & cogita, quantam profeſſioni ſuæ injuriam irrogent, qui, Laicorum inſtar, promiſſos alunt. Severiſſima quovis tempore hâc in parte fuit Eccleſia: Conciliis pluribus quàm ſexaginta, nec ſine Cenſurarum plerumque, graviumque pœnarum, ut excommunicationis & Anathematis, interminatione, promiſſos geſtare capillos Clericis interdixit, quin & Tonſionis formam

mam modumque præſcribens, ita eos tonderi præcepit; ut aures undequaque pateſcant: *Patentibus auribus*, inquit. Cæterùm, ut hujuſmodi homines apoſtaſiæ, inobedientiæ & prævaricationis non arguamus, annè, humanitùs loquendo, capillato Eccleſiaſtico magis aliquid indecorum? nonnè prodigio ſimile, hoc paſſim ægerrimè impetrari à Clericis, ut hac in parte Eccleſiæ voluntati ſe ſubjiciant? Certè, ſi Diabolus vel perverſum quorumdam Eccleſiaſticorum exemplum uſque adeò nobis prævaleant, ut in re tantilla Legum Canonumque Eccleſiæ tranſgreſſores efficiant; quid tandem in re valebunt momenti gravioris?

RESPICE teipſum & rubore perfundere, quòd rei tam exiguæ hucuſque forſitan affixus fueris, quòd querelam, quòd murmur effuderis, ſi quando muneri huic facere ſatis rogabaris. Subeat animus, ubi ubi fueris, tam æquæ te obligationi ſubjicere, tùm ut omnium, quæ tonſione iſtâ exhibentur, myſteriorum recordêre, tùm ut morem quoque geras Eccleſiæ; aſſerit enim S. Clemens (ut lubet, accipe)

In judicio Dei ignis æterni tormenta ſuſtinebit, qui Eccleſiaſtica Decreta neglexerit. Epiſt. 1. in Ful.

ordinatè præcidi debent, ut oculos & aures & alios ſenſus capitis liberos reddant, & curam exteriorum non in ſuperfluis deſideriis carnis, ſed in neceſſariis tantum exercendam cognoſcatis. Pont. Bull. Apoſt.

Quiſquis vel abolitione Tonſuræ, vel ſæcularis veſtis aſſumptione detectus fuerit attigiſſe tranſgreſſionem, excommunicationis cenſuram accipiat. Concil. Tol. 10.

Præcipitur Presbyteris, ut Clericos, cujuſcunque ſint ordinis, in Parochia ſua commorantes moneant, quod Tonſuram congruentem, & honeſtum habeant habitum, juxta canones, & ſi aliqui in hoc inobedientes vel rebelles fuerint, monitione præmiſſa ab ingreſſu Eccleſiæ arceantur. Quòd ſi aliquis de ejuſmodi præſumptoribus, tanta ſit poteſtatis, quòd ſine ſcandalo à Presbytero prædicto modo coërceri non poſſit, Epiſcopo nuntietur. Conſtit. Guill. Pap. Refertur in Rit. Par. cap. ult. de Sacr. Ordinis.

MEDITATIO XL.

De obligatione Clericis Tonſuratis injecta, ſuperflua quæque dimittendi, quod capillorum potiſſimè reſectione notatur.

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſtici ſuperflua quæque vitare tenentur.
2. Exemplum Chriſti & Sanctorum.
3. Quibus in rebus Eccleſiaſticis ſuperflua vitanda ſunt?

Nudus nudam crucem ſequar. S. Hier. ad Nepot.

Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti ſumus. 1. Timoth. 6. 8.

Abrenuntio Sathanæ, & omnibus pompis ejus. Dominus pars hæreditatis meæ, & Calicis mei.

Qui delicatè ſervum ſuum nutrit, ſentiet eum contumacem. Prov. 29. 21.

Clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur & dicunt, dicite Pontifices, in fræno quid facit aurum? Nobis frigore & fame laborantibus, quid conferunt tot mutatoria? &c. S. Bern. ad Henr. Sen. c. 2.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſiaſtici ſuperflua vitare tenentur. Votum imprimis in Baptiſmo emiſſum, in Tonſura renovatum. Altera eſt, quod de ſuperfluis paſſim ad exceſſum tranſeatur. Tertia ſcandalum eſt atque occaſio, quæ Laicis præbetur, arguendi Eccleſiam, videntibus utique miniſtros ejus redundare iis, quorum alii penuriâ laborant. Quarta denique, quòd jure ſe privent corripiendi, ut par eſt, ſæculares in ſuperfluis quibuſque degentes.

Ubi enim conſcientiam mordet reatus criminis, linguam ligat metus confuſionis: Sumptuoſis dapibus gravidus, non poteſt abſtinentiam laudare quam calcat, &c. S. Gregor. & S. Proſper. l. 1. de vit. contempl. cap. 15.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, nihil adeò Spiritui Apoſtolico adverſari, quàm ſuperflua, ſive in victu ſive in amictu, ſive in ſupellectile. Nonniſi Caput Eccleſiaſticorum Dominus noſter JESUS CHRISTUS ſuſpiciendus eſt: deſunt huic vel neceſſaria, utpotè non habenti, ubi caput reclinet. Apoſtolis nec aurum eſt, nec argentum, nec victus niſi manuum labore comparatus. Præter cochlear, non erat Auguſtino argentea ſupellex. Cellula lignea Martini Palatia. Veſte viliſſimâ Nicolaus obte-

Clericus profeſſionem ſuam, & in habitu, & in inceſſu probet, & nec in veſtibus, nec calcea-

Digitized by Google

obtegitur. Tantique momenti res hæc Eccleſiæ viſa eſt, ut in celebri quodam Carthaginenſi Concilio conſtituat, *ut Epiſcopus vilem ſupellectilem & menſam & victum pauperum habeat.*

Hoc ſi Epiſcopis, quid Clericis cæteris conſtituendum putatis?

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quâ in re Eccleſiaſticis ſuperflua vitanda ſint? In habitu imprimis, quem ex ſerico nunquam aut materia pretioſa, ſed ſimplici tantùm & vulgari conficiant, tunicam non geſtent nimiùm fluidam, aut longiorem, aut antè patentem: collaribus, manicis, calceis Laicorum in morem confectis non utantur, aures capillis obtegi nunquam patiantur. Quis credat, ad minutiora iſta, quoad habitum Eccleſiaſticorum, Concilia voluiſſe deſcendere? Ecce nihilominùs, quod hac de re Concilium ſtatuit Senonenſe: *Veſtes ſint talares, nec nimiâ amplitudine ſuperflua, in quibus ſcilicet Clericalis ordinis honeſtas, non faſtûs jactantia vel elationis vitium deprehendatur &c. Non etiam camiſias geſtent, quod dicunt froncintas.* Carthaginenſe verò: *In veſtimentis verò,* inquit, *& in calceamentis decorem non quærant.* 2. Superflua in victu vitanda ſunt, frugalitas in menſa ſervanda, cibis vulgaribus veſcendum etiam tùm, cùm hoſpites advenêre, ut ita ſcilicet & comeſſationes vitentur Laicorum & bonus Chriſti odor in omnibus & per omnia diſpergatur. 3. Denique in ſupellectile ſuperflua vitanda ſunt. Tapetibus lectiſque pretioſis, vaſorum argenteorum copiâ, atque hiſce ſimilibus Eccleſiaſtico etiam in officio utendum non eſt; ac præſertim in ſuperpellicco, in quo maximam ſimplicitatem atque modeſtiam Concilia requirunt, ac præſertim Turonenſe Anno 1583. celebratum; quod manifeſtè decrevit, *Eccleſiaſticis omnibus, ſuperpelliceis cu-*

vio-

mentis decorem quæras. Conc. Carth. c. 45.

Argentum & aurum non eſt mihi. Act. 3. 6.

Operantes manibus noſtris. 1. Cor. 2. 3. 12. Eph. 4.

Ut Epiſcopus vilem ſuppellectilem & menſam ac victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ authoritatem fide & vitæ meritis quærat. Concil. Carth. 4. can. 15.

Ecce ipſe habitus noſter, quod & dolens dico, qui humilitatis noſtræ ſolebat eſſe inſigne, Monachis (Clericis) *temporis noſtri in ſignum geſtatur ſuperbia.*

Vix jam in noſtris provinciis invenimus, quo veſtiri dignemur, quivis de ſæculo quantumlibet honoratus, etiamſi Rex, etiamſi Imperator ille fuerit, non tamen noſtra horrebit indumenta, ſi ſuo ſibi modo præparata fuerint & aptata. Mollia indumenta, animi mollitiem indicant; non tanti curaretur corporis cultus, niſi priùs neglecta fuiſſet mens inculta virtutibus. S. Bern. Apol. ad Guill. Abb. c. 9.

Taceo de illis, qui undante lapſabundi corporis motu defluentibus in talos veſtimentis incedunt, & vagis laterum flexibus quodammodo fluctuantes, majorum diſſolutionum veſtigiis ſinuoſa mobilitate nutantibus prodeunt. S. Proſp. l. de vit. Act. cap. 41.

Quidquid ſine quo poteſt vivi, percipitur, non ſuſtentandæ vitæ, ſed ſo-

venda luxuria carnis impenditur. S. Proſper de vita Act. l. 2. c. 7.

Poſſidonius in ejus vita. Sever. Sulp.

Quodnam ſpecimen humilitatis eſt, cum tanta pompa & equitatu? Dicas, ſi videas eos tranſeuntes, non rectores eſſe animarum, ſed principes provinciarum. Vix quatuor leucis a ſua quiſpiam domo recedit, niſi cum tota ſupellectili ſua, tanquam iturus ad exercitum, vel, tranſiturus per deſertum, ubi non valerent inveniri neceſſaria. An non poſſet eodem vaſculo, & aqua manibus tergi, & vinum bibi? An non poſſet ardens lucere lucerna niſi in tuo quod portas candelabro, & hoc aureo vel argenteo? An non poſſet dormiri niſi ſupra varium ſtratum aut ſub peregrino coopertorio? An non unus miniſter aliquis poſſet & jumentum ligare, & ad menſam ſervire, & lectulum præparare? &c. S. Bern. Apol. ad Guill. Abb. c. 10. *Canonicis tam Cathedralium quam Collegiatarum Eccleſiarum, aliiſque Eccleſiaſticis omnibus, tam ſæcularibus, quam regularibus ſuperpelliceis patulis, curioſius acu elaboratis, & veluti acutioribus pinnis ornatis, uti non licere decernit. Ridiculum eſt enim ad faſtum & oſtentationem abuti eo, quod ad demonſtrandam ſimplicitatem animorum & corporum puritatem, eſt religioſè introductum.* Concil. Trident. tit. de Cap. & dig. Canonic.

rioſius acu elaboratis uti non licere, aut iis impendere, quæ pauperibus potiùs impenderentur: *Birrum pretioſum*, inquit hanc in rem Auguſtinus, *fortè deceat Epiſcopum; ſed non Auguſtinum, pauperem de pauperibus natum.*

Vide, nùm hucuſque ſuperfluis iſtis non ſtuderis, & decerne deinceps, ut vitam ducas, quam profeſſus es, omninò iſtis valedicere. Hoc nempè conſilium, quod Timotheo Apoſtolus ſuggerit, poſtquam divitiarum ei periculum ob oculos poſuerat:

Tu autem, homo Dei, hæc fuge; nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quòd nec auferre quid poſſumus. 1. Tim. 6. 7. 11.

MEDITATIO XLI.

De Corona Tonſurati.

1. Ecquid hæc Corona ſignificet quoad præteritum, præſens & futurum?
2. Obligatio, quâ illam geſtare, & pretium, quod ei ponere Eccleſiaſtici quicumque tenentur.

Scuto bonæ voluntatis coronaſti eum, Domine. Pſal. 5. 13.

PUNCTUM I.

Inter omnes, quas in Eccleſia, vel in univerſo hominis genere reperimus, Tonſuras, nullam magis ſequendam amplectendamque jure dixerim eâ, quam in capite ſuo geſta-

Conſidera, quid hâc coronâ, quæ inter Tonſuræ ceremonias impertitur, denotatum velit Eccleſia. Triplex huic ſignificatio perquàm illuſtris, prima præteritum, altera præſens; tertia futurum indigitat. Quod ad

ad præteritum attinet, corona hæc coronam ſpineam Salvatoris, eamque, quam D. Petro gentiles aliquando totondere, ob oculos ponit, ut quod ſtultitiæ fuit & infamiæ nota Salvatori noſtro ac Principi Apoſtolorum, honori cedat & dignitati Eccleſiaſticis; eoque diſcant, omnem ſuam gloriam in ignominia, confuſione, & vilipendio ſufferendo, Deique Filio imitando conſiſtere. Quoad præſens verò, ſignificat imprimis corona hæc, quod Clerici Tonſurâ inſigniti de mundo triumphent, quodque pedibus hunc conculcantes, modo quodam ſublimiori, quàm ibidem regnantes, mundi Reges dici poſſint; quidquid enim contemnimus, ejus quodammodò & Domini ſumus. Significat deindè corona hæc, regnum eis intra ſemetipſos adminiſtrandum, ubi paſſionibus, ſenſibus & affectibus ſuis modum imponant, neceſſe eſt; ac præſertim Tonſuratos poteſtate, quam ſuper populos obtinent, incipere jam tùm Regalis Sacerdotii JESU CHRISTI quodammodò participes fieri. Quoad futurum denique, corona hæc figura & memoriale illius eſt, quam in cælis expectant, ſi vitam ſtatûs ſui perfectioni ac ſanctitati conformem duxerint. Atque hoc eſt, quod oratione ultimâ de Tonſura precatur Eccleſia: *Vt ſicut ſimilitudinem coronæ tuæ eos geſtare facimus in capitibus, ſic tuâ virtute hæreditatem ſubſequi mereantur æternam in cordibus.* Nonnè venerabiles admodùm Eccleſiæ ſunt ceremoniæ, quæ re tantillâ tanta recondunt myſteria?

bat ille, cui confitenti ſe Dominus ait: Tu es Petrus. Et pauló poſt. *Neque ob id tantùm in coronam attondemur, quia attonſus eſt Petrus; ſed quia Petrus in memoriam Dominicæ Paſſionis ita attonſus eſt.* Beda l. 1 Hiſt. Angl. c. 12. 1.

Duplex corona circumpoſita capiti Sacerdotis, capillorum ſignificatione imaginem refert venerandi capitis Apoſtoli Petri, qui cum miſſus eſſet ad prædicationem Domini & Magiſtri, ei tonſa eſt coma ab his, qui ſermoni ejus non credebant, ut illuderetur ab ipſis, eique Chriſtus Magiſter benedixit, & infamiam in honorem, illuſionem in gloriam convertit. S. Bern. conſid. Bibl. SS. PP. Tom. 2.

Servire Deo, regnare eſt; dignitas eſt ſervum eſſe potentis. Tertull.

Regnum Dei intra vos eſt. Luc. 17. 21.

In ea parte capitis pilos incidimus, in qua novam ſapientiam IESU CHRISTI *ineſſe cognoſcimus; per hoc ſignantes, malam terrenarum rerum ſollicitudinem noſtræ mentis oculos ad Deum contemplandum impedire.* Sanc. Auguſt. de contemp. mundi.

PUNCTUM II.

CONCLUDE hinc, quàm arcta quibuſlibet Eccleſiaſticis geſtandi coronam ordini ſuo accommodam impoſita ſit obligatio, quàmque vanæ, frivolæ, imò & Deo & Eccleſiæ ejus injuriæ ſunt excuſationes, quæ proferuntur ab iis, qui coronam non geſtant, nè dicam, contemnunt,

Vt ſignificetur regale eſſe Chriſti Sacerdotium, ejus gubernatores tali corona redimitos eſſe oportet: vel etiam ut ſignificetur, Eccleſiaſticum animum, qui eſt in homine, ſicut vertex in capite, de-

Digitized by Google

nunt, quique cauſantes, quod Canones (quos ſcilicet legerunt nunquam) coronæ magnitudinem non determinarint, ſatis autumant, æquò geſtare minorem, quibus confuſio in gloria ipſorum.

Examina temetipſum & vide, ecquod hucuſque teſſeræ tam glorioſæ tamque myſteriis gravidæ pretium poſueris? Vide, inquam, nùm omnem ejus ſignificatum adimpleveris. Annè modeſtiam imprimis & confuſionem omnem libens pateris? Annè ſeriò mundum deſpicis? Nùm regno Jesu Christi, quòd intra te eſt, id eſt, tibi tuiſque paſſionibus moderandis invigilas? Adverte, quod dico, & decerne deinceps, regni tui aſſiduè geſtare inſignia, omnemque eorum ſignificatum complere potiùs, quàm paratâ gloriæ coronâ temetipſum privare. Exhibe te hanc ob rem Salvatori noſtro, perque merita coronæ ejus, hanc eum gratiam deprecare.

Non enim coronabitur, niſi qui legitimè certaverit. 2. Tim. 2. 5.

bere eſſe mundatum à vitiis, ſpoliatum affectu ſuperfluitatum, ac demum apertum, & expeditum ad divinas inſpirationes facilè percipiendas. Iſid. l. 2. de off. Raban. l. 2. de Inſt. Cleric. c. 1.

Tonſuræ formam, ad omne ambiguitatis tollendum dubium, per ſingulos Prælatos, ſeu eorum Vicarios vel Officiales jubemus imprimi, loco utique publico & patenti in valvis Eccleſiarum Cathedralium, & aliarum majorum Eccleſiarum, locorum inſignium, Diœceſium earundem. Conc. Valent. ſub Urb. VI. *Prohibete, fratres, per univerſas religionum veſtrarum Eccleſias, ut Clerici, qui Laicis & ſimplicibus virtutis, honeſtatis, pudicitiæ, & gravitatis exemplar eſſe debent, ac ſeipſos tanquam ſignum purioris vitæ, rudioribus ad imitationem prudenter exhibere, juxta Apoſtolum comam non nutriant, ſed deſuper caput in modum ſphæræ radant, quia ſicut diſcreti debent eſſe in converſatione: ita & in Tonſura, & in omni habitu diſcreti debent apparere.* Anicet. Ep. unic. ad Epiſc. Gall. *Non recuſo inglorius fieri, ut non irruatur in Dei gloriam.* S. Bern. l. 2. de conſ. c. xii. *Tonſura ſit conſpicua, non ea quidem in omnibus Clericis una, ſed major Sacerdotalis digitis tribus undequaque à vertice pateat, duobus Diaconalis anguſtior, minorum Ordinum omnium minima, & digito undique ſit educta.* Conc. Thol. ann. 1590. de Presb. & Cler. n. 5. *Clerici ac Sacerdotes ſingulis hebdomadibus tondeantur, ita ut coronâ recenter abraſâ omnia capita Eccleſiaſticorum exornentur.* Anicetus. ead. Ep. ſuprà.

ME-

MEDITATIO XLII.

De obligatione Clericis injecta, tollendi crucem ſuam ſeque mortificandi, per coronam, quam geſtant, repreſentatâ.

1. Rationes, ob quas Clericis patiendum, cruxque ſua tollenda eſt.
2. Exemplum Salvatoris noſtri.
3. Reflexio ſuper eo, quod maximè nobis in nobis mortificandum eſt.

Abſit mihi gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Jesu Christi. *Propter quem omnia detrimentum feci.* Gal. 6. 14. Philip. 3. 8.

Hoc & Tonſurato dicendum, dùm mundo renuntians, ſpineæ Salvatoris noſtri coronæ inſignia vertici ſuo impoſita ſentit.

PUNCTUM I.

Considera rationes, ob quas Clericis patiendum, cruxque ſua tollenda eſt. Hoc imprimis eis incumbit, quatenùs Chriſtiani ſunt; Chriſtianiſmus enim Status eſt afflictionis & mortificationis perpetuæ. Hinc *arctam* dicit eſſe *viam* Salvator noſter, *quæ ducit ad vitam: Et qui vult poſt me venire*, inquit, *tollat crucem ſuam: Regnum cælorum vim patitur*, ait, *& violenti rapiunt illud: Qui Chriſti ſunt*, addit Apoſtolus, *crucifixerunt carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis.* S. denique Auguſtinus: *Tota*, inquit, *hominis Chriſtiani vita crux eſt.* Deindè hoc eis incumbit, quatenùs Eccleſiaſtici ſunt, eatenùs enim in ſtatu perfectiore atque adeò difficiliore ſimul & periculoſiore locati ſunt. Potentiſſimi eis inimici præſtò ſunt, utpotè quorum ſit, in mundo degere, quaſi in mundo non ſint, à voluptatibus, divitiis, honoribus quam longiſſimè diſſiti, cælibatui obſtricti at-

Arcta via, quæ ducit ad vitam. Matth. 7. 14.

Tollat crucem ſuam quotidie. Luc. 9. 23.

Regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud. Matth. 11. 12.

Carnem ſuam crucifixerunt. Gal. 5. 24.

In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, &c. 2. Cor. 11. 23.

Non eſt facile ſtare loco Pauli, tenere gradum Petri cum Chriſto regnantium. S. Hier. Ep. 1.

Ubi Chriſtus mactatur morte, crucè turpatur, quis ſuorum delicatus ſibi gloriam ſuſtinere quærat, nedum audeat quæ-

vere? flagellatus Chriſtus, ſputis illitus, bajulat ſibi crucem, & ludibrio factus, irriſoria veſte, arundineo ſceptro, coronâ ſpineâ, foditur clavis, annumeratur ſceleratis, in ligno extenditur, & jam mortuus vulneratur, & hac intuens qui dicitur Chriſtianus, propriis nihilominus voluptatibus indulgere & florere velle in ſæculo, nullatenus erubeſcit? Cæterum omnis qui diſcit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulavit & ipſe ambulare: multò magis qui pro eo manere ſe dicit, qui pro eo legatione fungitur, qui ei miniſtrat, ſi eum non ſequitur, inexcuſabilis eſt. Sanè niſi abnegaverit ſemetipſum, & tulerit crucem ſuam, ſequi eum omninò non poteſt, quid verò crucem tollere eſt, niſi laborem amplecti, & humilitatem ſicut ſcriptum eſt: Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei? S. Bernard. decl. ſuper: Ecce nos reliquimus.

atque hiſce ſimilibus: Quæ utique omnia ſine patientia & mortificatione permulta fieri non poſſunt; plura idcircò vel licita ſibi ſubtrahant, commodiſque ſuis valedicant, neceſſe eſt.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, ut te vehementiùs ad hæc extimules, exemplum JESU CHRISTI Salvatoris noſtri, qui ut virtutum omnium, ita & hujus potiſſimè perfectiſſimam nobis formam exhibuit; utpotè cujus vita non niſi aſſiduum patientiæ exercitium, omnigenarumque moleſtiarum argumentum ſit. Nôſti hæc omnia, non opus eſt dicere; at unum te rogatum velim: Hoccinè rationi conſentaneum eſt, ut nos, qui ſingulariter veſtigiis ejus inhæſuros nos profitemur, præuntem ad cælos non equo neque rhedâ, ſed pedibus, iiſque grandi clavo perforatis, vertice non aureâ neque roſeâ, ſed ſpineâ coronâ redimito, chlamyde veſtitum non ſericâ aut holoſericâ, ſed chlamyde deſpicabili, erubeſcendâ atque infami, corpore flagellis lacero, ſtillante ſanguine, cruce grandi graviq́ue onuſtum: hoccinè, inquam, rationi conſentaneum, ut nos, qui imitatores ejus appellari geſtimus, quique, dùm Tonſurâ inſigniremur, patientiæ exemplar eum nobis præſtituimus, dicentes: *Pars calicis mei*, per voluptates eum deliciaſque ſequamur?

PUNCTUM III.

Per infamiam & bonam famam. 2. Cor. 6. 8. Mihi pro minimo eſt, ut ab illis judicer, qui dicunt bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras & tenebras lucem. S. Bern. l. 2. de conſ. c. 1.

VIDE jam, ecquid maximè tibi in te mortificandum ſit, linguáne, an oculi, curioſitas, gula, vanitaſvè an ſuperfluitas. Quid peſſimè te habeat, quidvè plùs moleſtiæ in conditione tua tibi exhibeat; hoc enim eſt, contra quod potiſſimùm obdureſcas, oportet. Hoccinè deſpectus, modicaque confuſio, quæ vel à fratribus noſtris quandoque ferenda ſunt, cùm moribus eorum nos attemperare non volumus? Sanè feres

Digitized by Google

res illa quàm leviſſimè, ſi firma modò menti tuæ ſententia ſederit.

Sedeat hæc itaque, quæ omninò neceſſaria eſt, & dic impoſterùm cum Apoſtolo:

Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri JESU CHRISTI, *propter quem omnia detrimentum feci.* Gal. 6. 14. Philip. 3. 8.

MEDITATIO XLIII.

De Ceremonia Cerei ardentis, qui Tonſurato porrigitur.

1. Cur recipienti Tonſuram Cereus ardens porrigitur?
2. Alia ratio ſatis prægnans, cum reflexione ſuper nos ipſos.

Sint... lucernæ ardentes in manibus veſtris. Luc. 12. 35.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, cur recipienti Tonſuram Cereus ardens porrigatur. Imprimis ut innocentiam, ignemque charitatis in Baptiſmo receptum conſervâſſe, aut certè pœnitentiæ lachrymis omnimodâque vitæ mutatione reſtaurâſſe monſtretur. 2. Cùm duo quædam in igne reperiantur, lumen utique & calor, ſignificant iſta, quòd talis ſit oportet Tonſuratus, qualis S. Joannes fuiſſe perhibetur, id eſt, *lucerna ardens & lucens.* Joan. 5. 35. atque adeò doctrinâ ſimul & exemplo ſit lumen Eccleſiæ, zelique ſui fervore unumquemque inflammet.

Vos eſtis lux mundi. Matth. 5. 14.
Tantùm lucere vanum eſt, tantùm ardere parùm; lucere & ardere perfectum. S. Bern. ſerm. in Nativ. S. Ioan. Bapt.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, præter geminam hanc rationem ſupereſſe & aliam, ex prima Pontificalis oratione pro Tonſuratis fundenda depromptam, illâ nimirùm, quâ Deum precatur Epiſcopus, *ut ab omni cæcitate ſpirituali & humana ocu-*

Ut ab omni cæcitate ſpirituali & humana oculos eorum aperiat. Pont.
Sunt nonnulli, qui intra ſanctam Eccleſiam, per ſpecimen regiminis, gloriam affectant honoris;

videri Doctores appetunt, tranſcendere cæteros concupiſcunt, atque atteſtante veritate, primas ſalutationes in foro, primos accubitus in cœnis, primas in concionibus quærunt cathedras. S. Greg. Paſt. p. 1. c. 2.

Virtutibus pollens coactus accedat, virtutibus vacuus nec coactus accedat. S.Greg. ib. c. 1.

Qui nullis fulti virtutibus, nequaquam divinitùs vocati, ſed ſua cupidine accenſi culmen regiminis rapiunt potius quam aſſequuntur. Id. ib. cap. 1.

Hæc eſt ambitio & avaritia, quæ non recipit diſciplinam, curari renuit, medelam non ſuſtinet, ulcus peſſimum, quod nec ſummis ſaltem digitis patitur attrectari. S.Bern. ſuper: ecce nos.

Quis vidit aliquando Clericum citò pœnitentiam agentem? Sed etſi deprehenſus humiliaverit ſe, non ideo dolet, quia peccavit, ſed confunditur, quia perdidit gloriam ſuam. Oper. imperf. hom. 40. in Matt.

oculos eorum aperiat. Adeò ut Cereus hic Tonſuratis porrectus videatur, ut in tam lubrico Tonſuræ tramite eis præluceat, utque à gemina hac cæcitate, à qua (ſi rectè advertimus) pauci admodùm reperiuntur immunes, eos præſervet. Per *cæcitatem* ſiquidem *ſpiritualem* Eccleſia intelligit aut ſecretam quamdam æſtimationem, quam de nobis ipſis concipimus, Tonſuram quodammodò rati infra nos eſſe, neque parùm honoris acceſſurum Eccleſiæ, quòd nobis miniſtris potitura ſit: aut certè præſumptionem intelligit, quâ citra ullam vocationis notam in nobis apparentem, citra ullam hâc ſuper re cum aliis collationem, nobiſmet perſuademus, utiles nos futuros Eccleſiæ, freti ſcilicet prærogativâ quâpiam aut qualitate ſeu nativâ ſeu acquiſitâ; atque hic communis peritorum error, hæc ſubtiliſſima Diaboli fallacia eſt. Quàm multi enim in Conciliis ſunt atque Academiis moribus irreprehenſibiles, ſapientiâ prudentiâque celeberrimi, Reipublicæ clavo aſſidêre digniſſimi, cui tamen non admoventur, quia non huc à Rege vocantur? Eadem de ingreſſu in Statum Eccleſiaſticum ſententia eſto. Per *cæcitatem* verò *humanam* mundana intelligitur carnaliſque prudentia, quam vel Princeps hujus mundi vel ambitio vel avaritia ſuggeſſit, illa, inquam, prudentia, quâ non alium ob finem Status initur Eccleſiaſticus, quàm ut dignitates muniaque Eccleſiaſtica poſſideantur, ipſique vel conſanguinei patrimonio Crucifixi locupletentur. Atque hæc cæcitas tam generalis eſt, ut ex omnibus ad ſuſcipiendam Tonſuram ſe offerentibus vix reperiatur, qui hâc non laboret, cuique Deus hujus ſæculi non eruerit oculos, nè diſcrimen videat, cui ſeſe exponit.

Tu modò vide, quî hanc ſuſceperis; quod ut videas, lumen à Deo deprecare. Qui enim poſteà aberraverint, non revertuntur niſi difficillimè, at-

atque hoc eſt, quod converſionem Eccleſiaſticorum tam difficilem reddit.

Etiam atque etiam animadverte, nè ſiniſtrâ tuâ intentione porrecti tibi in Tonſura Cerei ſplendorem extinxeris. Quod ſi feceris, extinctum reaccendere ſatage:

Ne lumen, quod in te eſt, tenebra ſint. Luc.11.35.

MEDITATIO XLIV.

De obligatione Tonſurato injecta, bonum proximo præbendi exemplum, per Cereum, quem manu geſtat, indigitatâ.

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſtici bonum hoc exemplum præbere tenentur.
2. Quâ potiſſimum occaſione hoc præbendum ſit?
3. Conſiderationes ad hoc impellentes.

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona &c. Matth.5.16.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſiaſtici bonum populo exemplum præbere tenentur. Quia poſiti imprimis ſunt ſuper candelabrum Eccleſiæ, ſicut Scriptura loquitur, ut luceant hominibus, eoſque ad bonum excitent. At verò nihil bono exemplo ad perſuadendum efficacius eſt, & quidquid dicatur, niſi verba ſtipentur exemplis, rarò admodùm ſortiuntur effectum. Scilicet plùs oculis homines, quàm auribus credunt. Deindè nonnè tenentur Eccleſiaſtici quamlibet ſæcularibus ſcandali occaſionem eripere? Atqui nihil adeò hos ſcandalizat, quàm illorum vel minima diſſolutio.

Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt. Matth. 5.15.

Validiora ſunt opera quàm verba, & plus opere docetur quàm voce. S. Leo.

Illa vox namque libentiùs auditorum corda penetrat, quam dicentis vita commendat, quia dum loquendo imperat, oſtendendo adjuvat ut fiat. S. Greg. Paſt. p. 2. cap. 3.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quâ potiſſimùm occaſione Clerici bonum tenentur præbere exemplum:

Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. 1. Cor. 8. 13.

Digitized by Google

plum: *In omnibus*, reſpondet Apoſtolus, id eſt, in rebus omnibus & grandibus & exiguis, in caſibus omnibus, in omni ſodalitio, in omni converſatione, cum omnis generis hominibus, tùm ſæcularibus tùm Eccleſiaſticis, tùm viris, tùm fæminis. *In omnibus*, in Eccleſia, in compitis, ad altare, extra altare, in menſa, in recreatione. *In omnibus*, in ſeminario, extra ſeminarium, in exterioribus, in geſtibus, in inceſſu, in aſpectu, in habitu, in ſermonibus, in actionibus, in precibus. Verbo ut abſolvam, nullum effluat momentum, nulla ſit actio tam exigua, quæ exemplo vacet atque ædificatione; neque enim Clerico ſufficit, ut ſibi bonus ſit, ſed & opus eſt, ut bonus ſit aliis.

In omnibus præbe teipſum exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate. Tit. 2. 7.

Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in CHRISTO IESU, *& odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.* 2. Cor. 2. 14.

Omnia ad ædificationem fiant. 1 Cor. 14. 26.

Providemus enim bona non tantùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus. 2. Cor. 8. 21. Rō. 12. 17.

Nihil eſt, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtituat, quàm eorum vita & exemplum, qui ſe divino miniſterio dedicarunt; cum enim à rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciuntur, in eos tanquam in ſpecula reliqui oculos conjiciunt, ex eiſque ſumunt quod imitentur. Quapropter decet omnes, vitam, moreſque ita componere, ut in inceſſu, ſermone, aliiſque omnibus rebus nihil niſi grave, moderatum ac religione plenum præ ſe ferant; levia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Con. Trid. ſeſſ. 22. de ref. c. 1. in prin.

VIDE jam, quibus potiſſimùm occaſionibus bona tibi exempla deſint. Annè forſitan in Eccleſia modeſtia deſit, huc atque illuc Divini officii tempore circumſpectanti. An in viſitatione fortaſſis aut recreatione, ubi ſermones miſcentur inepti, ubi mores induuntur ſæculares, ubi ludi tractantur vetiti aut certè periculoſi, ubi riſu aliiſque exceditur. Quidquid id eſt, vide quibus potiſſimùm labores ex hiſce defectibus, atque his medicaturus,

PUNCTUM III.

EXPENDE remedia: Quorum primum eſt hoc, ut ſæpiùs conſideremus, quid ſimus, quæque nobis obligatio injecta ſit, populum exemplo noſtro ædificandi. Alterum verò, ut mala perpendamus, quæ ex ſcandalis Eccleſiaſticorum provenire conſueverunt, qui vel ideò, inquit Gregorius, *tot mortibus digni ſunt, quot ad alios pravitatis exempla tranſmittunt.* Tertium denique remedium eſt, Apoſtolicum illud indefeſſâ verſare memoriâ:

Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. 2. Cor. 2. 14. 15.

Miſera Sacerdotum converſatio fit miſera plebis Dominicæ ſubverſio. S. Bern. ſerm. 1. de conv. S. Pauli.

Tot mortibus digni ſunt, quot ad alios pravitatis exempla tranſmittunt. S. Greg. Paſt. p. 3. c. 5.

ME-

MEDITATIO XLV.

De zelo propriæ perfectionis.

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſtici zelo hoc flagrare tenentur.
2. In quo conſiſtat?
3. Media huic acquirendo & conſervando accommoda.

Miſerere animæ tuæ placens Deo. Eccl. 30. 24.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſiaſtici zelo hoc flagrare tenentur. Poſt Deum imprimis nihil nobis eſt charius nobiſmetipſis; *quid prodeſt homini*, quærit Salvator, *ſi mundum univerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?* Nihil certè tanto pretio emendum eſt. Atque hoc primum eſt, cujus rationem Deus exacturus eſt. Qui hoc in principio deficiunt, inquit Sanctus aliquis non exigui nominis, ſui met obliti, ut aliena, ſpiritualia licet, curent negotia, fratres ſunt germani eorum, qui ſemetipſos damnant, ut hominibus placeant. Mirum prætereà, quantùm ad Dei gloriam & ſalutem animarum illa propriæ perfectionis cura conferat; utpotè cum certâ conſtet experientiâ, plùs hominem prodeſſe ſanctitatis opinione pollentem, ſit licet mediocribus naturæ dotibus inſignitus, quàm plures alios, quos affatim natura ditaverit.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo zelus hic propriæ perfectionis conſiſtat. In eo imprimis, ut opus ſalutis noſtræ velut principale, cætera nonniſi adjectitia conſideremus. Deindè ut nihil exiguum reputemus, quod ad ſalutem conducibile eſt, cujuſmodi ſunt exercitia ſpiritualia, medita-

Quid enim prodeſt homini, ſi mundum univerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro animâ ſuâ? Matth. 16. 26.

Optimus rerum æſtimator, qui nihil aliud ſibi præferendum putat. S. Bern. 2. in Cant.

Qui ſibi nequam eſt, cui alii bonus? Eccl. 14. 5.

Rectus ordo requirit, ut prius propriam, deindè alienas curare ſtudeas conſcientias, primus quippe pietatis gradus eſt, de quo ſcriptum eſt: Miſerere animæ tuæ placens Deo.

Ex hoc autem ad miſerandum proximum rectâ jam tramite charitas ordinata procedit; quippe quem ad ſui menſuram quiſque amare præcipitur.

Quòd ſi in hunc modum, quo te hactenus ipſe amaſti, & tibi committendos amaturus es: malo ego quidem tibi non committi, quàm ſic diligi. Si autem priùs te

Digitized by Google

tationes, frequens examen, pia lectio, oratio jaculatoria & his ſimilia. Tertiò, ut nunquam ſiſtamus, quaſi ad præfixum nobis à Deo ſcopum pertigiſſemus; ſed ſingulos in dies, quantùm poſſumus, proficiamus magis magìſque allaborantes: Quòd ſi enim Apoſtolus poſt tot certamina atque victorias, nondùm ſe comprehendiſſe arbitrabatur, itaque agebat, quaſi nihil egiſſet, ecquid nos tandem agere convenit, qui vixdùm cœpimus?

PUNCTUM III.

CONSIDERA media zelo huic acquirendo & conſervando accommoda.

Primum eſt, ut ſingulare Divinæ bonitatis donum hunc agnoſcentes, noſtramque infirmitatem profitentes, humilibus à Deo precibus hunc flagitare non deſinamus.

Alterum eſt, ut ſtatûs noſtri excellentiam, vi cujus ad ſingularem præ ſæcularibus perfectionem tenemur anniti, ſæpiùs animadvertamus.

Tertium eſt, ut cætera quæque ſtudia cum hoc collata parvi faciamus, ſententiæ huic non ſemel compertæ innitentes, pluris valere, plùs gloriæ afferre Deo perfectum vel unum, quàm doctorum ſimul & imperfectorum myriades creaturis adhærentium.

Quartum eſt, ut Salvatoris noſtri, cujus paſſionem meditamur, aſpiciamus exemplum, eorumque legamus Sanctorum vitam, qui plùs eum dilexerunt.

Quid tibi videtur? ſerianè adhuc ſalutis tuæ cogitatio ſubiit? Annè huic allaboráre jam cœpiſti? Hoc tibi forſitan in ſolitudine propoſitum; ſed quem hucuſque deprehendis effectum? Negligentiæ tuæ ingemiſce, denuò incipe, & hoc negotium talentum cogita Evangelicum, cujus rationem Deus aliquando exacturus eſt. Paucos admodùm ſalvandos noſti, eoſque nonniſi per-

fe-

diligere didiciſſes, & me forſitan ſcires amare. S. Bern. ad Brun. ep.

Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris. Prov. 9. 12.

Porro unum eſt neceſſarium. Luc. 10. 42.

Primas apud nos curas, quæ prima habentur obtineant, ſummaſque ſibi ſollicitudinis partes ſalus, quæ ſumma eſt, vendicet. S. Eucher. ep. ad Valer.

Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe. Unum autem, quæ quidem retro ſunt obliviſcens, ad ea verò quæ ſunt priora extendens me ipſum, ad deſtinatum perſequor, ad bravium ſupernæ vocationis Dei in CHRISTO IESU. Phil. 3. 13. & 14.

A te incipiat conſideratio tua, & in te finiatur, quocunque evagetur, ad te revocaveris eam, cum ſalutis fructu, tu tibi primus, tu ultimus. Sume exemplum de ſummo omnium Patre Verbum ſuum emittente & retinente: verbum tuum conſideratio tua, quæ ſic procedat, ut non recedat, ſic progrediatur, ſic exeat, ut non deſerat in acquiſitione ſalutis, nemo tibi germanior unico matris tuæ. S. Bernard. l. 2. de conſid.

Digitized by Google

fectos; quidnì igitur, quod in te eſt, conferre non ceſſes, ut horum numero accenſearis?

Contendite intrare per anguſtam portam; quia multi, dico vobis, quærent intrare & non poterunt. Luc. 13. 24.

MEDITATIO XLVI.

De voto ac renuntiatione ſolenni, quam Clericus in Tonſura emittit, dum capillos ei tondet Epiſcopus, dicens: Dominus pars *&c.*

1. Ecquid Deo voveamus his verbis: *Dominus pars* &c.
2. Duæ circumſtantiæ, quæ votum hoc momentoſum reddunt.

Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei: tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi. Pſalm. 15. 5.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quid pulchra iſta ſibi verba velint, quidque Deo voveris, quando iſta prompſiſti. Per *hæreditatem* divitiæ intelliguntur & bona temporalia, per *calicem* vitæ hujus deliciæ, quorum in locum Deum tibi, tamquam divitias, hæreditatem, unicaſque tibi delicias ſubſtituiſti; cùm enim Tonſuratus hæc verba pronuntiat, perindè eſt, atque ſi diceret: Ita eſt, divitiis, commerciis, vanitatibus, deliciis, juribuſque renuntio ſæcularibus omnibus, & JESUM CHRISTUM partem mihi atque hæreditatem ſubſtituo; aut certè: vitiis, honoribus ac voluptatibus ſæculi nunquam me uſurum profiteor, niſi ob Dei mei obſequium, vitæque hujus neceſſitatem.

Quid ergo ultra quærit, cui omnia ſuus conditor ſit? Aut quid ei ſufficit, cui ipſe non ſufficit? Hunc poſſidebat, & ab illo poſſidebatur ille, qui dicebat in ſpiritu: Portio mea Dominus: ſed & ipſe cum dicit; Filiis Levi non dabitis partem inter fratres ſuos, ego Dominus portio eorum, ſatis oſtendit quod hi, qui terrenæ hæreditatis contempſerint portionem, Deum ſpiritualiter mereantur poſſidere. S. Proſper l. 2. de vit. Act. c. 16

Eligant ſibi alii partes quibus fruantur, terrenas, temporales; portio mea Dominus eſt: bibant

Digitized by Google

alii mortiferas voluptates : pars calicis mei Dominus eſt. S. Aug. in Pſal. 15.

Vis ſcire, quid interſit inter Sacerdotes Dei, & Sacerdotes Pharaonis? Pharao concedit terram Sacerdotibus ſuis: Dominus autem Sacerdotibus ſuis partem non concedit in terra, ſed dicit eis: Ego ſum pars veſtra. Obſervate ergo qui hac legitis, omnes Domini Sacerdotes, & videte qua ſit differentia Sacerdotum, ne forte qui partem habent in terra, & terrenis cultibus ac ſtudiis vacant, non tam Domini, quàm Pharaonis Sacerdotes eſſe videantur. S. Eucher. l. 3. comment. in Geneſ. c. 45.

Quomodo non erubeſcunt dicere: Dominus pars hereditatis mea? Ubi eſt illud Apoſtolicum: Qua conventio Chriſti ad Belial? Qui terrenas poſſeſſiones relinquere nolunt, cur peccata populi comedunt? S. Aug. de contempt. mundi.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quòd, licet promiſſum hoc voti propriè vim non obtineat; duæ tamen aut tres circumſtantiæ gravioris hoc momenti reddant, quàm pleriſque videatur. Prima eſt, quòd hæc promiſſio pacti cujuſdam aut conventionis Deum inter & Tonſuratum initæ ſpeciem præ ſe ferat, quâ ſæculi juribus univerſis iſte renuntiat, ut ad Clerum admitti mereatur; Deus verò miniſtrorum ſuorum iſtum albo inſcribit, hoc pacto atque conditione, ut omni ſpe ſæculi ſeſe exuat, unicoque Dei obſequio conſecret. Ita nimirùm, ut in Baptiſmo evenire videmus, ubi Sathanæ & pompis & operibus ejus priùs nos renuntiare Deus jubet, quàm Sacramenti hujus gratiam recipiamus.

Altera eſt, quòd promiſſio hæc coram ſancto altari, coram Angelis & hominibus emittatur, quòdque nomine JESU CHRISTI totiuſque Eccleſiæ ab Epiſcopo acceptetur, imò verò quòd ſacroſanctis atque efficaciſſimis precibus confirmetur. Undè conſequitur, quòd, ſi SS. Patres tam vivaciter urgeant, tantique faciant emiſſas in Baptiſmo renuntiationes, cum hæ iiſdem ferè terminis in Tonſura reperiantur, eâdem quoque ratione convinci poteſt, non tantulam eſſe promiſſionem in Tonſura emiſſam, quantulam paſſim apprehendimus, neque proindè ſine gravi atque urgenti neceſſitate commutandam.

Quid ad hæc? verba hæc à te aliquando prolata etiamnùm recordaris? Hæccinè unquam advertiſti? Jam tandem hæc penſita, jam ſeriò examina, & videbis profectò, quòd in amiſſæ hæreditatis, id eſt, paradiſi poſſeſſionem intraturo non alius debeat eſſe ſcopus, quàm mente ſaltem & affectu ab omnibus mundi cupiditatibus alienum in Statu Eccleſiaſtico Deo ſervire, juxtà illud Regis & Prophetæ exemplum, qui in omni

ſua

Digitized by Google

ſua magnificentia nihil tanti faciebat, quàm quòd ad Deum pertineret: Hoc enim eſt, quòd verbis his, quæ in omnium ore Clericorum verſarentur oportet, maniſeſtè declarat:

Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara eſt mihi. Pſal. 15. 6.

MEDITATIO XLVII.

De obligatione Eccleſiaſticis injecta mundum fugiendi ac contemnendi.

1. Rationes, ob quas mundus Eccleſiaſticis contemnendus.
2. Quid per mundi contemptum intelligatur?
3. Animadverſio.

Ego non ſum de hoc mundo. Joan. 8. 23.

Hoc eſt, quod à Clericis omnibus, ex quo Tonſuram ſuſcepêre, cum Salvatore noſtro dicendum eſt.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas mundus Eccleſiaſticis contemnendus eſt. Quoniam imprimis hoc ipſum in Baptiſmo promiſêre, iſtudque promiſſum in Tonſuræ ceremonia renovârunt, quando dixêre: *Dominus pars hæreditatis meæ.* Deindè quidquid in mundo eſt, nonniſi vanitas eſt; *Vidi cuncta quæ fiunt ſub ſole.* Eccl. 1. 14. inquiebat, qui ſuâ ipſius experientiâ didicerat, *& ecce univerſa vanitas.* Sive enim honores ejus conſideres, ſive divitias, ſive voluptates, totum hoc non niſi fumus eſt, qui prætervolat. Quanta cæcitas, quantaque dementia, tam avidè ventum ſequi? Denique fieri omninò non poteſt, ut mundum æſtimemus, niſi & amemus; atqui nec fieri poteſt, ut mundum ſimul & Deum amemus (quis enim modus Dominos amandi tam ſibi invicem adverſantes?) Quòd ſi itaque Deum amare debeas, Deoque ſervire,

Oportet ut qui Deum hæreditate poſſident, abſque impedimento ſæculi Deo ſervire ſtudeant & pauperes ſpiritu eſſe contendant, ut congruè illud Pſalmiſta dicere poſſint, Dominus pars.

Eſt vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Iac. 4. 15.

Quoniam cum interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria ejus. Pſal. 48. 18.

Periit memoria eorum cum ſonitu. Pſal. 9. 8.

Momentaneum eſt quod delectat; æternum, quod cruciat. S. Chryſ.

Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo, 1. Ioan. 2. 15.

Digitized by Google

CONCLUDE vel hinc, mundum tibi contemnendum eſſe.

PUNCTUM II.

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Matth. 19. 27.

CONSIDERA, quid per mundi contemptum intelligatur. Nihil profectò aliud, quàm ut intùs affectu, exteriùs actu honoribus, dignitatibus, exiſtimationi, pompis, magnificentiæ, divitiis, iiſque omnibus, quæ mundus æſtimat, renuntiemus, adeò ut ea nec deſideremus, nec quæramus: ſi poſſidenda ſint, cor iis non apponamus: ſi pereant, ſine triſtitia amittamus. Omnia enim hæc ex rei cujuſpiam contemptu neceſſariò conſequuntur.

PUNCTUM III.

Cùm tantum faſtum in ſupellectili Clericorum videant Laici, nonne potius per nos invitantur ad mundum diligendum, quàm negligendum; ſi mundum prædicas contemnendum, contemne tu priùs, & ad ipſum efficacius alios invitabis. Da voci tuæ vocem virtutis, conſonet vita verbis. S. Bern. ſerm. de Paſt. in Syn. Rom.

Ne excidat, quomodò in Tonſura capitis quando electus es in ſortem Domini, renuntiaſti ignominiæ ſæculi. Petr. Bleſ. de Inſt. Epiſc.

EXAMINEMUS modò ſine fuco, quid de honoribus, gloria, præcellentia, exiſtimatione laudeque hominum, vanitatibus cæteriſque mundi rebus ſentiamus, & deprehendemus profectò non illas in nobis emortuas, at verò & deſiderari à nobis & quæri à nobis, & ulnis ambabus excipi, ſi nobis donentur, & avidè conſectari, nec ſine dolore & lachrymis amitti: nunquid ita eſt? Pœniteat affectûs, quem iis adhuc impendiſti, Deum precare veniam, & dic cum Apoſtolo:

Mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo. Gal. 6. 14.

ME-

MEDITATIO XLVIII.

De obligatione Eccleſiaſticis injecta, juxta exemplum Domini Noſtri JESU CHRISTI, *mundum contemnendi.*

1. Exemplum Domini Noſtri Iesu Christi propoſitum una cum verbis, quibus à mundo nos avellere nititur.
2. Eccur ad hunc mundi contemptum adeò nos vehementer invitet?
3. Animadverſio.

Nos autem non ſpiritum hujus mundi accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt. 1. Cor. 2. 12.

Spiritus hic ſpiritui mundi uſque adeò contrarius divinitùs nobis impertitus, non alius eſt quam Iesu Christi: ut itaque in mundi contemptu magis ſtabiliare, vide, quod hujus exemplum tibi Chriſtus præbuerit.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, talem nunquam vel honorum, vel gloriæ, vel laudis, vel aliorum, quę ſtupent homines, contemptum apparuiſſe, qualem præ ſe tulit Salvator noſter. Hunc præ ſe tulit in vitæ ſuæ exorſu exituque, quamquam omni jure mereretur, quidquid pretioſi atque excelſi mundus poſſet impertire. Quàm validè primo, quem in mundo fixit, greſſu, faſtum atque ſuperbiam conculcavit? Cui deinde negotio ſe dedit? fabrili ſcilicet, Princeps licet Davidico atque adeò Regio ſanguine cretus. Quomodo ſe habuit, dum prodiret in publicum? opera quibus exiſtimationem ſibi conciliare poterat, divulgari vetabat, quantùm poterat, abſcondebat, ubi Regem Judææ conſtituendum ſe proclamandumque ſubolueratque, fugâ ſe ſubducebat. Jure itaque merito de ſeipſo dicebat: *Ego non ſum de hoc mundo*, id eſt, deſideria mea, affectus mei, ſtudia mea, ſpes meæ, curæ meæ, non in terrena collimant, ſed cæleſtia.

Et hoc vobis ſignum; invenietis infantem pannis involutum, & poſitum in præſepio. Luc. 2. 12.

Nonne hic eſt fabri filius? Matth. 13. 55.

Nonne hic eſt faber filius Mariæ? Marc. 6. 3.

Nonne hic eſt Iesus *filius Ioſeph, cujus nos novimus patrem & matrem.* Ioan. 6. 42.

Nemini dixeritis viſionem. Matth. 17. 9.

Vide nemini dixeris. Marc. 1. 44.

Cùm cognoviſſet, quia venturi eſſent, ut raperent eum & facerent eum Regem, fugit in montem ipſe ſolus. Ioan. 6. 15.

Ego non ſum de hoc mundo. Ioan. 8. 23.

Huccinè & tua collimant?

PUNC-

PUNCTUM II.

Qui navigant mare, enarrent pericula ejus. Eccleſ. 43. 26.

Filioli, quàm difficilè eſt confidentes in pecuniis, in regnum Dei introire? Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm divitem intrare in regnum Dei. Marc. 10. 24. & 25.

Venite ergo, fruamur bonis, vino pretioſo, & unguentis nos impleamus. Coronemus nos roſis, opprimamus pauperem, juſtum, &c. Sap. 2. 6. & ſeq.

Corrumpunt bonos mores colloquia mala. 1. Corinth. 15. 33.

Plena in ſtatu Laico omnia periculis, plena laqueis, inſtant cupiditates, inſidiantur illecebræ, blandiuntur lucra, damna deterrent, armatæ ſunt obloquentium linguæ. S. Leo ſerm. 5. in Quadrag.

Totus mundus in maligno poſitus eſt, plenus periculis, plenus laqueis, plenus ſcandalis, plenus colloquiis pravis, exemplis malis, proditoriis verbis & iniquis conſiliis. Petr. Bleſ. ep. 12. ad Radigin. Abb.

Beatus vir qui inventus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperavit in pecunia theſauris; quis eſt hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Eccl. 31. 8.

CONSIDERA, eccur ad hunc mundi contemptum verbo pariter & exemplo tam vehementer nos invitet Salvator noſter? Scilicet ob ingentia, quæ ibidem occurrunt, pericula, obque moralem, ut vocant, impoſſibilitatem ibidem procurandæ ſalutis. Hanc imprimis præpediunt graſſantes ibidem leges maximæque damnabiles, è diametro cum Evangelio pugnantes, quales ſunt hæ: nihil pati, vindicare vel minima, commodè ſe habere, indulgere genio, præſentia reſpicere; aliæque conſimiles. Huic deinde perverſa officiunt ſodalitia, in quibus reperire eſt qui gloriantur cum malefecerint, qui virtutem ludibrio habent, à quibus omninò exulat innocentia. Huic denique non parum afferunt nocumenti, quæ ſingulos in dies videre eſt, & ſcandala & prava exempla: quæ Salvatori noſtro hoc anathema adverſus mundum extorſerunt: *Væ mundo à ſcandalis.* Matth. 18. 7.

Anne ergo abs re ad mundi contemptum Salvator nos inducit adigitque? Quis modus ſervandæ, uti par eſt Eccleſiaſticis, innocentiæ tot inter pericula, ubi tot alii naufragium patiuntur?

PUNCTUM III.

QUAM felix Clericorum conditio! vi cujus, ſi modò norunt, mundum, id eſt, vana quæque & peritura, fugere tenentur atque contemnere, ut regno potiantur æterno bonis quibuſque immenſis redundante.

VIDE, num in corde tuo nullus adhuc erga mundum ſuperſit affectus, eumque reſcinde: Quod ni facis, non poteris verè cum Salvatore Patri cæleſti dicere:

Tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi. Pſalm. 15. 5.

Neque enim hæc cæleſtis hæreditas imperti-

tur,

tur, niſi eo, quo dictum eſt, modo deſerenti terrenam.

Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. 1. Joan. 2. 15.

MEDITATIO XLIX.

De ceremonia Superpellicei, quo ab Epiſcopo Tonſuratus induitur.

1. Quàm Superpelliceum venerandus ſit habitus?
2. Quæ Superpellicei ſignificationes?
3. Quis Superpellicei uſus Clerico eſſe debeat?

Omni tempore ſint veſtimenta tua candida. Eccl. 9. 8.

Hoc documentum eſt, quòd tacitè nobis præbet Epiſcopus, dum Superpelliceo Tonſuratos induit.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quàm Superpelliceum venerandus ſit habitus, ſive vetuſtatem ejus, ſive myſticam ſpectes ſignificationem. Vetuſtatem ejus vel ipſum Eccleſiæ prodit exordium, ubi Apoſtoli, juxta exemplum Sacerdotum ac Levitarum veteris legis, genus quoddam veſtimenti, quod *Ephod lineum* nuncupabant, uſurpantium, conſimilis uſum inter Eccleſiaſticos velut profeſſioni eorum, miniſterii ſanctimoniæ apprimè congruentem introduxerunt; quemadmodum & S. Jacobum Hieroſolymæ, & S. Marcum Alexandriæ Epiſcopos feciſſe videmus. Quoniam verò hoc veſtimentum puro conſtabat lino ſine ulla alterius mixtura, *Tunica Byſſina*, *Tunica linea*, & quandoque ſimpliciter *linea* veteribus dicta eſt. Cujus quidem uſus ad hunc uſque diem citrà ullum, niſi formæ, diſcrimen ſemper obſervatus eſt; alii namque manicas ejus clauſas & ſtrictiores, ut Epiſcopi, alii aliquantò largiores, alii apertas omninò atque ex-

Byſſus eſt genus lini candidiſſimi, & ad ſummum candorem multa vexatione & ablutione perductum, ſignificat autem perfectam carnis munditiam, ſecundum illud quod in Apoc. legitur: Byſſus ſunt ſanctificationes ſanctorum; hanc munditiam caro Sacerdotis ex ſe non habet, ſicut nec linum eſt ex ſe candidum, ſed ſicut dictum eſt, multis caſtigationibus redditur candidum, ut aptum fiat indumentis Pontificum: forma eſt Sacerdotalis munditia, ut ſecundum Apoſt. Sacerdotes carnem ſuam caſtigent, & in ſervitutem redigant, & præeunte gratia, habeant per induſtriam, quod non potuerunt habere per naturam. Ivo. Carnot. de veſt. Sac. nov. & antiq. teſt.

Digitized by Google

extenſas, velut alas quaſdam, alii denique manicis deſtitutam gerunt.

PUNCTUM II.

CONSIDERA modò, quæ ſint Superpellicei ſignificationes. Datur imprimis Tonſurato hic habitus, ut novum vitæ genus, quod aſſumit, denotetur, juxtà hæc verba ab Epiſcopo prolata: *Induat te Dominus novum hominem*, eadem videlicet, quæ & Baptizato dicuntur. Deindè ut habitus illius candore puritas cordis deſignetur & corporis, quâ nitere decuit eum, qui Tonſuram ſuſcipere geſtit. Datur tertiò, ut cura ſignificetur & diligentia, quâ candor ille conſervandus eſt, utpotè quo nihil faciliùs maculæ ſit obnoxium: Undè & juxtà morem S. Caroli, exuendus eo Confeſſurus eſt, atque adeò ſe ei gerendo profeſſurus indignum. Significat denique habitus hic honorem & gloriam, quâ Tonſuratus in cælo veſtiendus eſt, ſi vitæ ejus innocentia Profeſſionis ſanctitati reſpondeat. Ità nimirùm Scriptura aſſerit, quòd, *qui ſequuntur Agnum, amicti ſunt ſtolis albis*. Hic habitus, quo Salvator amictus & in Transfiguratione & in Apocalypſi Joannis apparuit. Hic itidem eſt, quo amicti & Angeli hominibus paſſim apparuère.

Hæ albæ veſtes munditiam vitæ indicant, quia juſtum eſt, ut Clerici in ſanctitate & juſtitia Deo ſerviant. Honor. in gemin. anim. l. 1. c. 131.

Malo mori quàm fœdari.

Venerunt nuptiæ agni, & uxor ejus præparavit ſe. Et datum eſt illi ut cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. Apoc. 19. 7. & 8.

Veſtimenta ejus facta ſunt alba ſicut nix. Mat. 17. 2.

Caput autem ejus & capilli candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix. Apoc. 1. 14.

Viderunt juvenem ſedentem coopertum ſtola candida. Marc. 16. 5.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quis Superpellicei, cùm tam ſanctus ſit ac venerabilis habitus, Clerico uſus eſſe debeat. Imprimis ut non in locis rebuſvè profanis, ſed in Eccleſia dumtaxat atque Eccleſiaſticis utatur miniſteriis: cujuſmodi ſunt, celebrare Miſſam juxtà rubricas, aut celebranti tamquam Diaconum, Subdiaconum, Acolythum aut Tonſuratum aſſiſtere, aut Sacramenta adminiſtrare, excipere Confeſſiones, Cathechizare, imò verò & ornare Eccleſias; hæc enim omnia Ordinum munia ſunt. Deindè ut non ſine reveren-

Ne Sacerdotes, neve Clericus, cujuſvis ordinis præ foribus Eccleſiæ ſtet, aut officinas obeat, aut vias incedat, aut extra Eccleſiam abeat ſuperpelliceo indutus, niſi cum proceſſiones, aut aliud Eccleſiaſticum munus obit, quod ſuperpelliceum requirat. Concil. Med. 3.

Clericus Sacerdoti Miſſam celebranti miniſtrans ſemper indutus ſit ſuperpelliceo puro & mundo, itque non lacero, nec ulla ratione indecenti: ſi contra fecerit, tum

Digitized by Google

ſentia eum aſſumat ac gerat; mente ſcilicet ſignificationem ejus, ore verò hæc verba gerens, quæ protulit Epiſcopus, dum eum induit: *Induat me Dominus* &c. quibus ſanè obſecramus, ut quemadmodùm Jesu Christi veſtimur inſignibus, Spiritûs quoque reddamur participes, ejuſque innocentiam imitemur interiùs, cujus exteriùs geſtamus inſignia.

Nota abuſus, parvumque pretium, quod ei antè poſuiſti, ut te corrigas; ac magis ſatage examinare, nùm, poſtquàm habitum hunc primùm tibi impertivit Epiſcopus, denotatam eo puritatem conſervaveris. Ecquid reſpondere poteris, cùm in die judicii rationem Deus exacturus eſt, ſi criminibus tuis eum fœdaveris? cùm, inquam, dicturus:

Amice, quomodò huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Matth. 22. 12.

ipſi, tum ſacriſta, tum Eccleſiæ præfectus; tum Sacerdos etiam qui miniſtrare permiſerit, Epiſcopi arbitrio plectatur. Conc. Med. 4. c. de iis quæ pertinent ad Miſ. Sacr.

Dum ſuperpelliceum, qui amictus ex tela linea candida conſtat, Clericus induit, cogitet, quam perſonam ſuſtineat, nempe à ſordibus, labeque puram, qualem veſtitus ille indicat. Conc. Med. 5. tit. quæ ad div. off. pertinent.

Hæc ſunt linteamina, quæ te accuſabunt, dum majeſtas venerit judicantis, quid facturus es miſer cum ſervi patris-familias ad cœnam egregiam congregare cœperint invitatos? Tunc te vocatum aliquando, terribiliter indignatus exutum ſtolam rex conſpiciet nuptialem: dicetque tibi: amice quomodo huc veniſti veſtem non habens nuptialem? Non video quod contuli, non cognoſco quod dedi, &c. Murrita Diac. Ephlidiphoro apoſtatæ hæc improperabat, exhibens illi baptiſmalem veſtem, quam apud ſe quaſi patrinus aſſervaverat.

MEDITATIO L.

De requiſita in Eccleſiaſticis conſcientiæ puritate, per Superpelliceum ſignificatâ.

1. Rationes, ob quas ad acquirendam conſervandamque hanc conſcientiæ puritatem Eccleſiaſticis allaborandum eſt.
2. In quo hæc conſiſtat?
3. Methodus illius acquirendæ ac conſervandæ.

Qui diligit cordis munditiam.... habebit amicum Regem. Prov. 22. 11.

PUNCTUM I.

Considera rationes, ob quas ad acquirendam conſervandamque hanc conſcientiæ puritatem Eccleſiaſticis allaborandum eſt. Imprimis hanc, ut cæteri Chriſtiani, non modò in Baptiſmo; verùm etiam ſpeciatim in Tonſura, cùm Superpelliceum illis impoſi-

Monſtruoſa eſt res gradus ſummus, & animus infimus: ſedes prima, & vita ima: lingua magniloqua, & manus otioſa: ingens authoritas & nutans ſtabilitas. S. Bern. de conſid. ad Eug. c. 7.

Digitized by Google

ſitum eſt, promisêre, ut ultimâ meditatione viſum eſt.

Deindè cùm Status Eccleſiaſticus omnes mundi ſtatus honore ac dignitate antecellat, vitam quoque puriorem atque innocentiorem, quàm dici poteſt, imò vel Angelicam requirit.

Denique cùm Deum inter & homines mediatores ſint, arctiùs quoque Deo uniantur oportet, majorique, quàm ii omnes pro quibus rogandum eſt, puritate niteſcant. Undè & Deo perfectè reconciliandis *talis decebat ut nobis eſſet Pontifex*, inquit Apoſtolus, *ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, qui non habet neceſſitatem quotidie, quemadmodum alii Sacerdotes, pro ſuis delictis hoſtias offerre.* Hebr. 7. 27.

Perfectus eris & abſque macula cum Domino Deo tuo. Deut. 18. 13.

Ab immundo quid mundabitur? Eccl. 34. 4.

Qui non habet neceſſitatem quotidie, quemadmodum alii Sacerdotes, prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi. Hebr. 7. 27.

In multis enim offendimus omnes. Iac. 3. 2.

Non eſt enim homo qui non peccet. 3. Reg. 8. 46

Qui peccata etiam minima flere ac devitare negligit, à ſtatu juſtitiæ, non quidem repente, ſed partibus totus cadit. S. Greg. Paſt. p. 3. c. 34.

Et cæli non ſunt mundi in conſpectu ejus. Et in Angelis ſuis reperit pravitatem. Iob. 15. 15. & 4. 18.

Præpoſui illam regnis, & ſedibus, & divitias nihil eſſe duxi in comparatione illius: nec comparavi illi lapidem pretioſum, quoniam omne aurum in comparatione illius, arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius.

Infinitus enim eſt theſaurus hominibus, quo qui uſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei. Sap. 7. 8. & ſeq.

Exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum. Pſalm. 76. 7.

Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitatianum veſtrarum. Iſ. 1. 16.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo hæc puritas conſcientiæ conſiſtat. Non in eo, ut à quovis peccatorum genere quis immunis ſit, cùm ea ſit vel juſtorum conditio, ut in plura infirmitatis, id eſt, venialia peccata quotidie labantur; at in eo imprimis conſiſtit hæc puritas, ut ab omni prorsùs peccato mortali ſint expediti, deindè verò ut omnem erga peccatum ſeu mortale ſeu veniale affectum ſeu complacentiam exuerint voluntariam, adeò ut, ritè ſemel purgata anima, nullo deinceps affectu peccato adhæreat, nunquam illud recordetur niſi deteſtatura, aut certè occaſiones illius non ſine horrore effugitura.

Vide modò, in quo ſtatu ſis. Annè conſcientiam tuam aliquâ ſaltem horum peccatorum ſorde pollutam non ſentis? Si ſentis, quâ fronte in conſpectum Sancti Sanctorum prodire non metuis?

PUNCTUM III.

CONSIDERA methodum acquirendi ac conſervandi hanc conſcientiæ puritatem. Prima

ma eſt hæc, ut magnum ei pretium ponatur. Altera aſſiduus labor atque mortificatio eſt; quemadmodùm enim ſuperpellicei materia linum, quo vitę iis agendę denotatur innocentia, non candeſcit, niſi poſtquàm magno labore & multâ commutatione præparatum, textum, lotum, ſoleque fuerit exſiccatum, neque poſt hæc omnia ſervatur candidum, niſi multa lixivia magnaque cura adhibeatur; ita & Eccleſiaſtici agant, neceſſe eſt, qui, cùm ſingulos in dies cum ſæcularibus converſando non parùm ſordium coacervent, ſæpè ſæpiùs ſe lavare purgareque tenentur. Quod & actibus contritionis & Confeſſionibus ſæpè repetitis fieri poteſt.

MEDITATIO LI.

De puritate corporis, ſive caſtitate in Tonſurato requiſita & ſuperpellicei candore ſignificata.

Quid per byſſum niſi candens decore munditiæ corporalis caſtitas deſignatur? S. Gregor. Paſt. p. 2. c. 3.

1. Obligatio Tonſuratis injecta hanc virtutem amandi.
2. Methodus hanc conſervandi.

Glorificate & portate Deum in corpore veſtro. 1. Cor. 6. 20.

PUNCTUM I.

CONCLUDE hinc, obligationem Tonſuratis injectam caſtitatis amandæ, ejuſque ſedulò conſervandæ; quia imprimis, juxtà illud Apoſtoli, Spiritum ſanctum in corpore noſtro portare non poſſumus, niſi & verè caſtum ſit, & ab omni impuritate immune. Deindè Eccleſia, cui Tonſurati jam tùm devoti ſunt, tota pulchra & ſine macula, ſeu, quod idem eſt, Virgo dicitur; oportet itaque, ut qui ejus obſequio conſecrati ſunt, & quorum eſt aliis hanc puritatem inſpirare, ipſam hanc eminentiori gradu ipſi

Neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui eſt in vobis, quem habetis à Deo; & non eſtis veſtri? 1. Cor. 6. 19.

Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. 2. Corint. 11. 2.

Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerint

Digitized by Google

ſi poſſideant. Denique probare ſe debent Tonſurati, ut noverint, nùm tempore opportuno votum caſtitatis emittere valeant; undè & Concilia neminem ad Ordines ſacros admittendum decernunt, *niſi aut virgo fuerit aut probata ſit caſtitatis*. Alia verò, *Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adoleſcentia fuerint mœchati*.

Cogita hîc obiter, ſi virtus hæc tam ſit neceſſaria Tonſurato; quantò magìs Presbytero, Diacono & Subdiacono eſt.

PUNCTUM II.

Conſidera methodum conſervandi hanc corporis puritatem, & caſtitatis virtutem Angelicam. Prima hæc eſt, ut fœminarum puellarumque ſodalitium ſedulò fugiamus, uti & eos ſodalium noſtrorum, quos liberiores novimus ac diſſolutos, ſermones quoſque laſcivos & amphibologicos, cantiones inhoneſtas, tripudia, convivia, otium aliaſque occaſiones periculoſas abhorreamus. Altera eſt, ut tenerâ erga D. Virginem devotione feramur, eamque ſingulos in dies hanc gratiam rogitemus. Tertia, ut Sacramenta Pœnitentiæ atque Euchariſtiæ frequentemus. Quarta, ut magna in aſpectu atque ſermone modeſtia ſervetur, atque adeò ſpiritus hic puritatis inſpiretur aliis, fugiant alii, qui coram nobis alioquin diffluerent, quemadmodùm de S. Bernardo fertur, cujus vel ſola modeſtia impudentioribus quibuſque frænum injiciebat.

Adverte itaque, ſi ſacris nondùm Ordinibus initiatus es, & vide, nùm continere te poteris. Nè ad eos te conferas, niſi ritè probatus; conſilio aliàs Apoſtolico obſecundare ſatius eſt: *Qui non continent, nubant*. Ut verò vires tuas noveris, vide, nùm occaſiones, de quibus jam egi, fugere valeas. Quòd ſi enim voto caſtitatis obſtrictus corpus illud, quod Templum ſibi Spiritus ſanctus elegit, violare non metuis, nôſti utique Apoſtolicum anathema: *Si*

mœchati. Conc. Eliber. c. 30. ann. 305.

Nullus ad miniſterium Altaris accedat niſi cujus caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata. S. Greg. l. 1. ep. 42.

Mulierum congreſſus, quantùm potes, fuge, quod ſi etiam, ut cum ipſis congrediaris, neceſſitas aliqua te obſtringit, oculos humi dejectos habe, &c. Iſid. Peluſ. l. 2. epiſt. 284.

Sepi aures tuas ſpinis. Eccli. 28. 28.

Ne dicatis vos animos habere pudicos, ſi habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius. S. Aug 32. q. 5. c. eod.

Mors aſcendit per feneſtras. Jer. 9. 21.

Utinam turrim magnam inchoaturi ſedentes computarent, ne fortè ſumptus non habeant ad perficiendum! Utinam, qui continere non valent, perfectionem temerariè profiteri, aut cælibatui dare nomina vererentur! Sumptuoſa ſiquidem, turris eſt, & verbum grande, quod non omnes capere poſſunt. Eſſet autem ſine dubio melius nubere, quàm uri. S. Bernard. de conv. ad Cler. cap. 21.

Habetote liberi eſſe, liceatque vobis pro arbitrio ad ſecularia vota tranſire. Poitt.

Si quis autem Templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. 1. Cor. 3. 17.

MEDITATIO LII.

De vita Tonſurato ducenda.

1. Ad ſublimiorem præ cæteris Chriſtianis perfectionem obligatur Clericus.
2. Ecquid Clerico agendum ut Chriſtiano? ecquid ut Eccleſiaſtico?

Omni autem, cui multùm datum eſt, multùm quæretur ab eo, & cui commendaverunt multùm, plùs petent ab eo. Luc. 12. 48.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, juxtà hoc Salvatoris oraculum, quòd Status Clerici Tonſurati, cùm, ut adhuc viſum eſt, tam ſublimis ſit, ſublimiorem quoque præ cæteris Chriſtianis perfectionem ab eo exigat. His enim forma imprimis & exemplar in omni virtutum genere ſit, oportet; *Nihil eſt autem, quod alios magìs ad pietatem ac Dei cultum aſſiduè inſtruat*, inquit Synodus Tridentina, *quam eorum vita & exemplum, qui ſe Miniſterio Divino dedicaverunt.* Deindè Clerici eſt, orare pro cæteris; *emendatiorem autem eſſe convenit populo, quem neceſſe eſt, orare pro populo.*

Cum Sacerdotalis dignitas aliis videatur dignitatibus eminere, ita quiſquis ea ordinatus eſt, cunctis ſe imitandum debet oſtendere. S. Gregor. l. c. regiſtri epiſt. 117. *Deus peccatores non audit.* Ioan. 9. 31. Hormiſd. P.

PUNCTUM II.

CONSIDERA Clerico, cùm conſiderari poſſit aut tamquam Chriſtianus, aut tamquam Eccleſiaſticus, geminum quoque pro gemina hac conſideratione onus injectum. Quatenùs Chriſtianus eſt, Deum tenetur ex toto corde diligere, & proximum ſicut ſeipſum propter Deum, firmam in eo fidem fiduciamque locare, ſacrâ Communione ad eum accedere, ſine inter- miſ-

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut teipſum. Matth. 22. 37. & 39.

Accedite ad eum, & illuminamini. Pſal. 33. 6.

Oportet ſemper orare, & non deficere. Luc. 18. 1.

O Sacerdos Dei, Clerice,

Digitized by Google

miſſione orare, pœnitentiam agere, mortificare ſeſe atque humiliare, &, quidquid Deo placuerit, in hoc mundo ſufferre. Quatenùs verò Eccleſiaſticus eſt, maximum Statui ſuo ponat pretium neceſſe eſt, ſæculari cuilibet conditioni eum præhabendo. Deindè exteriora ejus inſignia, v.g. tunicam talarem, coronam, ſucciſos modeſtoſque capillos geſtare non erubeſcat. Tertiò muniis Eccleſiaſticis pro virili ſe dedat, ſuperpelliceo ac devotione indutus, Officio, quod in Parochia peragitur, in qua moratur, fidelis aſſiſtat, Acolythorum ſuppleat vicem ſive Miſſæ ſerviendo, ſive ornando Eccleſiam &c. Quartò & digniùs & ſæpiùs, quàm Laici, ſacram Communionem orationemque frequentet; licet enim huic nullum Eccleſia tempus Tonſurato determinârit, ut Doctores aſſerunt; haud equidem idcircò ſingulari orandi vinculo ligari deſinit. Quintò evitet ſedulò, quæ ſacris Eccleſiæ Canonibus prohibentur, v. g. venationem, comœdias, popinas, luſus fortunæ, fœminarum frequentationem, mercaturam, negotia ſecularia &c. Denique ſtudium amplectatur Profeſſioni ſuæ conforme, quoad Ordines ſuperiores ſe reddat idoneum.

Expende ſedulò ſingulas has obligationes; & vide, an nulla ſit, cui, te judice, non ſatisfeceris. Annitere, ut de hiſce aliquando dicas, quod paulò antè mortem Patri ſuo Salvator aiebat:

Opus conſummavi, quod dediſti mihi ut faciam. Joan. 17. 4.

ſi altitudinem cæli contemplaris, altior es: ſi pulchritudinem Solis, & Lunæ, & Stellarum, pulchrior es: ſi omnium donorum ſublimitatem, ſublimior es: ſolo creatore tuo inferior es. Io. Caſſ. in catal. glor. mund. Poëſi. 4.

Quiſquis vel abolitione Tonſuræ, vel ſæcularis veſtis aſſumptione, deteãus fuerit attigiſſe tranſgreſſionem, excommunicationis cenſuram accipiet. Conc. Tol. 10.

Primâ Tonſurâ inſigniti jure naturali & divino tenentur ad aliquas preculas vel gratias Deo majores, quàm Laici agendas, ob beneficium Clericatus, & obligatio prædictas gratias agendi, etiam ubi nulla lege, conſuetudine, vel ſtatuto ſunt determinata, judicio noſtro obligat ad pluſquam veniale. Nav. c. de or. & hor. c. nu. 8.

Quomodo enim poterit homo Sacerdotii magiſterium acquirere, cujus nec officium tenuit, nec diſciplinam cognovit? aut quid docere poterit cum ipſe non didicerit? Conc. Aquiſg. ex ſid.

Tota ratio damnationis eſt perverſa adminiſtratio conditionis. Tertull.

ME-

MEDITATIO LIII.

De obligatione Clericis injecta, quatenùs Tonſurâ inſigniti ſunt, Dominicis ut minùs Feſtiſque diebus Divino Officio aſſiſtendi.

1. Rationes, ob quas Clerici Divino Officio aſſiſtere tenentur.
2. Reſponſio ad objectionem eorum, qui ſe huic oneri ſubducere nituntur.
3. Animadverſio.

Vide miniſterium, quod accepiſti in Domino, ut illud impleas. Col. 4. 17.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Clerici, quatenùs Tonſurâ inſigniti ſunt, Dominicis ut minùs feſtiſque diebus officio publico aſſiſtere tenentur. Hujus imprimis muneris monere eos videtur Eccleſia, dùm Tonſurâ condecorat atque hanc ſuper eos orationem effundit: *Ut devoti in Eccleſia perſiſtant.* Prætereà cùm, teſte Hieronymo, non alium ob finem Tonſura donetur, quàm ut officio quis Divino conſecretur ac applicetur, prorſùs hinc conſectaneum eſt, ut, cùm peculiares Tonſuratis functiones præſcriptæ non ſint, publicis ut minùs, quæ in Eccleſia cantantur, officiis aſſiſtere teneantur. Undè & nullum ad hanc recipiendam aſſumi deſiderat, quin eo ipſo alicui Eccleſiæ aſſcribatur, ubi ſuis fungatur muneribus. Hinc & Synodus Tridentina Eccleſiaſticis eos privilegiis exuit, *Qui Clericalem habitum & Tonſuram deferentes, alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi non inſerviunt.* Atque hæc obligatio tam eſt arcta, ut plura quàm duodecim Concilia hujus

Cum nullus debeat ordinari, qui judicio ſui Epiſcopi non ſit utilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſiis, ſancta Synodus veſtigiis ſexti Canonis Conc. Chalc. inhærendo ſtatuit, ut nullus in poſterum ordinetur, qui illi Eccleſiæ aut pio loco, pro cujus neceſſitate, aut utilitate aſſumitur, non adſcribatur, ubi ſuis fungatur muneribus. Concil. Trident. ſeſſ. 23. de ref. c. 16. in princ. Carth. 4. c. 49. Tol. 1. cap 5. Agat. c. 1. & 19. Aurel. 1. c. 10. Aur. 2. c. 13. Tarrac. c. 7. 6. Syn. cap. 8. Aquil. parte 8. tit. De divinis off. Sardic. c. 11. diſt. 1. de conſecr. c. 52.

Digitized by Google

meminerint, ſubque pœnis gravioribus non modò Clericis, ſed & Epiſcopis & Presbyteris manifeſtè hanc commendaverint. Ratio verò, quam hujus allegat Concilium Aquileenſe, hæc eſt: quia, inquit, *Nihil poteſt videri abſurdiùs, ſi ſæculares officiorum Divinorum tempore Eccleſiam frequentent, Clerici refugiant; illi Deum vel tacitis vocibus in Eccleſia laudent, iſti in vicis & publicis locis tempus vaniloquiis terant, & boni averſione ſcandalum præbeant.*

PUNCTUM II.

Si ergo quilibet Eccleſiæ deputatus Clericus intra civitatem fuerit, vel in loco, quo Eccleſia eſt, aut capella, aut vici ſunt, aut villa, ſi ad Eccleſiam aut ad ſacrificium quotidianum non venerit, Clericus non habeatur. Concil. Tolet. 1.

Medice, cura teipſum. Luc. 4. 23.

Fidem prædicant, & infideliter agunt: Pacem aliis dant, & ſibi non habent: veritatem laudant & mendacia diligunt: avaritiam caſtigant, & avaritiam exercent. Oper. Imp. hom. 43. in Matth.

Id prius ſcire oportet, quod maturius ad ſalutem, id ardentius quod efficacius ad ſalutem. S. Bernard.

CONSIDERA, quàm futiles ſint & frivolæ excuſationes eorum, qui huic oneri ſe ſubducturi, nulli ſe dicunt aſcriptos Eccleſiæ. Reſpondet hiſce Concilium Toletanum, ut Clericus non habeatur, qui, ubi Divino, quod peragitur, officio poſſet aſſiſtere, neutiquam ſe tamen præſentem exhibet. Si poſt tot argumenta huic nihilominùs oneri ſubjacere te renuis, quid Laici tandem obtendere poterunt? Sique tu, Dominicis præſertim feſtiſque diebus, ſummo Sacro, Concioni, Veſperis intereſſe detrectes, his aſſiſtere quomodò illis perſuadebis? At ego, inquis, ſacris in Ordinibus conſtitutus ſum; ergò & bonum Clericis inferioribus præbere exemplum magis obſtrictus. At ſtudio me oportet incumbere; ita quidem, ſed ut officium Divinum nihil detrimenti patiatur. An minùs forſitan eruditus fuit Aquinas? tametſi maximis etiam negotiis obrutus, Conventuali nunquam officio defuit. Hoccinè obfuit, ut decem & octo volumina non mediocria componere nequiverit? Nè tantùm quidem à te exigitur; at hoc dumtaxat, ut Dominicis ſaltem feſtiſque diebus, ſummo Sacro, Exhortationi Veſperiſque interſis.

PUNC-

Digitized by Google

PUNCTUM III.

VIDE, quî tu munus hoc Divino Officio aſſiſtendi adimpleveris. Vide, an hoc minimè neglexeris, an huic ſtudia non prætuleris, an non huc te contuleris vi quaſi ac neceſſitate compulſus. Decerne, majori deinceps fidelitate huic intereſſe, ubi ubi locorum repertus fueris, & proximum ædificaturus & muneri tuo facturus ſatis; quidquid enim excuſationis attuleris, tempus Divini officii negotiis aliis atque occupationibus dare nefas eſt.

Clericus primâ Tonſurâ initiatus, Clericalis vitæ inſtituta obeat, doctrina Chriſtiana exercitationes adjuvet, Miſſæ ſacrificia miniſtrandi ceremonias uſumque accuratè ediſcat; in Eccleſia ſibi adſcripta Sacerdoti celebranti itè miniſtret, Eccleſiæ ſolemnitatibus interſit, ut divinorum officiorum ritibus ac ceremoniis, diſciplinaque Eccleſiaſtica uſu erudiatur: Pſalmorum Pœnitentialium ſeptem penſum quotidianum perſolvat. Syno. Ferrarienſ. decr. 105. tit. Clerc.

Hæc oportuit facere & illa non omittere. Matt. 23. 23.

Providentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum, neque turpis lucri gratiâ; ſed voluntariè: & ut forma facti gregis ex animo. I. Pet. 5. 2. & 3.

MEDITATIO LIV.

De eo, quod Divinis officiis aſſiſtens Clericus agere, deque modo, quo ſe ibidem gerere debet.

1. Quod ibidem ſe ſiſtere debeat talari habitu ſuperpelliceoque indutus, deindè & cantare & pſallere.
2. Methodus pſallendi & pſallenti & aliis utilis.

Holocauſta medullata offeram tibi. Pſ. 65. 15.

Holocauſta medullata ſunt, ubi exterioribus interiora reſpondent.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, non ſufficere, ſi muneri noſtro, quod nobis, quatenùs Clericis incumbit, ſatisfacere velimus, ut corpore ſolo Divinis officiis aſſiſtamus; at verò habitu Tonſuratis congruo, id eſt, talari ſuperpelliceoque indutis ibidem aſſiſtendum: quod poſſumus, quodque à ſuperioribus requiritur, miniſterium fideliter exhibendum, ac præſertim ex animo viribuſque cantandum pſallendumque. Hujus ſa-

Sub. Car. Mag. can. 10. *Lingua Clerici divina melodia electrum eſt.* S. Gregor. Nazianz.

Digitized by Google

ſanè non minor quàm illius obligatio nobis incumbit, ex quo munus Pſalmiſtæ in Eccleſia jam exoletum, Tonſuræ permixtum annexumque videtur. Undè & Concilium Moguntinum omnibus ſine diſcrimine Clericis commendat: Ut in doctrina & Lectionibus, Pſalmis & Hymnis & Canticis exercitio jugi incumbant. Miniſterium hoc Eccleſiaſtici nonnulli, imò & Epiſcopi ætate hâc noſtrâ tanti facere viſi ſunt, ut vel in pago pluviale induere, ejuſdemque loci Clericis ſeſe jungentes officium peragere non erubuerint.

Hoccinè & tu imitando inhonorari reputes?

PUNCTUM II.

CONSIDERA methodum officium hoc dignè adimplendi, id eſt, cantandi aut pſallendi non ſine pſallentium atque aliorum utilitate. Attendere imprimis oportet, quod canitur, inquit Concilium Aquiſgranenſe, ***Mens concordare debet cum voce***, ut impleatur illud Apoſtoli: ***Pſallam ſpiritu, pſallam & mente.*** Ratio verò eſt, quia Deus ipſe ibidem præſens, quia Angeli ibidem nobiſcum canunt, quia minas Deus intentat iis, qui nullam eò attentionem attulerint. Deindè cum modeſtia ac reverentia pſallendum eſt, inquit Ambroſius, ***vocis ſonum libret modeſtia, nè cujuſquam offendat aurem vox fortior.*** Aut certè, ut S. Hieronymus, ***In timore, in opere, in ſcientia Scripturarum.*** Undè & ei, quem olim ad Pſalmiſtæ munus deſtinabat, Sacerdos aiebat: ***Vide, ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, opere comprobes.*** Non perfunctoriè denique pſallendum eſt, non præcidenda verba dimidia, non ſine meditatione ac pauſa, non delicatè nimium, ut quaſi hominibus placeatur, non tepidè ac oſcitanter: ***Sed virili, ut dignum eſt ſonitu & affectu voces ſancti Spiritûs depromentes***, inquit Bernardus.

Tu forſitan ſæpè cum aliis Chorum frequentaſti,

Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino. Audiant hæc adoleſcentuli. Audiant ii, quibus pſallendi in Eccleſia officium eſt à Deo. Non voce, ſed corde cantandum nec in tragœdorum modum guttur, & fauces dulci medicamine linienda ſunt, ut in Eccleſia theatrales moduli audiantur: ſed in timore, in opere, & ſcientia ſcripturarum. Diſt. 92. c. cantantes.

In conſpectu Angelorum pſallam tibi. Pſal. 137. 1.

Maledictus homo, qui facit opus Dei fraudulenter, vel juxta aliam verſionem, *negligenter.* Ier. 48. 10.

Denique in ipſo canendi genere, prima diſciplina, verecundia eſt; imo etiam in omni uſu loquendi..... In ipſa quoque oratione noſtra multum verecundia placet, multum conciliat gratia apud Deum noſtrum. Concil. Carth. c. 10.

taſti, at quo te ibidem modo geſſiſti? Annè ibidem ceciniſti, aut aliud miniſterium tibi demandatum pro viribus obiiſti? Hâccinè attentione uſus es? Nonnè præcipitatio aliquando & irreverentia & immodeſtia, atque adeò ſcandala ſe immiſcuerunt? Vide, ne quod de Judæis, de te quoque à Salvatore dicatur:

Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. In vanum autem me colunt. Marc. 7. 6. & 7.

Reverenter & alacriter Domino aſſiſtatis, non pigri, non ſomnolenti, non oſcitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidia, non integra tranſilientes, non fractis & remiſſis vocibus muliebre quiddam balba de nare ſonantes, ſed virili, &c. Serm. 47. in Cant. Vide hac de re Conc. Aquiſg. ſupra citatum cap. 13. 2. Vbi præclara habet de cantoribus & cantandi modo.

MEDITATIO LV.

De neceſſaria Eccleſiaſticis ſtudioſitate, id eſt, affectu erga ſtudium.

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſticis ſtudium cordi eſſe debeat.
2. Quænam ſint conditiones requiſitæ, ut ſtudia Eccleſiaſticorum utilia Deoque grata reddantur?
3. Vndè fiat, ut Eccleſiaſtici tam pauci, præſertim rurales, ſe ſtudiis dedant?

Qui evitat diſcere, incidet in mala.
Proverb. 17. 16.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſiaſticis ſtudium cordi eſſe debeat. Scientiam imprimis Statui illi neceſſariam nec acquirere nec conſervare niſi ſtudio poſſunt. Quemadmodùm enim *fides ex auditu*, ita & ſcientia hauritur è ſtudio. Huic deindè ſe dare compelluntur, ut mala evadant, quorum minas verbis jam dictis Spiritus ſanctus otioſis intentat: *Qui evitat diſcere, incidet in mala.* Studio ſiquidem occupati otioſitatem fugient peccatorum omnium genitricem, obſervabunt ſobrietatem; perrarò etenim ebrioſus eſt quiſquis ſtudioſus: ſeceſſu ac ſolitudine, quam ſtudia poſtulant,

Fides ex auditu. Roman. 10. 17.
Multam enim malitiam docuit otioſitas. Eccl. 33. 29.
Otioſitas molliſſimum pulvinar diaboli. Trithemius.
Qui ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt.

lant, bonum proximis præbebunt exemplum, pernicioſa ſemper Eccleſiaſticis ſæcularium hominum ſodalitia non eis nocebunt: ſi bonorum ſint librorum ſtudioſi, ad Dei atque Eccleſiæ miniſterium magis ſe reddent idoneos: Erunt denique & populo venerationi, & aliis Eccleſiaſticis bono odori. At vero, quoniam ſtudere non ſufficit, ſi methodus ignoretur, quâ & ſibi & aliis ſtudium quis utile reddat,

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quænam ſint conditiones requiſitæ, ut ſtudia Eccleſiaſticorum utilia Deoque grata reddantur. Modus ſciendi, teſte Bernardo ſer. 36. in Cant. *Quid, niſi ut ſcias, quo ordine, quo ſtudio, quo fine noſſe quæque oportet? Quo ordine? ut id prius, quod maturius ad ſalutem. Quo ſtudio? ut id ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine? ut non ad inanem gloriam aut curioſitatem, aut aliquid ſimile: ſed tantùm ad ædificationem tuam vel proximi. Sunt namque qui ſcire volunt eo fine tantùm ut ſciant, & turpis curioſitas eſt. Et ſunt, qui ſcire volunt, ut ſciantur ipſi & turpis vanitas eſt.... Et ſunt item qui ſcire volunt, ut ſcientiam ſuam vendant verbi causâ, pro pecunia, pro honoribus; & turpis quæſtus eſt. Sed ſunt quoque, qui ſcire volunt ut ædificent: & charitas eſt. Et item qui ſcire volunt, ut ædificentur: & prudentia eſt.*

PUNCTUM III.

CONSIDERA, unde fiat, ut pauci admodùm Eccleſiaſtici, rurales præſertim ſe ſtudio dedant. Quia imprimis illi non aſſuevêre. Deinde, ubi jam Sacerdotes ſunt, ſtudio deinceps ſibi opus non eſſe arbitrantur, ſatis eis eſt pertigiſſe, quò tendebant: in magnos, inquiunt, evadere Doctores non cupiunt: ſolitis eos frui voluptatulis ſtudium non ſinit; imò verò non pa-

rùm laboris atque moleſtiæ afferre conſuevit. At verò annè omnium horum prætextuum, te judice, vel unus eſt, qui Eccleſiaſticum à ſtudio jure queat eximere? Uſque adeò rationi adverſantur, ut deſtruant ſemetipſos. His ergò ne immorare, immò verò decerne, non obſtantibus phantaſticis hiſce moleſtiis, ſingulos in dies temporis non nihil ſtudiis conſecrare. Si Theologiæ ſublimiori non es idoneus; ritè ſaltem inſtituendo Catechiſmo ſtudere non deſine; non eſt Eccleſiaſticus, inquit B. Genevenſis Antiſtes, qui ſtudiis incapacitatem prætexere poſſit. Omnium verò ſtudiorum finis ſit ille, quem Bernardus præſtituit: ædificatio ſcilicet tua vel proximi.

Si Clericatûs te titillat deſiderium, diſcas quod poſſis docere, & rationabilem Chriſto hoſtiam offeras, ne miles antequam tyro, ne prius magiſter ſis, quam diſcipulus. S. Hier. ep. 4. ad Euſt.

Si quis autem ignorat, ignorabitur. 1. Cor. 14. 38.

MEDITATIO LVI.

De Tonſuræ effectibus.

1. Primus Tonſuræ effectus eſt, ut nos Eccleſiaſticos reddat.
2. Secundus, ut nos participes reddat privilegiorum ac immunitatum Eccleſiæ.
3. In quo hæc privilegia fundentur?

Clericus, qui Chriſti ſervit Eccleſiæ, interpretetur vocabulum ſuum, & nominis definitione prolatâ, nitatur eſſe, quod dicitur.
S. Hieron. Epiſt. ad Nepot.

PUNCTUM I.

CONSIDERA primum Tonſuræ effectum eſſe hunc, ut nos Eccleſiaſticos reddat, id eſt, de conditione ſeu ſtatu Laico ad Eccleſiaſticum, de ſæculari ad Eccleſiæ nos transferat juriſdictionem. Hic eſt, quem ſub finem ceremoniarum Tonſuratis Epiſcopus innuit, quando dicit: *Hodie de foro Eccleſiæ facti eſtis.* Hæc eſt, quæ jus nobis tribuit, ut Clerici nuncupe-

pemur aut Eccleſiaſtici: hæc eſt, quæ geſtandi ſuperpellicei nobis copiam facit: Tonſura denique eſt, non Ordines minores aut majores, quæ ſæcularium judicum poteſtati ſubductos judicibus ſubdit Eccleſiaſticis; ita ut Tonſurâ inſignitus tam ſit verè dicendus Eccleſiaſticus, quàm Presbyter, imò & Epiſcopus; ſimili ferè modo, quo Neophytus æquè ſubditus eſt filiuſque Eccleſiæ, quàm Chriſtianorum quiſque perfectiſſimus.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, alterum Tonſuræ effectum eſſe hunc, ut privilegiorum atque immunitatum Eccleſiæ nos participes efficiat, quod in exhortatione ſuâ Epiſcopus exprimit: *Et privilegia*, inquit, *Clericalia ſortiti eſtis*: Privilegia, inquam, quæ imprimis in eo conſiſtunt, ut ab omnibus oneribus publicis, quocumque tandem nomine nuncupentur, aliiſque contributionibus perſonalibus eximantur. Deindè in eo, ut omnia beneficiorum genera, quæ Ordinem non requirunt, retinere valeamus. In eo denique, ut perſonæ noſtræ ſacræ quodammodò reddantur, ita ut nos percutientes excommunicentur; quòd injuriam Deo irrogent, qui ſuo nos miniſterio conſecravit. Quòd ſi ergò tumetipſe corpus tuum animamvè profanes, annè vibratum contra alios anathema tu effugere cogitas? Nota benè.

Subjecitque eam terram Pharaoni & cunctos populos ejus.. præter terram Sacerdotum, quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Gen. 47. 21. & 22.

Si quis ſuadente diabolo hujus ſacrilegii reatum incurrerit, quod in Clericum vel Monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo ſubjaceat. Innoc. II. 17. q. 4. c. eod.

Si quis autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. 1. Cor. 3. 17.

Apud Euſeb. Hiſt. in Conſtant. Mag. c. 7. in hanc rem. Vide Bar. an. 387. n. 12. & Bellarm. cont. Tom. 2. c. 18. & 21. de Cl. l. 1. fusè de hac re diſputantem.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, in quo hæc privilegia fundata ſint. Conſtantinus Imperator, qui primus omnium expreſsâ Lege privilegia confirmavit atque immunitates, quibus, quatenus Patres ſunt ac Magiſtri fidelium, impertiente Dei Filio, naturaliter quodammodò gaudent Clerici, ille, inquam, Imperator, ſuâ ipſius experientiâ doctus, quantum bonorum in Rempublicam de-

Quare eos, quos Clericos nominare ſolent, ab omnibus omninò communibus & civilibus rerum publicarum miniſteriis immunes ac ſolutos volo, ut nullo modo à cultu divinæ Majeſtati debito abſtrahantur, qui quidem cum ſacrum Numen ſummo honore, & veneratio-

Digitized by Google

derivet, quod in Religione Chriſtiana Deo exhibetur miniſterium, quantum ex adverſo maſorum ejuſdem neglectus, legem ſtatuit ita ſonantem: *Viſum eſt, ut illi homines, qui debita cum ſanctimonia & aſſiduâ Divinæ Legis obſervatione, ſua miniſteria huic Divinæ Religioni ex colendæ impertiunt, pro laboribus ſuis digna præmia reportent, quare eos &c.*

VIDESNE conditiones, quibus Eccleſiaſtica tibi privilegia conceſſa ſint, quibus proindè & hiſce gaudendum? Prima conditio labor & miniſterium eſt: ecquid miniſterii tu præſtas Eccleſiæ, aut certè quid laboris aſſumis, ut ad illud te reddas idoneum? Æquumnè eſt, ut ſingula quæque hominum genera, v.g. operarii, mercatores, milites aliquid laboris habeant, oneraque portent Reipublicæ; tu verò ſolus otiandi gaudeas privilegio? Miniſterium denique, quod Eccleſiæ debes, *debita cum ſanctimonia*, teſte Lege, exhibendum eſt: Siccinè Deo miniſtras? Ultima denique conditio eſt, ut vita Clericorum *aſſidua* ſit *Divinæ Legis obſervatio*. Quòd ſi itaque hanc non obſervas, ſed tranſgrediaris, nunquid hoc tantùm eſt Reipublicæ nocumenti afferre, quantùm ſubſidii atque ſolatii ſperabatur? Propterea ſcilicet tibi inter cæteros prædixit Epiſcopus:

Cavete, nè propter culpas veſtras privilegia illa perdatis; ſed habitu honeſto, boniſque moribus Deo placere ſtudeatis.

ne proſequuntur, incredibile eſt, quantum adjumenti Reip. videantur allaturi. Ibid. ap. Euſeb.

Habent ſingula quaque hominum genera aliquid laboris. Sudant agricolæ, putant & fodiunt vinitores, negotiatores circumeunt mare, & aridam in labore corporis & periculo vitæ: fabri & cæmentarii cæterique ejuſmodi victum ſibi multo labore quærunt: illi, Clerici, interea, madent deliciis, copiis affluunt otioſi. S. Bern. decl. ſuper: ecce nos.

In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur, unde timendum eſt, quod flagellentur cum dæmonibus. Idem ſer. ad Paſt. in Synod.

Totius familiæ ſtatus, & ordo nutabit, ſi, quod requiritur in corpore, non invenitur in capite. S. Leo epiſt. 55.

MEDITATIO LVII.

De natura, fine ac inſtitutione beneficiorum.

1. Providentia Eccleſiæ quoad miniſtros ejus.
2. Quamobrem reditus Eccleſiaſticis ſic aſſignârit Eccleſia?

Decimarum oblatione contenti (erunt) quas in uſum, eorum & neceſſaria ſeparavi. Num. 17. 24.

Ex hiſce verbis beneficiorum origo ac finis dignoſcuntur?

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd Eccleſia, cui nec ſufficit inferendam miniſtris ſuis injuriam avertere, dùm excommunicationis fulmen evibravit in eos, qui violentas manus Clericis injecerint, nec publicis illos ſæcularibuſque oneribus eximere, quibus ab exercitio muniorum ſuorum revocari potuiſſent, proventibus inſuper Eccleſiaſticis aliiſque beneficiis vitæ neceſſaria procurare voluerit; quemadmodùm Deus olim in Veteri Teſtamento decimis, oblationibus atque primitiis, quas Sacerdotibus ac Levitis donandas juſſerat, de victu eis & amictu abundè proſpexit.

Ecce, dedi tibi cuſtodiam primitiarum mearum, omnia quæ ſanctificantur à filiis Iſraël tibi tradidi, & filiis tuis pro officio Sacerdotali: Filiis Levi dedi omnes decimas Iſraëlis in poſſeſſionem pro miniſterio, quo ſerviunt mihi in tabernaculo fœderis. Num. 18. 8. & 21.

Omnes quoque primitiæ quas offerunt filii Iſraël, ad Sacerdotem pertinent, & quidquid in ſanctuarium offertur à ſingulis, & traditur manibus Sacerdotis, ipſius erit. Numer. 5. 9. & 10.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quam ob rem reditus hoſce Eccleſiaſticos Clericis ſuis aſſignârit Eccleſia. Imprimis ut de altari vivant, qui altari deſerviunt. Neque enim beneficium unquam niſi pro ſe laboraturis impertiendum decrevit Eccleſia; neque rationi conſentaneum eſt, ut ejus quis pane veſcatur, cui non laborat; at verò hoc æquum eſt, ut ab eo quis ſuſtentetur, cujus operibus ſeſe conſecrat. Hujuſmodi verò reditus be-

Quis militat ſuis ſtipendiis unquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis paſcit gregem: & de lacte gregis non manducat? Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur; quæ de ſacrario ſunt edunt, & qui altari deſerviunt, cum altari par-

Digitized by Google

beneficia vocantur (adinſtar nempè poſſeſſionum, quas militibus olim Romani donabant, ut ad propugnandam generoſiùs Rempublicam eos animarent, quas, inquam, & illi *beneficia* nuncupabant) ut oſtendatur, quàm ſit æquitati conſentanea hæc Apoſtoli ſententia: *Si quis non vult operari nec manducet*. Altera cauſa, ob quam beneficia hæc miniſtris ſuis impertivit Eccleſia, hęc eſt, ut ex his habentes alimenta & quibus tegantur, temporalium rerum ſollicitudine à muniis ſuis non avocentur. Tertia denique, ut, quantum ſibi neceſſarium eſt, inde decerpentes fidelium inſtar diſpenſatorum reliqua pauperibus diſtribuant, & reſarciendis aut adornandis Eccleſiis impendant. Atque hujus agendi tam ſtricta eis incumbit obligatio, ut omninò SS. Patres exiſtiment, non licere Eccleſiaſtico, cui tantùm ſuppetit patrimonii, quantum ei, ſpectatâ ejus conditione, ad ſuſtentationem ſatis eſt, aliquid ſibi de beneficii ſui proventibus attribuere; at verò pauperibus totum diſtribuendum eſſe. Hoc Hieronymus, hoc Auguſtinus, hoc Proſper uno ore affirmant.

INGEMISCE hîc plurimorum imprimis cæcitati, qui non reſpiciunt beneficia juxta mentem Eccleſię ac fundatorum velut laborantium ſuſtentacula; at potiùs ut cervicalia otioſorum. Deinde eorum, quibus adeò non ſufficit beneficium, quod habent, ut aliis atque aliis indies coacervandis incredibili ſollicitudine atque aviditate ſtudere non deſinant. Ingemiſce denique pauperum calamitati; utpote quorum patrimonium tam iniquè prodigatur.

VIDE, an horum de numero & tu non fueris; neque verò aliorum exemplo aut conſuetudine excuſatum te repures; teſte ſiquidem Tertulliano:

Veritati nemo præſcribere poteſt, non ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, non privilegium Regionum. Lib. de Virg. vel. cap. 1.

ME-

ticipant? 1. Corin. 9. 7. & 13. Lampridius idem aſſer. de Alexan. Sever.

Dignus eſt operarius cibo ſuo. Matth. 10. 10.

Propter hoc ipſum beneficium eis indulgemus, ut aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis miniſteriis inhæreant. C. de ep. & Cl. l. Generaliter & C. 6. q. 1. c. Generaliter.

Quidquid præter neceſſarium victum ac ſimplicem veſtitum de altari retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. S. Ber. ep. ad Fulcon. 2.

Clericos illos convenit Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum & propinquorum nulla bona ſuffragantur, qui autem bonis parentum, & operibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiunt, ſacrilegium profecto committunt. 16. q. 1. c. ult. & c. 1. q. 2. c. Cl. ep. 50. ad Bonif. *Comitem* cap. 2. De vita contempl. c. 9. & 10.

Communicare volunt cupiditati & ſuperfluitati hominum, ſed non labori. S. Bern. ſerm. ad Paſt. in Syn.

Videte & cavete ab omni avaritia, quia non in abundantia cujuſquam vita ejus eſt. Luc. 12. 15.

Poſſeſſio Eccleſiæ, ſumptus eſt egenorum, numerare licet, quot redemerint templa noſtra captivos; quæ contulerint alimenta pauperibus, quibus exulibus vivendi ſubſidia miniſtrarint. S. Ambroſ. ep. 2. ad Val.

Digitized by Google

MEDITATIO LVIII.

De viis, quibus ad beneficia pervenitur, ac imprimis de viis illegitimis.

1. Ingerere ſe per Confidentiam, & quomodo hæc committatur?
2. Ingerere ſe per Simoniam & quomodo hæc committatur?

Qui non intrat per oſtium.... ille fur eſt & latro. Joan. 10. 1.

PUNCTUM I.

Vide de hac re opuſc. B. Petri Dam. contra Clericos aulicos, dignitatum cupidos.

CONSIDERA eorum, qui viis illegitimis in beneficia ſeſe ingerunt, quatuor potiſſimùm eſſe genera. Primum eorum eſt, qui ſeſe ingerunt per confidentiam, quæ tum committitur, cum citra authoritatem Sedis Apoſtolicæ Eccleſiaſticus aliquis beneficium accipit in favorem alterius, qui pacto tacito aut expreſſo, fructus omnes aut eorum partem, aut aliquid ſibi juris in beneficium reſervat. Aut certè, quemadmodùm hodierno in uſu poſitum eſt, cum beneficium aliquod confertur natu maximo, donec adoleverit natu minimus, atque adeò in familia perennet. Aut cum nomen uſurpatur Graduati cujuſpiam menſe Graduatis obſtricto, perque manus ejus beneficium aliquod tranſmittitur, eam dumtaxat ob cauſam, ut dimiſſionem illius aut permutationem ſignet in favorem alterius: aut, uti fit non rarò, vi indulti cujuſquam, Religioſus quiſpiam nominatur non ſine pacto tacito vel expreſſo dimittendi beneficium, ut in commendam teneatur, priuſquam Canonicè poſſideatur: Aut denique pluribus aliis propinquis conſimilibuſque viis. Atque hæc corruptela corrupto hoc ſæculo uſque adeò invaluit, ut Pontificibus Maximis Pio IV. & V. ful-

Digitized by Google

fulmen denuò excommunicationis in hujus ſectatores extorſerit, qui & fructibus beneficiorum eos privârunt, & præſumptionibus ac conjecturis probationis authoritatem hoc in caſu tribuendam eſſe decreverunt Nec ſanè immeritò; hinc enim deſolatio domûs Dei, hinc Parochiarum deſertio, hinc denique luctuoſa bonorum Eccleſiaſticorum uſurpatio; quorum quidem culpa in ipſos præſertim Eccleſiaſticos conjicienda eſt, qui hiſce negotiationibus adeò ſe non opponunt, ut abuſibus potiùs, quos committunt, manum iis præbeant exemplumque demonſtrent; utentes ſcilicet confidentiariis Presbyteriſque emiſſariis, qui ſibi beneficia ſervent, quæ retinere non poſſunt, de quibus proinde liberiùs negotientur.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, viam alteram illegitimam, quâ intratur in beneficia, eſſe Simoniam; quæ nihil eſt aliud, quàm voluntas vendendi aut emendi aliquod ſpirituale aut ſpirituali annexum, pretio ſcilicet pecuniæ aut re aliâ, ejuſmodi pretio æſtimabili. Id autem aut mentaliter fit, ut loquuntur, aut pacto ſive conventione tacitâ vel expreſſâ, aut denique realiter: ut ſi quis alteri vim aliquam pecuniæ præſtet, ut beneficium obtineat, ſi eamdem ob cauſam obſequium aliquod aut voluptas temporalis, ſi munus aliquod ſive à manu ſive à lingua exhibeatur: ſi pecunia detur ei, cujus miniſterio beneficium obtentum eſt: ſi hoc reſignetur titulo Matrimonii. Atque hoc crimen ſæculis quibuſcumque tam enorme viſum eſt, ut SS. Patribus Canonibuſque nunquam ſine deteſtatione nuncupetur, cui nomen execrabilius tribuere nec potuerunt, quàm ab authore ejus Simone Mago, qui à D. Petro donum patrandorum miraculorum pretio ſibi comparare voluit, ut eadem ſimili

Filios enutrivi & exaltavi; ipſi autem ſpreverunt me. Spreverunt & maculaverunt me à turpi vita, à turpi quæſtu, à turpi commercio.... Omnes amici & omnes inimici: omnes neceſſarii & omnes adverſarii: omnes domeſtici & nulli pacifici: omnes proximi & quæ ſua ſunt quærentes: omnes Miniſtri Chriſti ſunt & ſerviunt Antichriſto. S. Bern. ſer. 33. in Cant.

Dant alii nummos; iſti dant pretium ſemetipſos: an non eſt pretium, ſedulum ſubjectionis obſequium? Sicut Laban filias vendidit pretiumque comedit, non quia recondidit pecuniæ lucrum, ſed quia laborioſæ ſervitutis præcepit impendium: Et ſicut Saül nuptura filia non auri dona quæſivit, ſed laborem belli vel inſigne triumphi vice dotis accepit, ſic ille neceſſariò Eccleſiæ venditor eſſe convincitur, qui ſubjectionis obſequium de malè ſperata ejus largitione mereatur. Petr. Damian, op. 5. c. 1.

Quid enim refert, ſi non das pecuniam, ſed pecuniæ loco adularis, ſubornas, multaque machinaris? S. Chryſ. hom. 3. in Act.

Execrabile flagitium, 1. q. 1. c. reperiuntur, *ſimoniaca peſtis, ſui magnitudine alios morbos vincit,* c. ſicuti, q. 1. *Inſtar publici criminis læſæ majeſtatis punienda.* 15. qu. 13. c. ſanè S. Th. 2. 2. p. 100.

Digitized by Google

mili pretio diſtraheret. Gravitas hujus criminis imprimis penſatur ex eo, quòd ſpirituale, quod beneficiis ſemper, tamquam principale ſuo acceſſorio, conjunctum atque annexum eſt, tanti ſit pretii, quantum temporalia quæque, quamlibet pretioſa, nunquam poterunt adæquare. Deinde ex eo, quòd Clerici beneficiorum dumtaxat diſpenſatores ſint, nón Domini, quibus proinde cum injuria Dei, ad quem ſpectant, diſponere de iis non licet. Tertio ex eo, quòd gratìs accepta gratìs danda ſint. Atque hinc eſt, ut præter jus naturale, leges tum Eccleſiaſticæ tum civiles ſub pœnis atrocioribus damnabilem hanc negotiationem prohibuerint.

Seriò te in his omnibus diſcute, ſiquod tibi beneficium fuerit; licet enim perquàm deteſtabile ſit hoc vitium, eſt nihilominùs & admodùm ſubtile. Multi quoque alieno ſibi blandiuntur exemplo, conſcientiæ remorſum obſtupefaciunt, utque lætentur tranquilliùs, ſyndereſi adverſantur. At quidquid egeris, quidquid exempli tibi præſtitueris, non te à fulmine liberabis, quod in Simonem Magum Petrus evibravit Apoſtolus:

Pecunia tua tecum ſit in perditionem; quoniam donum Dei exiſtimaſti pecuniâ poſſideri. **Act. 8. 20.**

Donum Dei exiſtimaſti pecuniâ poſſideri. Act. 8. 20.

Gratìs accepiſtis, gratìs date. Matth. 10. 8.

Volebat emere Spiritum ſanctum, quia volebat vendere Spiritum ſanctum. S. Aug. tract. 10. in Ioan.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Pſal. 14.

Qui excutit manus ſuas ab omni munere, ſcilicet à munere quod vocatur à manu, à lingua, & ob obſequio. Iſa. 33. 15. in cap. Cùm deteſtabile, de ſimon. c. nobis fuit, de ſim. &c. penult. de electione.

Induraverunt facies ſuas ſuper petram, & noluerunt reverti. Ier. 5. 3.

Confuſione non ſunt confuſi & erubeſcere neſcierunt; quamobrem cadent inter ruentes. Ier. 6. 15.

ME-

MEDITATIO LIX.

Meditationis præcedentis continuatio, de viis illegitimis, quibus ad beneficia pervenitur.

1. Ambitio, & quare hæc via legitima non ſit?
2. Avaritia.

In noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati. 2. Tim. 3. 1. 2.

Sæculum, in quo vivimus, vivacioribus adumbrare coloribus non poſſe videtur Apoſtolus; ſcilicet ubi homines ſui ipſorum idololatræ, nonniſi ſuæ ſtudentes gloriæ, ne rebus quidem ſanctiſſimis ſeſe dedunt, niſi commodi temporalis cupiditate propulſi.

Vide l. 2. Extrav. Ioan. 22. c. 4. Execrabilis, ubi de ambitione.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, præter Simoniam & Confidentiam, duæ inſuper aliæ viæ ſint, quibus intratur ad beneficia, non quidem ita infames apertèque malignæ, nec minoribus tamen periculis obnoxiæ. Prima ambitio eſt, cum motu quis proprio, aut ſuaſu carnis & ſanguinis, eam tantùm ob cauſam beneficium appetit, quærit aut accipit, ut inde plus honoris, exiſtimationis, authoritatis, famulatûs obtineat, utque aliis præſit, ſive ut Paſtor, ſive ut Canonicus, ſive ut Prælatus &c. Ratio verò, ob quam hæc via non ſit legitima, imprimis hæc eſt, quòd, licet quibuſlibet quis talentis redundaret, infima quæque dignitas Eccleſiaſtica uſque adeò ſuprà conditionem noſtram elevata ſit, ut citra inſignem temeritatem ſtupendamque cæcitatem ad eam nos offerre non liceat, cum, teſte Gregorio, cunctâ etiam virtute præditus ad eam foret compellendus. Altera eſt, quod munia Eccleſiaſtica extremi ſint plena periculi; quòd ſi enim difficillimum ſit homini, pro ſemetipſo ratio-

Genus, ætas, ſcientia, cathedra, & quod majus eſt, primatûs prærogativa, cui non eſſent inſolentiæ fomes, & elationis occaſio? Meditantibus quidem honores blandiuntur, ſed onera penſantibus tædio ſunt atque formidini. Multi enim non tantâ fiduciâ & alacritate currerent ad honores, ſi eſſe ſentirent & onera, avari profectò metuerent, nec cum tanto labore & periculo quarumlibet affectarent infulas dignitatum. Nunc verò quia ſola attenditur gloria, & non pœna, purum eſſe Clericum erubeſcitur in Eccleſia: ſeque viles æſtimant & inglorios, ſi quocumque eminentiori loco non fuerint ſublimati. S. Bern. epiſt. ad Henr. Sen. c. 7.

Digitized by Google

tionem reddere; quomodo alienis ſe peccatis gravare poterit? quærit Chryſoſtomus. Unde & miror, inquit, ſi eorum, qui dignitatem in Eccleſia obtinent, vel unus ſalvabitur. Et ſanè, ſi Deus in Scriptura condemnet, qui vel munia ambiunt ſæcularia; ecquid tandem judicii de iis laturus eſt, qui dignitàtes Eccleſiaſticas aucupantur? *O ambitio ambientium crux*, exclamat Bernardus, *quomodo omnes torquens omnibus places?* Lib. 3. de conſid. cap. 1.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, viam ultimam, quâ in beneficia intratur præpoſterè, eſſe avaritiam. Imprimis cùm non aliam ob cauſam beneficium quis appetit, niſi ut vivat; neque enim videndum foret, nùm bonis ipſe Eccleſiaſticis egeat, ut vivat; ſed nùm Eccleſia ipſo vivo egeat, ut ſibi ſerviat, hoc eſt, videndum foret, non an ipſi beneficium; ſed an ipſi potiùs beneficio neceſſarius ſit. Deindè cùm in beneficium quis ſe ingerit, ut ditior evadat, ut theſauros ſibi aut aliis coacervet, ut commodius vivat. Illa illa corruptela eſt, in quam Patres omnes, ac præſertim S. Bernardus poſtremis hiſce ſæculis tam graviter invehuntur. Ratio verò imprimis hæc eſt, quòd nihil adeò Spiritui Eccleſiaſtico adverſetur, quo, teſte apoſtolo, eò Eccleſiaſtici deducendi ſunt, ut habentes alimenta & quibus tegantur, his contenti ſint, & paupertatem ſpiritûs, quàm quilibet alii perfectiùs exerceant, utpotè quæ prima virtus ſit, quam naſcendo Salvator exercuit, prima, quam Apoſtolos docuit, prima denique, quam ſuſcipientes Tonſuram profeſſi ſumus. Altera ratio eſt, quòd hac in parte ejuſdem agendi Laicis exemplum præbeant, ii ſcilicet, quorum unica cura eſſe debet, ut animas de ſolo ad polum transferant, cordibuſque humanis infelicem habendi cupiditatem, quam idolola-

triam

Qui rogat pro ſe, jam judicatus eſt, nec intereſt per ſe, an per alium quis roget. Id. l. 4. de conſ. cap. 4.

Neſcitis quid petatis. Matth. 20. 22.

Magnum prorſus & mirabile eſt, miniſtrum eſſe Chriſti, & myſteriorum Dei eſſe diſpenſatorem. Longè ſuper vos eſt ordo pacificorum. S. Bern. de conv. ad Cl. cap. 2.

θαυμάζω εἴς τινὰ ἐςι τῶν ἀρχόντων σωθῆναι. Hom. 34. ad Heb.

Noli quærere ab homine ducatum, neque à Rege cathedram honoris. Eccl. 7. 4.

Quam certè dignius,ampliuſque conſentaneum rationi, ut pro carnali victu carnalia magis opera & negotia exerceret, nec fieret inverſor rerum, aut inhonoraret miniſterium ſuum? S. Bern. decl. in illud: Ecce nos.

Bonum erat magis fodere, aut etiam mendicare. Ibid.

Nec enim ordinavit Deus his qui Evangelio ſerviunt, de Evangelio quærere aut habere delicias vel ornatum; ſed vivere, ait Paulus, ex eo, ut videlicet ſint contenti, alimenta corporis, non irritamenta gulæ aut incentiva libidinis, & quibus tegantur, non quibus ornentur, accipere. S. Ber. decl. in illud, Ecce nos

Unigenitus, qui eſt in ſinu Patris, nonne de ſecreto ſuo prodiit ad pu-

Digitized by Google

triam ſive idolorum ſervitutem appellat Apoſtolus, ſtirpitius evellant.

EXAMINA temetipſum, ſi beneficium poſſideas, quâ viâ ad illud perveneris; neque enim, qui ambitione aut avaritiâ impellente in illud ſe ingerunt, cæli januam ab oſtiario, id eſt, Salvatore noſtro aperiendam ſibi arbitrentur, cùm ille non noverit, niſi quos vocat. Quòd ſi verò beneficium nondùm obtinueris, decerne firmiter, nec quærere illud nec acceptare unquam tam ſiniſtrâ atque damnabili intentione permotus.

Novit Dominus viam juſtorum & iter impiorum peribit. Pſal. 1. 6.

...blicum noſtrum? Nonne de cælo deſcendit ad terras, ut prædicatione & converſatione ſua perſuaderet hominibus contemptum mundi? Nonne quod prædicavit, & vos debetis prædicare? Quod diſſuaſit, diſſuadere, quod perſuaſit, perſuadere? A Chriſto dicti eſtis Chriſtiani. Nonne ea via, quâ Chriſtus ambulavit, & vos debetis ambulare? Nonne ſicut converſatus eſt, & vos debetis ejus Vicarii converſari? Ita planè, niſi fortè doctiores fueritis, vel ſanctiores. S. Bernard: ſerm. ad Paſt. in Syn.

Hoc ſcitote intelligentes, quid omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Epheſ. 5. 5.

MEDITATIO LX.

De via legitima, quâ in beneficia introeundum eſt.

1. Imprimis vocatum huc eſſe oportet, atque animo opus eſt cuncta illorum munia adimplendi.
2. Methodus dignoſcendi, nùm hæc tibi vocatio atque intentio ſit, dùm beneficium offertur.

Ego ſcio, quos elegerim. Ioan. 13. 18.

Cognovit Dominus, qui ſunt ejus. 2. Tim. 2. 19.

Qui autem intrat per oſtium, ... huic oſtiarius aperit. Joan. 10. 2. & 3.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, legitimè in beneficium quodpiam introituro non ſufficere, ut ab omni avaritiæ atque ambitionis ſpiritu alienus ſit, neque poſtulet illud velut ſtipendium, neque fraude aut dolo aut lite aut ſubreptione, nedùm ſimoniâ aut confidentiâ, ut ſuprà viſum eſt illud obtineat; ſed vocatum præterea huc eſſe oportet, præſertim ſi beneficio, quod quærit aut ei offertur, cura animarum con-

Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me traxerit eum. Ioan. 6. 44.

Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. Pſal. 67. 12.

Dabit voci ſuæ vocem virtutis. Ib. 34.

Digitized by Google

conjuncta ſit. Ratio eſt, quia imprimis citrà vocationem, ſalvandi alios nulla ſpes affulget; cùm enim ſermoni dare incrementum nonniſi Dei ſit, nunquam illud verbo eorum daturus eſt, quos ipſe non miſit: *Quomodò verò prædicabunt, niſi mittantur?* Rom. 10. 13. ità nimirùm, ut in animabus fructum faciant. Imò verò perdendo alios, primùm perdunt ſemetipſos; quòd ſi enim vel ii, qui verè vocati ſunt, prægrandi nihilominùs ſalutis ſuæ diſcrimini ſe arbitrentur expoſitos; quid illis tandem expectandum eſt, qui non annuente, imò verò invito Domino, ad laborandum in vinea ejus ſemet intrudunt? Præter vocationem, intraturo, ſicut oportet, in beneficium animo opus eſt, omnia beneficii munia atque conditiones, juxta intentionem Eccleſiæ ac fundatorum, fideliter adimplendi.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, methodum dignoſcendi, nùm hæc nobis vocatio atque intentio legitima ſit, dum beneficium offertur, nè fallamur, eſſe hanc imprimis, ut, teſte Gregorio, vires noſtras expendamus, eaſque cum onere nobis propoſito conferamus, ſedulò cogitantes, num requiſita nobis ad hoc talenta ſint, ſive quoad ſcientiam, ſive quoad mores; nunquam enim aut ignaros aut vitioſos vocabit huc Deus. Pedem proindè referamus oportet, ſi hac in parte deficere nos deprehenderimus.

Altera hæc eſt, ut periculum conſideremus, cui bonorum Eccleſiaſticorum tractatio expoſita eſt, exactam itidem rationem, quam de iis exacturus eſt Deus.

Tertia eſt, ut beneficium acceptemus nunquam, niſi conſultis prudentioribus, zeloſis, ſibique non ſtudentibus; quamvis enim vehementia nonnunquam deſideria perſentiſcamus ſerviendi, ut apparet, Deo in munere Eccleſiaſtico,

quæ

Neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat; ſed, qui incrementum dat, Deus. 1. Cor. 3. 7.

Ne fortè, cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar. 1. Cor. 9. 27.

Periclitamur omni hora. 1. Cor. 15. 30.

Beneficium datur propter officium.

Probet ſeipſum homo. 1. Cor. 11. 28.

Si quis ſine crimine eſt. quæ 1. ad Tim. 3. 10. & Tit. 1. 6. referuntur. *Ubi minus requirit Apoſtolus, quàm par ſit*, inquit S. Chryſ. hom. 10. in 1. Tim. 1. q. 1. eſſe non putanda.

Unuſquiſque ſuum noverit ingenium, & ad id ſe applicet, quod ſibi aptum elegerit: itaque quid ſequatur, prius conſideret, non ſolum noverit bona ſua, ſed etiam vitia cognoſcat, æqualemque judicem ſe ſui præbeat. S. Ambr. 1. off. c. 44.

Quid tibi, inſipiens, deliciæ ſapiunt? Quid divitiæ illæ cæcos delectant oculos, quibus mercaris tam grave judicium, tam duræ temetipſum obligas rationi? Univerſa ſiquidem, uſque ad quadrantem noviſſimum, exigêris. S. Bern. decl. in illud: Ecce nos.

Ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis. 2. Cor. 11. 14.

Apud nos non deſunt, qui nec Chriſtum induti, nec viſceribus miſericordiæ commoti, nec ad imperandum vocati, ultro

Digitized by Google

quæ zeli & charitatis colore obducuntur, maligni ſępiùs quàm Sancti Spiritus ſuggeſtiones ſunt, certè ambitionis aut avaritiæ, quæ honore & utilitate paſcuntur. Solet nimirùm Salvator noſter onerum hujuſmodi fugam potiùs, quàm deſiderium ambitumvè electis ſuis inſpirare, inclinante ad hanc virtute humilitatis, quæ verarum paſſim inſpirationum lapis eſt lydius.

venire non vlijntur. Procop. in c. 4. Iſa.

Nonnè hoc veriſſimum eſt, paucos admodùm reperiri, qui per hanc portam ad beneficia pertingant?

Neque enim ſignum regni occupare cæleſtis, aut illius timent imperii geſtare coronam, in quibus avaritia regnat, ambitio imperat, dominatur ſuperbia &c. S.Bern.de Converſ.ad Cleric.c.21.

MEDITATIO LXI.

De oneribus in genere, quæ beneficiatis quibuſcumque, beneficiorum ſuorum causâ, injecta ſunt.

1. Primum eſt, ut unico ad ſuſtentationem ſufficiente contenti ſint, nec plura poſſideant incompatibilia.
2. Alterum eſt, ut eam adhibeant Breviarii Lectionem, quæ diebus ſingulis adaptata eſt, muniis quibuſque & fundationibus ſatisfaciant, & ſuſtentationi ſuperflua in eleëmoſynas convertant.

Uſque ad mortem Domini, amor lucri ſe ingeſſerit, nec vitâ Salvatoris quæſtûs deſiderium paruit. Tit. de jejun ad finem operum. B.Cyprian. Ext.de Præb. c. execrabilis.

Qui ſentit commoda, ſentire debet & onera.

Maxima juris eſt ubicumque recepta, quæ inter cæteros potiſſimùm obligat Eccleſiaſticos, utpotè & honore ſublimiores, & bonis etiam temporalibus Laicos non rarò antecellentes.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, Beneficiatorum inter obligationes quatuor aut quinque eſſe potiſſimas. Prima eſt, ut unico ad ſuſtentationem ſufficiente beneficio contenti ſint; plura ſiquidem aut poſſidere aut ambire, eſt & rationi &

Neminem poſſe duo beneficia, ſi unum ſufficeret ad eum alendum, obtinere ſine peccato mortali. Sic TT. Pariſ.

Cum Eccleſiaſticus ordo pervertatur, quando unus plurium officia occupat, ſanctè ſacris Cano-

Digitized by Google

& juſtitiæ univerſæ quàm directiſſimè contraire; utpotè quod aliâ plerumque ſcaturigine promanare non poſſit, quàm vel avaritiâ inſatiabili, vel execrandâ ambitione. Undè & Synodus Tridentina prætextibus omnibus occurſura, grandeſque, quæ in Eccleſiam irrepſerant, corruptelas ſublatura, *quibuſcumque perſonis, quocumque titulo, etiamſi Cardinalatûs honore fulgeant*, plura poſſidere beneficia vetuit, non modò perſonalem reſidentiam requirentia, ſed & ſimplicia dumtaxat, etiam commendata. Altera eſt, ut beneficia non poſſideant incompatibilia, & perſonalem eodem tempore reſidentiam requirentia, quamvis etiam unicum ad vitam honeſtè ſuſtentandam non ſufficeret; ſic enim injuria irrogatur Eccleſiæ, cùm fieri omninò non poſſit, ut eodem tempore duobus in locis quis inſerviat; *Nemo enim poteſt duobus Dominis ſervire.* Matth. 6. 3. Sic populo auxilium ſubſtrahitur, quod ab eo, qui reſidere tenetur, præſtolari potuiſſet. Sic denique & Scripturæ authoritati, & Definitioni Conciliorum & Decretis Pontificiis contravenitur, & præſentiſſimo diſcrimini æterna ſalus exponitur. Neque verò conſuetudinem tibi in patrocinium adducas: *Conſuetudo enim ſine veritate*, inquit Cyprianus, Epiſt. 74 ad Pompeium, *vetuſtas erroris eſt.* Sed nec aliorum, quorumcumque tandem, innitaris exemplo: Quid enim? ſi paſſionibus ſuis ac præſertim cupiditate habendi excæcati, ipſi ſe in præcipitium conjiciant, hoſcinè ſubſequi tibi animus eſt? Graphicè hos depinxiſſe videtur Jeremias, dum turbæ cæcorum comparat ſine duce in plateis palpando incedentium, *& cùm non poſſent*, inquit, *tenuerunt lacinias ſuas*, atque adeò alter alterum ſequuntur. Eheu! quò hi cæci vergent, niſi de fovea in foveam, de malo in malum, inque funeſtum denique præcipitium?

Nonnè ſatiùs tandem eſt, viam eligere tu-

tio-

nibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Eccleſiis aſcribi: verum quoniam multi improbæ cupiditatis affectu ſe ipſos, non Deum decipientes, ea quæ benè conſtituta ſunt, variis artibus illudere, & plura ſimul beneficia obtinere non erubeſcunt, ſancta Synodus debitam regendis Eccleſiis diſciplinam reſtituere cupiens, præſenti decreto, quod in quibuſcumque perſonis, quocunque titulo, etiamſi Cardinalatûs honore fulgeant, mandat obſervari, ſtatuit, ut in poſterum unum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur, quod quidem, ſi ad vitam ejus cui confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominùs aliud ſimplex ſufficiens, dummodò utrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri. Hacque non modò ad Cathedrales Eccleſias; ſed etiam ad alia omnia beneficia, tam ſæcularia, quam regularia, quæcunque etiam commendata, pertineant cujuſcunque tituli, ac qualitatis exiſtant. Concil. Trid ſeſſ. 24. de ref c. 17. uſque ad med.

Si conſuetudinem opponas, advertendum quod Dominus dicit: Ego ſum veritas. Non dixit: Ego ſum conſuetudo, ſed veritas. Diſtinct. 8. can. ſi conſuetudinem.

Erraverunt cæci in plateis, ... cùmque non poſſent, tenuerunt lacinias ſuas. Thren. 4. 14.

tiorem? Illinè forſitan in hora mortis vades veſtri erunt?

PUNCTUM II.

CONSIDERA, tertiam Beneficiatorum obligationem eſſe hanc, ut eam Breviarii lectionem, quæ diebus ſingulis adaptata eſt, adhibere non negligant; ut enim Deo ſerviant, ut Deum laudent glorificentque, & inſtituta & iis collata beneficia ſunt, atque hinc illud axioma: *Datur beneficium propter officium.* Hinc itidem obligatio negligentibus, reſtituendi fructus. Neceſſe autem eſt, ut hanc recitationem & modeſtia & attentio & devotio & requiſita ab Eccleſia intentio comitetur. Quarta eſt, ut quàm fideliſſimè ſatisfaciant oneribus quibuſque ac fundationibus, Miſſarum celebrationibus, Officiis Divinis, Eccleſiarum reparationibus, Eleëmoſynis publicis, & penſionibus congruis, atque hanc ob cauſam beneficii primitias offerant, in quo nihil omninò juris habent, niſi illa præ omnibus perſoluta ſint. Quinta denique ac ultima eſt, ut ſuperflua redituum Eccleſiaſticorum in eleëmoſynas convertant atque opera pietatis, ibi potiſſimùm exercenda, ubi beneficia ſita ſunt.

EXAMINA te ſuper obligatione tertia & quarta, præſertim ſi quod tibi beneficium ſit: & vide, qui Breviarium recitâris, quomodo oneribus, functionibus, Eleëmoſyniſque debitis te impenderis; ne fortè querela, quam per Iſaiam fundit Dominus, in caput tuum concidat:

Populum meum exactores ſui ſpoliaverunt. Quare atteritis populum meum & facies pauperum commolitis? ..... Rapina pauperis in domo veſtra. Iſai. 3. 12. 15.

Omnes Principes eorum, qui dixerunt: Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei. Deus meus pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti, ſicut ignis qui comburit ſilvam, & ſicut flamma comburens montes: ita perſequêris illos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominiâ, & quærent nomen tuum Domine, erubeſcant, & conturbentur in ſæculum, & confundantur & pereant. Pſ. 32. 13. & ſeq.

Divinum officium diurnum pariter ac nocturnum ſtudioſè ac devotè celebretur. Conc. Lat. ſub Innocent. III. cap. dolentes.

Non gutture vel inter dentes, ſeu deglutiendo & ſyncopando dictiones, ſed reverenter verbis diſtinctis Officium perſolvatur. Conc. Baſil. ſeſſ. 21. cap. qualiter Horæ Canonicæ ſint recitandæ.

O miſerandam ſponſam talibus creditam paranymphis, qui aſſignata cultui ejus, propterea retinere quæſtui non verentur! Non amici profectò ſponſi; ſed æmuli ſunt. S. Ber. l. 4. de conſ. c. 5.

Hoc eſt poſſidendo contemnere, non ſibi, ſed aliis poſſidere, nec habendi cupiditate Eccleſiæ facultates ambire, ſed eas pietate ſubveniendi ſuſcipere. S. Proſp. l. 1. de vit. act. c. 9.

MEDITATIO LXII.

De obligatione peculiari Beneficiatis injectâ bona Eccleſiaſtica in bonum uſum convertendi.

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſtici bona ſua Eccleſiaſtica in bonum uſum convertere tenentur.
2. Ecquis malus uſus, in quem paſſim convertuntur?
3. In quo, juxta PP. ſententiam, bonus ille uſus conſiſtat?

Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſupra familiam ſuam, ut det illis (id eſt, pauperibus) *in tempore tritici menſuram?* Luc. 12. 42.

Sanè, ſi de Beneficiatis hoc intelligatur, reſpondeti poteſt: pauci admodum.

PUNCTUM I.

Res pauperum non pauperibus dare, par ſacrilegii crimen eſſe dignoſcitur: ſanè patrimonia pauperum, facultates ſunt Eccleſiarum, & ſacrilegâ eis crudelitate ſurripitur, quidquid ſibi miniſtri & diſpenſatores, non utique domini vel poſſeſſores, ultra victum accipiunt & veſtitum. S. Bern. decl. in illud, Ecce nos.

Hi ſancti viri facultates Eccleſiæ, non ut poſſeſſores, ſed ut procuratores poſſidebant; non eas in ſuos uſus vindicantes, ut proprias, ſed ut commendatas, pauperibus dividebant. S. Proſp. de Hilario. Paul. & aliis loquens l. 1. de vit. cont. cap. 9. 10.

CONSIDERA rationes, ob quas Beneficiati bona Eccleſiaſtica in bonum uſum convertere tenentur? Imprimis quia horum non ſunt niſi adminiſtratores, diſpenſatores, procuratores aut œconomi; neutiquam verò proprietarii ac Domini. Hi tituli ſunt, quibus eos nuncupant veteres quique authores ac Sancti Patres in ſcriptis ſuis, imò & Eccleſia in Conciliorum ſuorum Canonibus. Deinde omnia bona hæc, qualiacumque fuerint, ſive decimæ, ſive oblationes, ſive primitiæ, ſive reditus alii temporales, ex natura ſua & inſtitutione, uti Doctores loquuntur, vota ſunt fidelium, pretia peccatorum & patrimonium pauperum: quæ omnia ſatis ſuperque denotant, quem ob finem poſſideri debeant. Unde & ſancti Patres, e.g. Auguſtinus, Chryſoſtomus, Hieronymus, Bernardus aliique quam plurimi (quos hac de re conſulere non gravabere) furti eos & ſa-

ſacrilegii accuſare non dubitant; qui bonis illis abutuntur aut profanos in uſus illa convertunt.

Amico quippiam rapere furtum eſt; Eccleſiam fraudare, ſacrilegium eſt: accepiſſe, quod pauperibus erogandum ſit, & eſurientibus plurimis vel cautum eſſe velle vel timidum, aut quod apertiſſimi ſceleris eſt, aliquid inde ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperat. S. Hier. ep. ad Nepot.

PUNCTUM II.

CONCLUDE hinc, quinam ſint uſus perverſi, in quos paſſim convertuntur. Convertuntur imprimis in uſus profanos, v. g. domorum extructionem, equorum canumvè pabulum, ſupellectilis inutilis emptionem, prædiorum acquiſitionem, donariorum exhibitionem, conviviorum apparatum, luxuſque ſuperfluos. Deindè cùm beneficii, quod v. g. filius obtinet, proventus recipit paterfamilias, eoſque, cùm vivere poſſit aliundè, vel alendæ familiæ vel copulandis conjugio liberis vel munerandis domeſticis vel famulitio denique menſævè augendis, aliiſque ſimilibus impendit. Quamvis enim aliâ quâcumque opportunitate præferendi ſint conſanguinei; in bonorum tamen Eccleſiaſticorum diſtributione non ſecùs attendendi ſunt, quàm primi pauperes, quemadmodùm, poſt cætera quæque Concilia, præſertim nos edocet Tridentinum.

De altari vivat, non luxurietur, non ſuperbiat, denique non ditetur. Non ſibi de bonis Eccleſiæ ampla palatia fabricet, mutans quadrata rotundis: nec loculos inde congreget, nec in vanitate aut ſuperfluitate diſpergat, non extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos, aut neptes, ne filias dixerim, nuptui tradat. S. Bern. decl. in illud. Ecce nos.

PUNCTUM III.

CONSIDERA ceu remedium, in quo bonorum Eccleſiaſticorum bonus uſus conſiſtat: In eo, inquiunt SS. Patres, ut cum, attentâ ſuâ conditione, neceſſariam indè ſuſtentationem deſumpſerit Beneficiatus, in pauperum ſubſidia atque Eccleſiæ, in qua ſitum eſt beneficium, neceſſitatem reliqua convertantur; *Non enim debent in aliis uſibus, quàm in Eccleſiaſticis & Chriſtianorum fratrum vel indigentium converti*, inquit Papa Urbanus.

Omnino interdicit Sancta Synodus, ne ex reditibus Eccleſiæ Clerici conſanguineos familiareſve ſuos augere ſtudeant, cum & Apoſtolorum canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent, ſed ſi pauperes ſint, iis ut pauperibus diſtribuant, eas autem non diſtrahant, nec diſſipent illorum cauſâ. Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 1. de ref. poſt med.

Vide jam, in quo tu hucuſque deliqueris quoad bonorum tuorum Eccleſiaſticorum diſtributionem; Vide, an tibi vel alteri non inutiles expen-

penſas adhibueris: num eleemoſynas indè erogaveris? Quod ſi enim in bonorum temporalium diſpenſatione fidelis non fueris, ecquis ſpiritualia tibi, id eſt, theſauros, gratiam & merita Sanguinis Filii Dei concrediturus eſt? Horum ſanè quàm illorum adminiſtratio difficilior multò eſt, pleniorque periculi.

Gloria Epiſcopi eſt pauperum opibus providere: ignominia Sacerdotum eſt propriis ſtudere divitiis. S. Hier. Ep. ad Nepot. 1. Epiſt. Decr. ad omnes Chriſtianos.

Qui in modico iniquus eſt, & in majori iniquus eſt. Et ſi in alieno fideles non fuiſtis (cujuſmodi proventus ſunt Eccleſiaſtici, quos perperàm impendiſtis) quis opes vobis bonaque concredet æterna, quæ propriè veſtra ſunt, utpotè cùm alium ob finem creati non ſitis?

Quod veſtrum eſt, quis dabit vobis? Luc. 16. 12.

Clamant nudi, conqueruntur, & dicunt: Noſtrum eſt quod effunditis, nobis crudeliter ſubtrahitur, quod inaniter expenditis. Et nos etiam Dei plaſmatio, & nos ſanguine Chriſti redempti ſumus, noſtris neceſſitatibus detrahitur, quidquid accedit vanitatibus veſtris; duo denique mala de una predeunt radice cupiditatis, dum & vos vanitate peritis, & nos ſpoliando perimitis. Iumenta gradiuntur onuſta gemmis, & noſtra non curatis crura nuda caligulis. Et hæc pauperes modò quidem coram Deo tantum, cui corda loquuntur. Cæterùm in futuro ſtabunt in magna conſtantia adverſus eos, qui ſe anguſtiaverunt; ſtante quippe pro eis Patre orphanorum, & Iudice viduarum. Ipſius enim tunc vox erit: quamdiu non feciſtis uni de his minimis meis, nec mihi feciſtis. S. Bern. Epiſt. ad Henr. Sen. cap. 2.



ME-

MEDITATIONUM
DE VITA
ECCLESIASTICA
PARS TERTIA,
UBI AGITUR
De Sacramento Ordinis in genere & de Ordinibus Minoribus in ſpecie.

MEDITATIO LXIII.

De excellentia Sacramenti Ordinis à Salvatore noſtro in Eccleſia inſtituti.

1. Quamobrem Salvator noſter Ordinem eſſe voluerit in Eccleſia?
2. In quo Ordinis excellentia decórque conſiſtat?
3. Concluſiones hinc deducendæ.

Quæ autem à Deo ſunt, ordinata ſunt. Rom. 13. 1.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quam ob rem Salvator noſter Ordinem eſſe voluerit in Eccleſia. Quia imprimis res quæcumque bonæ non ſunt, niſi quatenus ordinatæ ſunt, nec citrà ordinem ſubſiſtere poſſunt, id eſt, niſi ſuperioribus inferiora ſubdantur; quemadmodùm in ſtatu naturæ & gloriæ videre eſt. Quos inter cùm medius quodammodò ſit Status Eccleſiaſticus, Eccleſia inſuper tamquam inconcuſſum veritatis fundamentum perennis eſſe debeat, Ordinem hîc inſtitutum oportuit. Prætereà mirabilis Eccleſiæ unitas in illa Miniſtrorum varietate plùs eluceſcit, ſig-

Omnia quantò magis ordinata ſunt, tantò magis utique bona ſunt, quanto autem minus moderata, minus pretioſa, minus ordinata ſunt, minus bona ſunt. S. Aug.

Ad hoc diſpenſationis divina proviſio gradus diviſos & ordines voluit eſſe diſtinctos, ut, dum reverentiam minores potioribus exhiberent & potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordia fieret, ex diverſitate contextio & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingule-

Digitized by Google

ſignumque irrefragabile, quo vera Religio à falſa, Catholici, inquam, diſtinguantur ab Hæreticis, utpotè quorum hi caput non agnoſcentes, turbent omnia atque confundant. Denique cum aliorum Sacramentorum inſtitutione aliis quibuſque vulneribus noſtris remedium adhibuiſſet Salvator noſter, v. g. peccato originali Baptiſmum, actuali Pœnitentiam, peccatorum reliquiis Extremam Unctionem, infirmitati noſtræ Confirmationem, noſtræ erga peccatum propenſioni Euchariſtiam, concupiſcentiæ Matrimonium; reliquum erat, ut & magno iſti ignorantiæ malo medicaturus, Ordinem inſtitueret.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo Ordinis hujus excellentia decorque conſiſtat. Imprimis in mira illa ſubordinatione ac dependentia, quâ Eccleſiaſticorum alii aliis, id eſt, inferiores ſuperioribus, v. g. Epiſcopis Sacerdotes, Sacerdotibus Diaconi (& ſic de cæteris) ſubjiciuntur. Deindè in reſpectu, quo omnes eorum functiones ac miniſteria finem reſpiciunt eumdem, id eſt, ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium, omnium myſteriorum noſtrorum longè auguſtiſſimum. In extenſione denique poteſtatis, quam in Corpus tùm naturale tùm myſticum D. N. Jesu Christi hominibus confert hoc Sacramentum, à qua & differentiam ſuam mutuatur, quando deſcribitur: *Signaculum quoddam, quo ſpiritualis poteſtas traditur Ordinato.*

Glorifica Deum *qui dedit poteſtatem talem hominibus*, & grates ei age, quocumque in gradu fueris, quòd ejus te participem reddiderit.

PUNCTUM III.

CONCLUDE hinc, quàm ſibi & Eccleſiæ injuriam irrogent Clerici, qui ignorantiæ imprimis immorantur: deindè qui inordinatè nec ſine

ſium. Neque enim univerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi hujuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſervaret; quia vera creatura in una eademque æqualitate gubernari vel vivere non poteſt, cæleſtium militiarum exemplar nos inſtruit; quia dum ſunt Angeli & Archangeli, liquet, quia non ſunt æquales, ſed in poteſtate & ordine, ſicut noſtis, differunt alter ab altero. Si ergò inter eos, qui ſine peccato ſunt, iſta conſtat eſſe diſtinctio, quis hominum abnuat huic ſe libenter diſpoſitioni ſubmittere? Dion. P. ep. ad Securum ep.

Ordo modum tribuit ac decorem, etiam & perpetuitatem. S. Ber.

A Subdiacono uſque ad Lectorem omnes ſubditi ſint Diacono, Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolythus, Acolytho Exorciſta, Exorciſtæ Lector, Lectori Oſtiarius, Oſtiario Abbas, Abbati Monachus in omni loco repræſentātes obſequium ſive in publico, ſive in gremio Eccleſiæ. Concil. Rom. ſub Sylv. c. 7. habetur d. 92.

Sacramentum Sacramentorum, aliorum ſignorum hierarchicorum efficacitas atque perfectio. Dion. c. 3. Eccl. Hier.

Adeo ut quæ Domino erant poteſtate propria, Petro, & ejus ſucceſſoribus, voluerit eſſe participatione communia. San.

ſine ſcandalo vivunt, cuilibet ſeſe arti, teſte Bernardo, præterquam ſuæ ipſorum, immiſcentes: qui denique nec perſonæ ſubduntur ulli nec obſtringuntur Eccleſiæ, ſed à cujuſcumque immunes volunt eſſe arbitrio, nec miniſterio ulli aut functioni Eccleſiaſticæ ſeſe dedere; ***vagos*** & ***acephalos*** hoſce Canones vocitant.

VIDE, an ignorantiæ & tu aut certè ſcandalo non ſis obnoxius: an ſuperioribus tuis, ſuperioribus, inquam, vel ſolo Ordine, debitam exhibeas reverentiam. Quòd ſi enim hoc vel illo modo ordinem hîc perverteris aut dehoneſtâris, non alibi, teſte Bernardo, poſthac ordinabêre, quàm

Ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Job. 10. 21.

Leo ſer. in anniv. Aſſumpt. ſuæ. Et ſer. 2. in nat. SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.

Benedictus Deus, qui dedit poteſtatem talem hominibus. Matth. 9. 8.

Si quis ignorat, ignorabitur. 1. Cor. 14. 38.

Clerici aliud eſſe, aliud videri volunt. Nam habitu milites, quæſtu Clericos, actu neutrum exhibent: Nam neque pugnant ut milites, neque evangelizant ut Clerici. Cujus ordinis ſunt, cùm utriuſque eſſe cupiunt, utrumque deſerunt, utrumque confundunt? Unuſquiſque in ſuo ordine reſurget, iſti in quo? Vereor iſtos non alibi ordinandos, quam ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. S. Bern. l. 3. de conſ. c. 50.

MEDITATIO LXIV.

De Effectibus Sacramenti Ordinis.

1. Duo Effectus Sacramenti Ordinis.
2. Diſcrimen inter poteſtatem ſpiritualem, quæ Baptiſmo, & eam, quæ Ordine confertur.
3. Gemina concluſio momentoſa hinc deducenda.

Noli negligere gratiam, quæ eſt in te, quæ data eſt tibi cum impoſitione manuum Presbyterii. 1. Tim. 4. 14.

Ad te non minùs quàm Timotheum hæc monitio dirigitur, ut ad ſuſceptam in tui Ordinatione gratiam exercendam inducaris.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, duos eſſe effectus Ordinis potiſſimos, gratiam videlicet & characterem, productos à Spiritu ſancto, qui præter gratiam habitualem & ſanctificantem Sacramentis quibuſque communem, cujus largitur incrementum, virtutes inſuper & dona atque auxilia ſupernaturalia, quam gratiam dicimus Sa-

De gratia ſanctificante, ſic loquitur S. Gregor. Nyſſ. in Bapt. Chriſti.

Eadem verbi vis Sacerdotem auguſtum & honorandum facit, novitate benedictionis à communitate vulgi ſegregatum: quum enim heri ac tempore ſuperiore unus multitudine ac plebe eſſet repente redditus præceptor, præſes, doctor pietatis, myſteriorum latentium præſul, & licet nihil quoad ſpeciem externam attinet, vel corpore, vel for-

Sacramentalem, pro varietate poteſtatis & gradûs, quos in Eccleſia obtinemus, cuique noſtrûm in Ordinatione impertitur, ut miniſteriis, quibus nos impendit, dignè fungamur. Quam poteſtatem ſignificaturus, qualitatem quamdam ſpiritualem indelebilem, quam paſſim dicimus characterem, quâque fit, ut Sacramentum hoc iterari non poſſit, noſtris imprimit animabus.

PUNCTUM II.

Considera, quòd, licet & in aliis quibuſdam Sacramentis, v.g. Baptiſmo, cum gratia ſanctificante poteſtas quædam ſpiritualis conferatur, multùm tamen interſit hanc inter & illam, quæ Ordinatione donatur. Imprimis enim purè paſſiva eſt, quæ Baptiſmo confertur, id eſt, jus tribuens baptizato cætera quoque Sacramenta ſuſcipiendi: At verò poteſtas Ordinis activa eſt., id eſt, idcircò donata, ut cætera quoque Sacramenta adminiſtrentur. Ex quo fit, ut hæc primarius ſit effectus Ordinis; illa verò nonniſi Baptiſmi ſecundarius. Præterea non recipit baptizatus poteſtatem ſuam niſi pro ſe; recipit verò ſuam Ordinatus pro utilitate totius Eccleſiæ.

PUNCTUM III.

Considera & deduc inde geminam concluſionem momentoſam. Prima eſt hæc: ſi poteſtas Ordinatione tibi collata ſpiritualis eſt, non utique ob fines temporales eoſque abjectos exercenda eſt, v. g. ob conciliandam hominum benevolentiam, ob turpe lucrum, atque his ſimilia. Altera hæc eſt: ſi poteſtas hæc activa eſt, id eſt, ad agendum tibi impertita, non in otio tibi degere licet, niſi & pœnam incurras talentum ſuum defodientis in terram, & impactam gentilibus exprobrationem: *Qui veritatem Dei in injuſtitia detinent.* Rom. 1. 18.

Discute temetipſum, quomodo data tibi in Or-

...ma mutatus ille ſit, inviſibili quadam gratia animam in melius transformatam gerit. S. Gregor. in c. 10. l. 1. Reg.

Samuel Saül in Principem unxit, Deus autem ei cor aliud immutavit, ut qui Sacrorum ordinũ Sacramenta ab Eccleſia doctoribus foris accipimus, ſed Sacramentorum virtute ab omnipotenti Deo interius roboramur. Virtus verè Sacramenti gratia eſt ſpiritûs ſeptiformis, quam certè gratiam qui accipiunt, quaſi alio accepto corde immutantur, quia quos gratiâ ſuâ Sanctus Spiritus donavit, ſiunt protinus quod non erant. S. Dion. c. 5. Eccl. Hier.

Manus impoſitio, ſimul quidem Divinum auxilium Sacramento annexum declarat, quo tanquam ſancti pueri, aut filii patris charitate foventur, ita ut quidem eis habitum & virtutem Sacerdotalem largiatur, contrarias autem ab eis poteſtates ſimul amoveat. De gratia Sacramentali, loquitur Conc. Mog. 1. p. eorum quæ ad doctrinam ſpectant c. 35. dum ait:

Rite ordinatis gratiam divinitus conferri, quâ ad Eccleſiaſtica munera ritè & utiliter exercenda apti & idonei efficiantur, & quia rara ſunt & efficacia, quæ à ritè ordinatis in Eccleſia, juxta Chriſti & Eccleſiæ inſtitutionem geruntur. Hancque gratiam eſſe ordinis & muneris, non hominum

Digitized by Google

Ordinatione poteſtate hucuſque ſis uſus, cui eam impenderis & num eam executioni mandâris, Ordinis tui miniſterio perfunctus. Decerne id agere, ſi adhuc non egeris; ne enim cæleſtis hic ignis Divinæ gratiæ Ordinatione accenſus, in cordibus noſtris extinguatur, imò verò ut tota vis ejus exeratur, fideli quotidie ac ſedulo Ordinis noſtri miniſterio inflammandus eſt, juxta illud Apoſtoli chariſſimum diſcipulum admonentis:

Admoneo te, ut reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te, per impoſitionem manuum mearum. 2. Timoth. 1. 6.

aut perſonarum. De charactere loquitur. S. Aug. l. 2. de bono conjug. c. 24. *dum ait: Manet in illis (ordinatis) Sacramentum ordinationis & ſi aliquâ culpâ aliquis ab officio removeatur, Sacramento Domini ſemel impoſito non carebit, quamvis ad judicium permanente.* Item l. 2. cont. Parm. c. 11. Serm. de geſtis cum Emerico Concil. Tol. 8. c. 7.

Gratiam Dei transferentes in luxuriam. Judæ ℣. 4.

Tollite ab eo talentum & date ei, qui habet decem talenta, omni enim habenti dabitur & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores. Matth. 25. 28. & ſeqq.

Serve male & piger, oportebat committere pecuniam meam numulariis? Matth. 25. 26. 27.

MEDITATIO LXV.

De Diſpoſitione generali ad Ordines ſuſcipiendos.

1. Quanta ſit ad Ordines ſuſcipiendos ritè ſe diſponendi neceſſitas?
2. In quo diſpoſitio hæc tùm proxima tùm remota conſiſtat?
3. Methodus hujus diſpoſitionis acquirendæ.

Præparate corda veſtra Domino. 1. Reg. 7. 3.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quanta ſit ad Ordines ſuſcipiendos ritè ſe diſponendi neceſſitas. Imprimis quia, cùm ſuſcipi nequeant niſi ſemel, horribilis eſſet profanatio & ſacrilegium execrabile, hos indignè ſuſcipere: Deindè Sacramentum hoc non ad privatam ſuſcipientis, ſed ad communem totius Eccleſiæ confertur utilitatem; ex quo deducit S. Leo, quod *nullum eſt Sacramentum, quod magìs accuratè & dignè dandum vel accipiendum ſit: cætera enim Sacramenta unicuique propter ſe dantur; iſtud ſolum non propter ſe ſolum, ſed propter alia datur.* Undè

Hic eſt enim ordo naturalis, purgari prius, deinde purgare; ſapientiâ inſtrui, atque ita demum alios ſapientiâ inſtruere; lux fieri & alios illuminare; ad Deum appropinquare, & ita alios deducere; ſanctificari, & poſtea ſanctificare. S. Gregor. Naz. orat. 1. cauſâ 1. q. 1. c. ſi quis Epiſ.

Quo affectu ac propoſito accedant ordinandi, videndum, accurateque inveſtigandum: num vi-

Digitized by Google

dè & ipſum ſe priùs paraſſe videmus Salvatorem, quàm hujus functioni ſe dederet, treſque integros annos impendiſſe, quibus ad hoc præpararet Apoſtolos, ut, quemadmodùm ipſe fecit, ita & nos faciamus. Denique quia indignè ſuſcipientes, gratiam non recipimus Sacramentalem, id eſt, non tenetur nobis Deus auxilia dare actualia, quæ reliquo vitæ noſtræ decurſu ad dignè obeunda Ordinis noſtri miniſteria requiruntur.

delicet, Dei cauſâ tantùm, an potius ſua commoditatis gratiâ ad ordines capeſſendos aſpirent, quærentes quæ ſua ſunt, non quæ Iesu Christi: *quid eſt enim ſua quærere, niſi cum tales non gratis Deum diligunt, non Deum propter Deum quærunt temporalia commoda ſequentes, lucris inhiantes, & honores ab hominibus expetentes?* Conc. Col. 1. part. c. 91.

Sive vir, ſive mulier, qui non vocatus, interius atrium Regis intraverit; abſque ulla cunctatione ſtatim interficiatur, niſi forte Rex auream virgam ad eum tetenderit pro ſigno clementiæ, atque ita poſſit vivere. Eſth. 4. 11.

Quis ego ſum ſervus tuus; quoniam reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mei? 2. Reg. 9. 8.

Qui enim honoris eſt author, ipſe fiet adminiſtrationis adjutor, & ne ſub magnitudine gratiæ ſuccumbat infirmus, dabit virtutem, qui contulit dignitatem. S. Leo ſer. 2. in die Aſſumpt. ſuæ.

Subdiaconatum ſuſcepturus, quod idem dicas habita proportione, de aliis ordinibus, quò diligentius vitæ perpendat rationem, cui ſe illum recipiendo ſanctè aſtringit, ac proinde re tota accuratius deliberata puriori mente ardentiorique animi voluntate ad rem tanti momenti, accedat: priuſquam eo ſacro

PUNCTUM II.

Considera, in quo conſiſtat hæc diſpoſitio. Duplex eſt diſpoſitio ad Ordines ritè ſuſcipiendos neceſſaria, altera proxima, altera remota. Diſpoſitio remota eſt vocatio, puritas intentionis, teſtimonium habere bonum, Status gratiæ, nôſſe ea, quæ ſuſcipiendus Ordo requirit. Diſpoſitio proxima eſt, quæ Ordinationem aut præcedit aut comitatur. Ante hanc autem conſiderare imprimis oportet, quam poſt Baptiſmum aut Ordinem ultimò ſuſceptum vitam duxerimus, atque adeò perſpecta crimina erubeſcere: Conſiderare deindè excellentiam Ordinis ſuſcipiendi, & ex aſpectu indignitatis noſtræ nos humiliare: Gratiam denique ritè hunc ſuſcipiendi à Domino noſtro implorare.

Ipſius verò Ordinationis decurſu ad illum finem, ob quem Ordinem ſuſcipiendum Chriſtus inſtituit, dirigenda intentio eſt, & quævis alia, quæ forſan occurrere poſſet, ſemovenda. Deindè magnam præ ſe modeſtiam ferre neceſſe eſt, magnam precibus, monitionibus, ceremoniis ab Epiſcopo adhibitis, ac præſertim iis, vi quarum donatur Ordo atque confertur, adhibere attentionem.

PUNCTUM III.

Considera methodum hujus diſpoſitionis acquirendæ imprimis eſſe hanc, ut quis cor-

Digitized by Google

cordis ſui receſſus coràm Deo ſcrutaturus, eique negotium hoc, tamquam ſaluti noſtræ admodùm conducibile, ferventi prece commendaturus, aliquamdiu ſecedat: Deindè ut opera quædam bona, e. g. jejunium, eleëmoſynam hunc in finem exerceat. Denique ut prudentem aliquem, zeloſum, nec hujus rei imperitum conſulat, nè quid temerè egiſſe videatur.

Quòd ſi ad tui Ordinationem diſpoſitionem hanc nequaquam attuleris, nîl tibi ſupereſt, niſi pœnitentia; aut certè, ſi quis Ordo etiamnùm tibi ſuſcipiendus eſt, illius acquirendæ fidele propoſitum. Illam ſanè ut acquiras, permagni tuâ intereſt; quantum enim diſpoſitionis allaturus, tantùm & gratiæ relaturus es;

Dabit enim Deus unicuique ſecundùm ſuam virtutem. Matth. 25. 15.

ordine initietur, aliquem ſemotum locum adeat, ubi ab omnibus curis, & occupationibus liber, cum omni anteacta vita ſua, diligenti conſciētia diſcuſſione, peccata ritè confiteatur, tum in ſalutaribus meditationibus, aliiſque ſpiritualibus exercitationibus totus verſetur; duce & moderatore ſibi adhibito religioſo viro, earum uſu perito, quem Epiſcopus in primis probarit: in illis autem vel menſe, vel longiori, breviorive tempore perſiſtat, prout de moderatoris conſilio Epiſcopus expedire cenſuerit, quas item exercitationes præſcripto & modo & tempore, Diaconi cum ad Sacerdotii gradum acceſſuri ſunt, piè ineant. Concil. Med. 4. conſt. p. 2. Tit. quæ pertinent, ad ſacram Ordin.

MEDITATIO LXVI.

De eo, quod in gratiarum actionem poſt Ordinationem agendum eſt.

1. Quanti referat Ordinationis agnoſcere beneficium?
2. In quo conſiſtat hæc agnitio?
3. Quæ methodus, beneficii hujus memoriam ſingulos in annos refricandi?

Vade.... & annuntia, quanta tibi Dominus fecerit. Marc. 5. 19.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, non ſufficere, ut Ordinem quis ſuſceperit non citra diſpoſitionem præcedenti meditatione ſuggeſtam; at verò, cùm grande ſit beneficium, meritumque noſtrum innumeris paſſibus antecellens, vel ipſam Tonſuram, nedùm minores Ordines, ſuſcepiſſe, quàm maximè illud agnoviſſe neceſſe eſt, ne fortè in peſſimum ingratitudinis vitium pro-

Quoniam etſi neceſſarium eſt trepidare de merito, religioſum eſt tamen gaudere de dono. S. Leo ſer. 1. in die Aſſumpt. ſuæ.

Peremptoria ſiquidem eſt ingratitudo, hoſtis gratiæ, inimica ſalutis. S. Bernard.

Digitized by Google

Ingratitudo, ventus urens, ſiccans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ. Idem ſerm. 51. in Cant.

Vide ſermonem integrum apud eundem, contra peſſimum vitium ingratitudinis.

labamur, quæ, teſte Bernardo, *Ventus urens eſt, ſiccans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ.*

PUNCTUM II.

CONSIDERA, agnitionem hanc, quam pro pro ſuſcepto quocumque Ordine Deo debemus, in duobus potiſſimùm tribuſve conſiſtere, quorum unum mox ab Ordinatione, alterum toto vitæ decurſu, tertium ſemel ſingulos in annos agendum eſt. Mox ab ipſa Ordinatione & diebus nonnullis ſubſequentibus, ſuſcepti de manu Dei beneficii magnificentiæ, Ordinis ac gradûs, ad quem evecti ſumus, excellentiæ ac ſanctimoniæ contractiſque indè oneribus expendendis temporis nonnihil impendendum eſt, ut & gratiarum & humilitatis & reverentiæ actus & exercendorum muniorum propoſita eliciantur. Singulos autem in dies, manè & veſperi agendæ ſunt Deo gratiæ, quòd immeritos nos Miniſtros elegerit, quòdque ad dignitatem tam ſublimem in Eccleſia evexerit. Singulos denique in annos eo die, quo Ordinem ſuſcepimus, memoria quædam feſtivitaſque anniverſaria celebranda eſt, qualem & Deus olim in Veteri Teſtamento Judæis, & nunc Summo Pontifici aliiſque Epiſcopis, Ordinationis eorum die anniverſariâ, præſcripſit Eccleſia, ut ſuſceptam in ſe gratiam quaſi reſuſcitent, renovent Deo factam oblationem, ſacriſque miniſteriis ſe denuò devoveant. Ut verò memoria hæc anniverſaria ritè celebretur,

PUNCTUM III.

Conferenda poſteriora prioribus, profeceriſne in virtute, in ſapientia, in intellectu, in ſuavitate morum: an ab his forte, quod abſit, defeceris, pa-

CONSIDERA, methodum quàm optimam eſſe hanc imprimis, ut diſcutiamus, quomodò in exercendis Ordinis noſtri muniis totius anni decurſu nos geſſerimus, quomodò erga Deum, erga proximum, erga noſipſos. Videamus

mus deindè, quis in his omnibus nos ſpiritus egerit. Siquid in his defectûs appareat, poſcatur venia, ſpondeatur emendatio, melioremque in Eccleſiaſticum evadendi propoſitum renovetur.

tientior ſis an impatientior ſolito, iracundior leniorne, inſolentior an humilior, affabilior an auſterior, exorabilior an difficilior, puſillior animo an magnanimior, ſerius magis an pluſculum diſſolutus, timoratior an forte fidêtior quàm oportet. Qualis in donandis injuriis, qualis in ulciſcendis, quàm in utroque providus modi, loci, temporis obſervator. S. Bern. l. 2. de conſid. c. 12.

Quòd ſi hâc methodo nondùm uſus es, uſurum deinceps te jam indè decerne, jamjam incipe examen hoc inſtituere, bonaque propoſita, quæ in tui Ordinatione conceperas, jam renova, cum Davide dicendo;

Et dixi: nunc cœpi. Pſalm. 76. 11.

MEDITATIO LXVII.

De obligatione, quâ Eccleſiaſtici quicumque exterioribus Ordinum ſuorum miniſteriis vacare tenentur.

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſtici quicumque, minoribus etiam Ordinibus tantùm inſigniti, Ordinum ſuorum miniſteria obire tenentur.
2. Quantum bonorum ex hiſce miniſteriis derivetur?

Vocatis decem ſervis ſuis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: negotiamini dum venio. Luc. 18. 13.

Ita Salvator noſter omnibus his, quos ad Statum vocat Eccleſiaſticum, quibus proindè gratiarum, talentorum, auxiliorumque divinitùs acceptorum lucrum demandat; quod utique comparare non poſſunt, niſi Ordinum miniſteria ſinguli exequantur.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſiaſtici quicumque, Tonſurâ etiam & minoribus tantùm Ordinibus inſigniti, Ordinum ſuorum miniſteria obire tenentur. Hæc imprimis intentio eſt D. N. JESU CHRISTI Sacramentum hoc inſtituentis, qui non aliam ob cauſam Ordinis poteſtatem nobis impertitur, gratiamque ſuam pollicetur, quàm ut illo ritè utamur,

Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelem. 1. Reg. 2. 35.

Quis, putas, eſt fidelis ſervus? Matth. 24. 45.

Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. Matt. 25. 22. & 23.

mur,

Digitized by Google

Hic jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur. 1. Cor. 4. 2.

mur, illiuſque miniſteriis dignè fungamur. Undè & inter alia, quæ à miniſtris exigit, fidelitas eſt etiam in minimis, ut ex ſexcentis Scripturæ locis manifeſtum evadit: Atqui fidelitas hæc in eo conſiſtit, ut miniſterium ſuum quis exequatur. Quid? quòd hoc ipſum in noſtri Ordinatione polliciti ſimus? cùm enim collaturus nobis Ordines Epiſcopus, ſingula eorum miniſteria ſigillatim expreſſit, horum utique onus injicere nobis voluit, cui & ſilentio noſtro plùs ſatis conſenſimus & acquievimus. Quod quidem uſque adeò verum eſt, ut ſi vel minoribus ſe quis Ordinibus inſigniendum offerret, quorum fungendi miniſteriis non haberet animum, juxtà Doctorum ſententiam, crimen enorme perpetraret, quòd Sacramentum aliquod violaret profanaretque, utpotè quod fine ſuo fruſtraretur, id eſt, alium ob finem illud reciperet, quàm ob quem inſtitutum eſt; finis enim iſte nonniſi exercitium eſt.

Navar. Hallier, & plurimi alii.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quantùm bonorum ex Ordinum exercitio derivetur, primum quidem in Deum, deindè verò in Eccleſiam, denique & in ipſum exercentem. Primum itaque Sanctiſſima Trinitas quam maximè indè glorificatur; quotquot enim exercitia Ordinis, tot & ſunt perfectiſſimi actus Religionis, nec unquam homines ad reddendam Deo laudem & gloriam vehementiùs excitantur, quàm tùm, cùm ſacroſancta hæc miniſteria intuentur, quæ verba hæc Evangelica eis exprimunt: *Benedictus Deus, qui dedit poteſtatem talem hominibus.* Matth. 9. 8. Deindè univerſa Eccleſia gratiarum varietate repletur, dùm ejus fidelibus merita paſſionis & mortis Salvatoris noſtri Ordinum exercitio applicantur: populus indè ædificationem, animæ purgatorii ſolamen accipiunt; tùm verò acies hæc

Terribilis ut caſtrorum acies ordinata. Cant. 6. 9 *Nauticam legem laudo, quæ gubernatori futuro primùm remos tradit, deindè ad proram eum collocat, ſicque prioribus muneribus ipſi commiſſis, tandem eum poſt diutur-*

Digitized by Google

hæc militantis Eccleſiæ tam ritè ordinata, quia quilibet in ſuo Ordine ſeſe continet, omnibus inimicis ſuis terribilis evadit ac formidabilis. Non parùm denique utilitatis ex Ordine recipit, qui ejus fungitur miniſterio, dùm novâ indies donatur gratiâ, dùm Spiritum Eccleſiaſticum paulatim imbibit, dùm ſuperioribus aptatur Ordinibus, dùm ceremonias eorum & ſignificantiam diſcit, dùm de omnibus, quæ ſtatus ejus atque conditio flagitat, e. g. officio Divino, Sacramentorum adminiſtratione &c. ſenſim ſine ſenſu edocetur.

nam remigationem ac ventorum obſervationem ad gubernacula conſtituis. Greg. Naz. or. 20.

Tunè itaque Deum velis fruſtrari gloriâ, quam ex tuo ſibi miniſterio ſpondet? Tunè, inquam, cujus eſt, hanc ei quoque modo procurare? Tunè velis Salvatoris noſtri atque Eccleſiæ expectationem fallere, teque perjurum reddere, dùm voto, quod Ordinem ſuſcipiens, emiſiſti, contravenire non metues? Quòd ſi hæc omnia ad fidele Ordinis tui miniſterium te inducere nequeant; inducat certè merces, quæ illi conjuncta eſt:

Qui enim benè miniſtraverint, bonum gradum ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ eſt in CHRISTO JESU. 1. Timoth. 3. 13.

MEDITATIO LXVIII.

Continuatio Meditationis præcedentis.

1. Quàm adverſetur intentioni Eccleſiæ neglectus miniſteriorum Eccleſiaſticorum ?
2. Quanta ex hoc neglectu mala proveniant ?

Inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores. Matth. 25. 30.

Expende hîc, quanta Eccleſiaſticis incumbat obligatio, Ordinum ſuorum miniſteria exercendi ; cùm Salvator in Evangelio ſervum illum tenebris adjudicet exterioribus, qui pecuniam Domini ſui inutilem detinuit, immò verò tanto eum rigore excipiat, quaſi eam perdidiſſet ac diſſipaſſet. Vt verò negotium hoc magis tibi perſuadeatur,

PUNCTUM I.

Ut ſanctorum Ordinum à Diaconatu ad Oſtiariatum functiones ab Apoſtolorum temporibus in Eccleſia laudabiliter recepta, & pluribus in locis aliquandiu intermiſſa, in uſum juxta Sacros Canones revocentur, nec ab hæreticis tanquam otioſa traducantur, illius priſtini moris reſtituendi deſiderio flagrans ſancta Synodus, decernit, ut in poſterum hujuſcemodi miniſteria, non niſi per conſtitutos in dictis Ordinibus exerceantur, omneſque & ſingulos Prælatos Eccleſiarum in Domino hortatur, & illis præcipit, ut, quantum fieri commode poterit, in Eccleſiis Cathedralibus, Collegiatis & Parochialibus ſuæ diœceſis, ſi populus frequens & Eccleſiæ proventus id ferre queant, hujuſmodi functiones cu-

CONSIDERA, quàm cura hæc exigua ac negligentia, nè dicam, contemptus miniſteriorum Eccleſiaſticorum intentioni adverſetur Eccleſiæ. Si verba expendas, quibus hæc utitur in Ordinum collatione, nihil ferè niſi eorum exercitium, officium, ac miniſterium nobis denotat inculcatque. Pro Tonſuratis imprimis orat, *Vt fidelem Deo cultum præſtent :* Pro Oſtiariis : *Vt famulos ſuos benedicere dignetur, quos in officium Oſtiariorum eligere dignatus eſt, ut ſit eis fideliſſima cura in domo Dei, diebus ac noctibus.* Lectores hortatur : *Officium veſtrum agnoſcite & implete.* Exorciſtas, *Vt ſtudeant, noſcant, & diſcant vitiis imperare.* Acolythos : *Sacris altaribus fideliter ſubminiſtrent.* Subdiaconos : *Vt in conſpectu ejus fideliter ſerviant.* Pro Diaconis orat : *Emitte in eos Spiritum tuum, quo in opus miniſterii tui fideliter exequendi, ſeptiformis gratia tua munere roborentur.* Pro Presbyteris denique : *Vt ſint providi cooperatores Ordinis, ut bonam rationem diſpenſationis ſibi credi-*

dita reddituri, æterna beatitudinis præmia conſequantur. Adeò ut vel ideò ab Ordinum ſuorum miniſterio eximi nequeant Eccleſiaſtici, nè vel mendacia tribuantur Eccleſiæ, vel omnes ejus ceremoniæ velut larvæ quædam explodantur. Idcircò ſcilicet & interſtitia decrevit, idcircò ſuperiorum Ordinum interdixit aditu, qui inferiorum miniſteria non exercuerint. Quòd ſi nôſſe cupias, quæ ſit, quàmque juſta horum decretorum cauſa,

rent reſtituendas, & ex aliqua parte redituum aliquorum ſimplicium beneficiorum, vel fabricæ Eccleſiæ, ſi proventus ſuppetant, aut ex utriuſque illorum eas functiones exercentibus ſtipendia aſſignent, quibus ſi negligentes fuerint; Ordinarii judicio, aut ex parte mulctari, aut in totum privari poſſint. Conc. Trid. ſeſſ. 2. 3, c. 17. de refor. in prin. Idem Concil. ſeſſ. 23. c. 11. Id ipſum ſatis innuit. Conc. Rom. ſub Sylveſt. Act. 2, cap. 11. Sardic. c. 13. Brach. 1. can. 58. Caius, Innoc. & alii innumeri. Con. Trid. ſeſſ. 7. c. 11. 13. 14. 16.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quanta ex hoc neglectu mala proveniant. Miniſteria ſacra tamquam Eccleſiæ non neceſſaria æſtimantur, vilipenduntur, contemnuntur: Exploduntur ab Hæreticis, qui ea divinitùs inſtituta ſibi perſuadere non poſſunt: Obeundis iis Laici ſeſe, imò & mulieres ingerunt; quod ſanè in pudorem vergit & confuſionem, nè dicam, ſcandalum ſæpè Chriſtianorum & in eorum, quibus hoc ex officio incumbit, condemnationem. Verbo ut abſolvam, neglectus iſte atque otium hujuſmodi operariorum in perturbatiſſimam Babylonem pervertit Eccleſiam.

Nonnè veriſſimum, nulli pejus ſerviri Domino, quàm Deo, dùm paucos adeò in ejus familia videmus, qui miniſterio ſuo ſatisfaciunt, cùm tamen operaturi in eam ingreſſi ſint?

Meditationi huic profundiùs immergere, & miſeriis his amariſſimè ingemiſce; nè augmentum adjice; nè fortè talentum tuum tibi auferatur, deturque alteri meliùs impendendum, neve de te dicat Salvator, à quo fructum expectavit, quem non recepit, quod de arbore dixit infructuoſa:

Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Luc. 19. 24.

Succide illam, ut quid etiam terram occupat? Luc. 13. 7.

Digitized by Google

MEDITATIO LXIX.

Quòd excuſationes & prætextus, quibus Eccleſiaſtici ab Ordinum ſuorum miniſterio ſe nituntur eximere, apud Deum non admittantur.

1. Pleræque excuſationes noſtræ à natura atque peccato procuduntur
2. Omnium excuſationum iſtarum origo ſuperbia intolerabilis eſt.
3. Aut certè humilitas inordinata, quarum utraque rejicitur.

Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Pſal. 140. 4.

PUNCTUM I.

Tergens os ſuum dicit, non ſum operata malum. Proverb. 30. 20.
Quiſquis injuſtè agit, facti defenſionem in promptu habet. S. Greg. Nazian. orat. in ſancta lumina.

CONSIDERA, precem hanc à Propheta Rege non abs re ad Deum directam; cum eò malitia hominum cæcitaſque devenerit, ut ſatis eis non ſit, committere mala, niſi & excuſationes comminiſcantur, quibus illa operiant, & nulla ſibi mala commiſſa perſuadeant.

QUOTIES tu methodum excogitaſti, quâ defectus tuos, ac præſertim miniſteriorum Eccleſiaſticorum excuſares, ſaltem minorum Ordinum, quibus minimè te aſtrictum eſſe, tibi perſuaſiſti? pœniteat facti: utque noveris, quàm toto cælo erraveris,

PUNCTUM II.

CONSIDERA, omnium excuſationum iſtarum, quibus ab Ordinum ſuorum miniſterio Eccleſiaſtici ſe nituntur eximere, originem aut ſuperbiam eſſe intolerabilem, aut humilitatem inordinatam, atque adeò apud Deum non admittendas. Quòd ſi enim miniſteriis tuis fungi te pudeat, quòd ſi ea tamquam vilia atque ita te

te indigna deſpicias; nonne hoc ipſum manifeſtum ſuperbiæ ſpecimen eſt, tam parvi facere, quod pluris, quàm omnem mundi magnificentiam Deus & Eccleſia & Angeli & Sancti faciunt? Uſque adeone, quæ Sancti Patres Angelica, quæ *Beatiſſima miniſteria* Imperatores appellant, quę nos ſuper omnes evehunt mundi dignitates, quæ Reges coram nobis principeſque inclinant, à tempore Apoſtolorum viluêre? Itanè verò & Stephano & Laurentio & Vincentio; quorum tam celebria in Eccleſia nomina ſunt, nos potiores ſumus? Tune forſitan multis nobilior Regibus, qui vel Miſſæ ſervire magno ſibi honori duxêre? An ipſi denique Salvatori citra blaſphemiam conferre te audeas? Atqui is, teſte Ambroſio, *Sic ad omnia ſe curvavit officia, ut ne Lectoris quidem aſpernaretur officium.* In cap. 4. Luc. O cæcitas formidabilis!

Lib. 29. C. de Epiſc. & Cler. S. Cypr. Celerinum Confeſſ. Lectoris honorat munere: *Quia*, inquit, *nec fas fuerat, nec decebat ſine honore Eccleſiaſtico eſſe, quem ſic Dominus honoraverat cæleſtis gloriæ dignitate, ideòque*, ſubjungit, *hunc ad me cum tanta Domini dignatione venientem, teſtimonio & miraculo ejus qui ſe perſecutus fuerat illuſtrem, quid aliud quam ſuper pulpitum in tribunal Eccleſiæ oportebat imponi?* Lib. 4. ep. 5.

PUNCTUM III.

CONSIDERA impedimentum aliud, rarius tamen præcedenti, quo ab Ordinum ſuorum miniſterio Eccleſiaſtici revocantur; hæc nimirum humilitas eſt inordinata, quam nonnulli prætexunt, dum acceſſu ſacrorum Altarium ſe rentur indignos: At vide, obſecro, excuſationis hujuſce futilitatem; aut enim dignus es acceſſu iſto aut indignus: ſi indignus es, neque Ordinem te oportuiſſet ſuſcipere, jamque ſaltem dignitati iſti acquirendæ te ſtudere oportet, ut minimis ſaltem ejus miniſteriis fungi valeas; quod ſi verò dignus es, non eſt cur Eccleſiam fruſtreris officio cui te obſtrinxit, niſi & pœnam talentum ſuum in terram defodientis incurrere libeat.

Illa eſt vera humilitas, quæ ad reſpuendum, quod utiliter præcipitur, pertinax non eſt, & ſic ſecunda eſt humilitas, ut non ſolvantur jura regiminis. S. Greg. Paſt. p. 1. c. 6

Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: quia ſervi inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. Luc. 17. 10.

Hîc ergo propoſitum renova, quod biduo præcedenti quoad Ordinum tuorum miniſteria elicuiſti; ſed neque reſpectui hominum debitum Deo poſtpone obſequium.

Qui enim me confuſus fuerit in generatione iſta adul-

adultera & peccatrice (qualis utique præſentis ſæculi eſt) *& Filius hominis confundetur eum in gloria Patris ſui cum Angelis ſanctis*. Marc. 8. 38.

MEDITATIO LXX.

De conditionibus requiſitis, ut Eccleſiaſtici Ordinum ſuorum miniſteriis dignè fungantur.

1. Diſpoſitiones remotæ.
2. Diſpoſitiones proximæ antè, inter aut poſt ipſum miniſterium.

Sancta Sanctè. Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi. Levit. 10. 3.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, duplicem eſſe diſpoſitionem, quam ad obeundum dignè miniſterium ſuum afferre oportet Eccleſiaſticum, alteram proximam, alteram remotam. Remotas inter prima eſt, ut ceremonias calleat earumque ſignificationes, ſic nimirum exactiùs illas exerciturus. Altera eſt, ut, quàm poteſt frequentiſſimè eaſdem exerceat, ſic utique ſuum erga eas affectum pretiumque demonſtraturus. Atque hoc eſt, quod Synodus Tridentina optare videtur, quando de Subdiaconis ſermonem faciens ita profatur: *Ii tantùm ad hunc gradum promovendi ſunt, qui Eccleſiis, quibus adſcribuntur, inſerviunt, ſciantque maximè decere, ſi ſaltem diebus Dominicis & ſolemnibus cum altari miniſtraverunt, Sacram Communionem perceperint.* Tertia eſt, ut in ſtatu gratiæ ſint; *immundis enim*, inquit S. Dionyſius, *nec Symbola tangere fas eſt.* Immò verò dæmoniacis deteriores Sanctus aſſeverat Chryſoſtomus, qui conſcientiam criminoſam ad altare afferre non metuunt. Quarta denique eſt, ut non ſine generoſa per-

Omnia honeſte & ſecundum ordinem fiant. 1. Cor. 14. 40.

Seſſ. 23. c. 13. de ref. Carth. 4. c. 10. Tol. 1. c. 5. Agat. c. 10. & 39. c. 13. 6. Syn. c. 80. Aur. 2. Lat. ſub Innoc. III. c. 13. Eccleſ. Hierarch. c. 3. hom. 83. in Matt. Dæmoniacis longè deteriores.

Sacroſancta Religio, qua Catholicam continet diſciplinam, tantam ſibi reverentiam vendicat, ut ad eam quilibet, niſi purâ conſcientiâ, non audeat accedere. Gelaſ. 19. p. q. 1. cap.

Digitized by Google

perſeverantia miniſterio noſtro fungamur; adeò ut nec magnatum potentia nec preces nec minæ nec quilibet reſpectus hominum ab eodem revocare nos valeant.

PUNCTUM II.

CONSIDERA conditiones propinquiores, cujuſmodi ſunt, quas vel antè vel inter vel poſt miniſterium ipſum obſervatas oportuit. Antequam illud aggrediamur, conſiderandum, quid aggrediamur, quantam ad hoc puritatem Deus exigat, quo illud pacto Sancti aggreſſi ſint, quantùm nos diſtemus ab illis, gratia Spiritûs ſancti imploranda eſt, neque præcipitatione neque conſuetudine nos ingeramus. Ipſius verò miniſterii decurſu attendendum, quid agamus, nec aliud cogitandum, condecens gravitas obſervanda, cum reverentia modeſtiaque tractanda myſteria, verba omnia diſtinctè pronuntianda. Completo denique miniſterio, examen breve, quod obiter & perfunctoriè fieri poteſt, commiſſorum fortaſsè defectuum inſtituendum eſt, exiguaque ad hos expiandos injungenda nobiſmetipſis pœnitentia. *Et in his omnibus*, inquit Bernardus, *honorificabitis miniſterium veſtrum, miniſterium, inquam, non vos.*

Ad ſingula hæcce capita te modò examina: ſæpiſſimè Ordinum tuorum miniſteria obiiſti? Annè hæc & ceremonias eorum probè nôſti? Idcircò ſcilicet Ordinibus initiatus es; quibus dùm functus es, annè decenti cum ſanctimonia, modeſtia & gravitate functus es? an verò conſuetudine dumtaxat ac præcipitantia?

Pœniteat te, meliora decerne, memorare, quòd in Ordinis exercitio

Spectaculum facti ſumus mundo & Angelis & hominibus. 1.Cor.4.9.

Propterea enim vos Deus hoc inſignivit honore: hoc veſtra dignitas eſt, hoc ſecuritas, hoc omnis corona eſt. S.Chryſ. hom. 8. Matth.

Quicumque Clericus alicui Eccleſiæ aſſcriptus, ubi Ordinis à ſe ſuſcepti functiones obeat, memor complurium ſanctorum, qui vel toto vitæ ſuæ tempore, vel multis ſaltem annis in alicujus, etiam minoris Ordinis miniſterio, munere verſati, ad altiorem Ordinis gradum provehi paſſi non ſunt, eorum recordatione exemploque excitatus, illud ſedulo curet, atque adeo efficiat, ut Ordinis, quo proximè initiatus eſt, præſcriptas functiones non clarè ſed humiliter, non rarò, ſed frequenter, non negligenti ſtudio, ſed accurata, veréque Clericali ſollicitudine & diſciplina piè, rectè, atque ritè præſtet; alioquin ſi in ſanctis his functionibus negligenter, contraque ac præceptum eſt ſe geſſerit, illud norit, eo voluntatis ſuæ teſtimonio ſibi apud Epiſcopum aditum præcludere, ad altiorem gradum aſcendendi. Conc. Med. 5. par. 3. tit. de initiandis Ordinis Sacram.

Digitized by Google

MEDITATIO LXXI.

De obligatione, quâ quilibet Eccleſiaſtici ſpiritalibus ac interioribus Ordinum ſuorum miniſteriis fungi tenentur; quæ profectò alia non ſunt, quàm animarum ſaluti allaborare.

1. Duplicia ſunt miniſteria, interiora & exteriora.
2. Quod multò magis interioribus obſtricti ſumus.
3. Quænam hæc ſint, juxtà Pontificale?

Ego poſui vos, ut eatis & fructum afferatis; & fructus veſter maneat. Joann. 15. 16.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, quemadmodùm Ordines quilibet Eccleſiaſtici hinc cultum reſpiciunt exteriorem, quem omnium actuum Religionis perfectiſſimo, id eſt, Sacrificio, Deo reddimus, iſthinc verò ſanctificationem animarum; ita & in ſingulis duplex reperiatur miniſterium duplici huic obligationi reſpondens; alterum exterius dumtaxat, quod circà Templa & Altaria; interius alterum ac ſpiritale, quod circà directionem populi verſatur. Hoc poſito

Docentes omnem hominem in omni ſapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in CHRISTO IESU: *In quo & laboro.* Col. 1. 28.

Omnes Ordines Eccleſiaſtici ad conſummationem ſanctorum creati ſunt.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quòd, ſi miniſteriis exterioribus, de quibus hactenùs, v.g. Oſtiarii, Lectoris, ſerviendi Miſſæ, Epiſtolæ Evangeliique canendi, celebrandi Miſſæ Sacrificii, tam arctè obſtringimur; multò ſanè arctiùs obſtringimur iis, quæ circa ſanctificationem verſantur animarum. Ea enim multò imprimis pretioſiora Deoque ſacratiora ſunt, utpotè cùm animæ neutiquam propter Templa & Altaria; ſed Templa po-

τὸ καὶ πάντων θειότερον θεοῦ συνεργὸν γίνεσθαι. Dion. c. 3. cæl Hier

Nihil eſt anima dignius, neque mundus ipſe totus poteſt ei comparari. S. Chryſ. hom. 8. in 1. ad Corinth.

Digitized by Google

potiùs & Altaria propter animas facta ſint. Præterea miniſteria exteriora nonniſi figuræ ſunt, quibus interiora denotantur ac ſpiritalia, quæ quilibet Ordo circà animas exercere tenetur, prout ex verbis patet, quæ Epiſcopus in Ordinis cujuſlibet collatione pronuntiat: Adeò ut Hypocritam ac Phariſæum acturus eſſet, qui hiſce neglectis iſta perageret.

Redempti enim ſumus non corruptibilibus auro, aut argento, ſed pretioſo Sanguine Filii Dei. 1. Pet. 1. 18. & 19.

Quid enim majus eſt aurum, an templum quod ſanctificat aurum? Mat. 23. 17.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quænam miniſteria ſint, quæ interiora vocamus & ſpiritalia: Hæc, juxta Pontificale, reducuntur ad tria, bonum videlicet exemplum, inſtructionem & Sacramentorum adminiſtrationem: quibus quilibet Eccleſiaſtici, ſinguli pro Ordinis ſui menſura ac latitudine, ſe dare tenentur. Hæc ſunt, ad quæ Eccleſia aut potiùs Spiritus ſanctus contractu nos obligat, quem cum illa inimus, cum illius obſequio nos mancipamus. Poſtquam enim exteriora nobis Ordinum noſtrorum, quoad Altaris miniſterium, declaravit officia, ſimilia nobis quoad animas propoſitionibus intelligibilibus atque moralibus agenda demandat: *Studete*, inquit Oſtiariis, *ut, ſicut materialibus clavibus Eccleſiam viſibilem aperitis & clauditis; ſic & inviſibilem Dei domum, corda fidelium dictis & exemplis veſtris claudatis Diabolo & aperiatis Deo.* Lectoribus: *Quatenùs auditores veſtros verbo pariter & exemplo veſtro docere poſſitis.* Exorciſtis: *Vt probabiles ſint medici Eccleſiæ tuæ.* Acolythis apprecatur *lumen ſcientiæ & rorem pietatis.* Subdiaconis: *Studete, ut iſta viſibilia miniſteria, quæ diximus, nitidè ac diligentiſſimè complentes, inviſibilia horum exemplo perficiatis.* Diaconis *ſuſtentandam commendat Eccleſiam ornatu ſancto, prædicatu Divino, exemplo perfecto.* Cætera in Pontificali legito. Et ſanè noſtróne nos charactere obſtringi credemus, ut lapides ornemus

Ad Presbyteros. *Tu Domine ſuper hos famulos tuos, quos ad Presbyterii honorem dedicamus, munus tuæ benedictionis infunde, ut gravitate actuum, & cenſura vivendi, probent ſe ſeniores, his inſtituti diſciplinis quas Tito, & Timo-*

Digitized by Google

mus mortuos templi inanimis, nec tamen vivum Spiritûs Sancti templum, id eſt, fideles ſanctificemus? Ut vaſa curemus ſacra, nonniſi ex metallo aliâvè materiâ corruptibili conflata, & prædeſtinatorum interim, qui in domo Dei vaſa ſunt in honorem, curam abjiciamus? Ut candelas accendamus, cæteraque ad Sacrificium neceſſaria præparemus, & fidem non accendamus & corda noſtra ad Sacrificii ejuſdem intelligentiam imitationemque non præparemus?

theo Paulus expoſuit, ut in lege tua, die ac nocte meditantes, quod crediderint doceant, quod docuerint imitentur; juſtitiam, conſtantiam, miſericordiam, fortitudinem, cæteraſque virtutes in ſe oſtendant, exemplo præbeant, admonitione confirment, ac purum & immaculatum miniſterii ſui donum cuſtodiant, & in obſequium plebis tuæ, panem & vinum in corpus & ſanguinem Filii tui immaculata benedictione transforment. Pontif.

Deduc ex omnibus hiſce concluſionem, & judica modò, nùm verum ſit, omnem omninò Eccleſiaſticum, quocumque ordine inſignitum, & verbo & exemplo animarum ſaluti allaborare debere? Quod verò ad temetipſum attinet, hoc impoſterum te acturum decerne, niſi perditarum te reum animarum coram Deo conſtituere malueris, quarum ſaluti non allaboraveris.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Matth. 7. 19.

ME-

MEDITATIO LXXII.

De numero & diſcrimine Ordinum.

1. Cur Salvator noſter plures eſſe voluerit in Eccleſia Ordines?
2. Quòd plures hi Ordines non niſi unum conſtituant Sacramentum.
3. Mirabilis unitas, quæ in Sacroſancta reperitur Euchariſtia.

Vidi ſeptem candelabra aurea & in medio filium hominis habentem in dextera ſua ſtellas ſeptem. Apoc. 1. 13. & 16.

Numerus hic candelabrorum ſtellarumque myſticus, qui Ioanni in Apocalypſi apparuit, perfectiſſima ſeptem Ordinum, quos in Eccleſia Chriſtus inſtituit, imago eſt; quorum ſubordinationem priuſquam aſpicias,

PUNCTUM I.

CONSIDERA, cur Salvator noſter plures eſſe voluerit in Eccleſia Ordines. Ut hoc imprimis miniſtrorum numero ac varietate, qui divino mancipantur obſequio, Deus amplius honoretur. Facit hoc inſuper ad majorem Sacerdotii honorem & gloriam, quod, cum ſit divini quiddam, ob excellentiam ſuam varietatem exigit miniſtrorum, ut majori cum majeſtate ac reverentia exerceatur. Sic denique Eccleſiæ triumphanti ſimilis quodammodò evadit militans, cæleſtiſque adinſtar Hierarchiæ Hierarchia componitur Eccleſiaſtica, ut, quemadmodum ordo quidam beatos inter Spiritus illos inſtitutus in cælo eſt, ubi alii aliis ſubordinantur, variaſque in claſſes diſtribuuntur, quibus ſingulis ſuum nomen, ſuus ordo, ſuum officium, ſuum miniſterium peculiare eſt, ubi per eos, qui ſuperiores ſunt, purgantur, illuminantur & perfecti redduntur inferiores; ita quoque in Eccleſia militante minorum Ordinum miniſtri à majori-

Hic eſt thronus eburneus, cujus reclinatorium aureum eſt, ad quem aſcenditur ſex gradibus purpureis media charitate conſtratis propter filias Hieruſalem, ubi Sacerdos Dei ſummi aſcendit ad familiaritatis dignitatem. Petr. Bleſ ſer. 9. de off. Præl. & Cl.

Cum autem divina res ſit tam ſancti Sacerdotii miniſterium, conſentaneum fuit, quo dignius & majori cum veneratione exerceri poſſet, ut in Eccleſia ordinatiſſima diſpoſitione, plures & diverſi eſſent miniſtrorum ordines, qui Sacerdotio ex officio deſervirent, ita diſtributi, ut qui jam Clericali Tonſura inſigniti eſſent, per minores aſcenderent ad majores. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 2. de 7. Ord. in princ.

 bus

bus dependent, perque eam ſubmiſſionem, quâ alii aliis ſubjiciuntur, perpetuamque miniſteriorum ſuorum functionem, in cultu, quem Deo homines in terra reddunt, perfectiſſima illius relucet imago, qui ab Angelis ei in cælo defertur.

Quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos; ſecundò Prophetas; tertiò Doctores; deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum. 1. Cor. 12. 28.

Si quis dixerit, præter Sacerdotium non eſſe in Eccleſia Cathol. alios ordines, majores & minores, per quos, velut per gradus quoſdam, in Sacerdotium tendamus, anathema ſit. Concil. Trid. ſeſſ. 23. can. 2.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quòd, licet ſeptem ſint Ordines, Oſtiarii videlicet, Lectoris, Exorciſtæ, Acolythi, Subdiaconi, Diaconi & Presbyteri, qui omnes Sacramenta ſunt, quatenus gratiam conferunt & imprimunt characterem; varii nihilominùs hi gradus non niſi unum conſtituant Sacramentum, quatenùs ad unum omnes eumdemque finem referuntur, id eſt, ut Corpus & Sanguis Domini noſtri JESU CHRISTI conſecretur & adminiſtretur, populuſque ad hæc recipienda præparetur.

Nonnulli Diaconi in tantam erumpunt ſuperbiam, ut ſe Presbyteris anteponant, atque in primo choro ipſi priores ſtare præſumant: ergo ut ſublimiores ſibi Presbyteros agnoſcant, tam hi quam illi in utroque choro conſiſtant. Conc. Tol. 4. can. 48.

PUNCTUM III.

CONSIDERA hinc imprimis, quanti miniſteria tua Eccleſiaſtica facere debeas, utpotè quæ inter & ea, quibus Angeli in cælo funguntur, nihil ferè diſcriminis ſit. Quanto deindè honore afficiendum ſit Sacerdotium, quod totius Sacramenti Ordinis coronis quædam & conſummatio eſt. Quantum inſuper reverentiæ atque ſubmiſſionis Ordine debeas Superioribus, ut terrenam hanc Hierarchiam cæleſti conſimilem reddas, ubi Angeli Archangelis, Archangeli Thronis (atque ita de cæteris) ſubmiſſi ſunt. Admirare denique mirabilem hanc unitatem, quæ in Sacroſancta reperitur Euchariſtia, ac in eo conſiſtit, quòd unus ſit idemque panis, cujus omnes participes reddimur, Corpus idem JESU CHRISTI pluribus in locis, cui unimur atque incorporamur, quòd eâdem vitâ eodemque Spiritu nos vivere faciat, quòd omnes nos unum reddat cum CHRISTO JESU, quòd denique ob reſ-

Quoniam non oportet Diaconum ſedere præſente Presbytero, ſed ex juſſione Presbyteri ſedeat. Similiter autem honorificentur Diaconi à miniſtris inferioribus, & omnibus Clericis. Concil. Agat. can. 65.

Unum corpus & unus panis multi ſumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus. 1. Cor. 10. 17.

Multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Rom. 12. 5.

In uno ſpiritu omnes nos in unum corpus bap-

Digitized by Google

reſpectum, quo omnes Ordines referuntur ad illam, nonniſi unum Ordinem unumque conſtituant Sacramentum.

CONSIDERANS verò variam hanc unitatem, ora ut Salvator noſter precem hanc, quam pridie quàm moreretur, ad Patrem ſuum direxit, veram in te atque efficacem reddere dignetur;

Pater, unum ſint, ſicut tu & ego unum ſumus. Joan. 17. 22.

tizati ſumus. 1. Cor. 12. 13.

Omnes vos unum eſtis in CHRISTO IESU. Gal. 3. 28.

MEDITATIO LXXIII.

De Ordinibus minoribus in genere.

1. Cur Ordines hi minores appellantur?
2. Cur non ſacri?
3. Quæ concluſio deducenda iis, qui hos aut ſuſcepêre, aut jamjam ſuſcepturi ſunt?

In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Joan. 14. 2.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, quemadmodùm varii ſunt in Eccleſia Triumphante Beatorum gradus, ita quoque in Eccleſia militante varia ſint Eccleſiaſticorum officia, alia aliis ſublimiora. Undè & hos Ordines in Minores ac Majores diſpertitur. Minores quatuor ſunt, Oſtiarii videlicet, Lectoris, Exorciſtæ atque Acolythi. Majores tres, Subdiaconi nimirùm, Diaconi ac Presbyteri. Quòd verò illi Minores nuncupentur, non ideò eſt, quòd permagni non ſint in ſemetipſis conſiderati, cum abſolutè loquendo, quatenùs gradus conſiderantur Ordinis Eccleſiaſtici, quamcumque mundi hujus magnificentiam ac dignitatem citra comparationem antecellant; at verò Minores dicuntur, quatenùs tribus aliis conferuntur, quos Majores appellamus, quorum miniſteria nec momento nec dignitate functiones illorum adæquant.

Quamquam qui Minores vocantur ordines, tam exactam curam non requirant, ſuo tamen modo pro gradu & excellentia ordinis, omnium eorum quæ diximus, ratio habenda eſt. Quid enim indecorum magis quam admoveri infantes, qui non intelligant quid agatur? imo non capiant quid Clerici nomen, & reliqua Minorum Ordinum vocabula ſignificent? Quid turpius, quam quod analphabeti, ac interdum flagitioſi, qui ut legum civilium cenſuras ac pœnas eludant, ſeſe impudentiſſimè ingerunt in maximam ordinis Eccleſiaſtici ignominiam? Qua de re poſthac nemo hiſce ordinibus inſigniendus eſt, niſi & quem vita commendet, & litteratura ætatiſque ſit pro ratione ſuſcipiendi ordinis ſufficient... rectæ, ſinceraque vo...ntatis. Concil. Col. part. 1. c. 27.

Ad minores ordines promovendi, bonum à parocho vel magiſtro ſcholæ teſtimonium habeant. Concil. Trid. ſeſſ. 23. can 5. in princ.

Minores ordines iis, qui ſaltem linguam Latinam intelligant, per temporum interſtitia, niſi aliud Epiſcopo expedire magis videretur, confe-

Digitized by Google

PUNCTUM II.

Cons𝐢dera, Minores Ordines nec ideò vocari non ſacros, quaſi verò eorum miniſteria non ſint ſanctiſſima, utpotè cùm totidem Sacramenta ſint, quæ & conferunt gratiam & imprimunt characterem; ſed idcircò dumtaxat, quòd nec vaſa ſacra nec Sacrificium attingendi nobis tribuant facultatem, nec, ut alii, voto nos caſtitatis aſtringant, quòd denique ſine ulla unctione, conſecratione manuumve impoſitione conferantur.

PUNCTUM III.

Conſidera, quòd ſi Ordines hos Minores ſuſceperis, quantùm Divinæ debeas bonitati, quæ tam variè ſe tibi communicavit, quæ tot inter alios te ſelegit, ut tot tantiſque Eccleſiæ ſuæ miniſteriis cum authoritate fungaris. Vide, quomodò gratiis ejus uſus fueris. Quòd ſi Ordines iſtos nondùm ſuſceperis, vide, quid diſpoſitionis allatum oporteat, ſi omnes quatuòr unâ tibi vice conferantur. Quia imprimis totidem Sacramenta ſunt, totidem tibi gratias collatura. Deindè non niſi ſemel conferentur, atque adeò irreparabilis erit, ſi quis committitur in horum collatione defectus. Præter conditiones denique in Tonſuratis requiſitas, ſpem facere debent, qui ad hos accedunt, ſeque reddere dignos, ut ad Ordines ſacros promoveantur.

Optima diſpoſitio ad hos ritè ſuſcipiendos, horumque ſpiritum renovandum magna eorumdem æſtimatio eſt, profundaque humilitas, quâ nos his agnoſcamus indignos, vehementi juncta deſiderio, quo & horum miniſteria reſtaurata velimus & iiſdem pro viribus nos applicemus.

Mens enim Chriſto dedita, aquè in majoribus & in minoribus intenta eſt, ſciens etiam pro otioſo verbo reddendam eſſe rationem. S. Hieronym. Epiſt. ad Heliod.

rantur, ut eò accuratius, quantum ſit hujus diſciplinæ pondus, poſſint edoceri, ac in unoquoque munere juxta præſcriptum Epiſcopi ſe exerceant, idque in ea, cui aſcripti erunt, Eccleſia, niſi forte ex cauſa ſtudiorum abſint, atque ita de gradu in gradum aſcendant, ut in eis cum ætate vitæ meritum & doctrina major accreſcat, quod & bonorum morum exemplum & aſſiduum in Eccleſia miniſterium, atque major erga Presbyteros & ſuperiores Ordines reverentia, & crebrior quam antea corporis Chriſti communio, maximè comprobabunt. Cumque hinc ad altiores gradus, & ſacratiſſima myſteria ſit ingreſſus, nemo iis initietur, niſi quem ſcientiæ ſpes majoribus ordinibus dignum oſtendat. Concil. Trid. ſeſſ. 22. can. 11.

ME-

Digitized by Google

MEDITATIO LXXIV.

De Ordinibus minoribus ſigillatim, ac imprimis de Oſtiario.

Pontificale in Ordine Oſtiariorum.

1. Excellentia ejus. 2. Miniſteria ejus.

Sic agite quaſi reddituri Deo rationem pro iis rebus, quæ his clavibus recluduntur.

Hoc eſt, quod Tonſurato in Oſtiarium aſſumendo claves offerens commendat Epiſcopus.; ubi materiam hujus Ordinis claves conſiderabis Eccleſiæ, quas, ſi munere ſuo ritè fungatur, in claves ei ſpirituales, Sacerdotalem videlicet Ordinem ſuſcepturo, commutari aliquando neceſſe eſt; forma verò illa ipſa verba ſunt, quæ pronuntiat Epiſcopus.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, ut æquum deinceps Ordini huic pretium ponas, in quo Domûs Divinæ Oſtiarii excellentia dignitaſque conſiſtat: Hæc verò ex tribus quatuorvè capitibus potiſſimùm deducitur.

Ac imprimis ex eo, quòd Dominus noſter JESUS CHRISTUS Ordinis hujus non modò Inſtitutor; ſed & eſſe dignatus fuerit adminiſter, cùm venditores ſimul atque emptores templo exegit.

Deindè ex eo, quòd res Eccleſiæ quàm maximè divinas, v.g. Corpus & Sanguinem ſuum adorandum Sacramento contentum, Scripturam ſacram, Altaria, Vaſa atque Ornamenta ſacra, Martyrum aliorumque Sanctorum reliquias, ſepulchra fidelium, theſaurum Eccleſiæ, aliaſque pauperum eleëmoſynas Oſtiario concredidit.

Denique ex eo, quòd Ordo hic Tonſuratum uſque adeò ſupra ſimplicem evehat Religioſum, ut primus olim Abbas Monachorum ab ultimo Eccleſiæ Oſtiario oſculum pacis ſuſciperet.

Aſcendit JESUS *Ieroſolymam, & invenit in templo vendentes boves & oves & columbas, & numularios ſedentes, & cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque & boves, & numulariorum effudit æs, & menſas ſubvertit, & his qui columbas vendebant, dixit: Auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.* Ioan. 2. 13. & ſeq.

Oſtiari ſunt, qui in veteri teſtamento, janitores templi vocabantur, qui praerant portis templi Ieruſalem, quique ordinati per vices ſuas omnia interiora templi vel exteriora cuſtodiebant. Hi denique inter ſanctum & iniquum diſcer-

nentes, eos tantum, qui ſunt in Eccleſia fideles, recipiunt. Intrare enim in templum niſi per eos non poſſumus, habent enim in poteſtate tam bonos recipiendi, quam rejiciendi indignos. Cõcil. Aquiſ. ex Iſid. c. 2. diſt. 92. c. à Subdiacon.

Subeat te hîc admiratio cum Regina Saba, dum tantam ultimorum Eccleſiæ miniſtrorum poteſtatem intueris atque authoritatem, & eum eadem exclama: *Beati ſervi tui qui aſſiſtunt coram te omni tempore.* 2. Paral. 9. 7. Ut verò potiori adhuc jure ſic mirabundus exclames,

PUNCTUM II.

Videte, quæ in domo Dei agere debeatis. Oſtiarium oportet percutere cymbalum & campanam, aperire Eccleſiam & ſacrarium, & librum aperire ei qui prædicat. Providete igitur, ne per negligentiam veſtram illarum rerum, quæ intra Eccleſiam ſunt, aliquid depereat, certiſque horis domum Dei aperiatis fidelibus, & ſemper claudatis infidelibus. Pont.

Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos: Matth. 7. 6.

Foris canes. Apoc. 22. 15.

Exibunt Angeli & ſeparabunt malos de medio juſtorum. Matt. 13. 49.

Conſtituit Ioiada janitores in portis domus Domini, ut non ingrederetur eam immundus in omni re. 2. Par. 23. 19.

CONSIDERA, quænam Ordinis hujus miniſteria ſint. Sex potiſſima Pontificale deſignat. Quorum primum eſt, portas Eccleſiæ aperire & claudere. Alterum, ſtatutis horis Clerum populumque fidelem ad officia divina campanæ ſonitu advocare. Tertium, Sacrarii curam gerere & ornare Altaria. Quartum, immodeſtiam arcere atque irreverentiam, quæ in Eccleſia, ſacroſanctæ præſertim Miſſæ decurſu, committitur. Quintum, eos omnes ejicere, qui huic aſſiſtere indigni ſunt aut inepti, v. g. Infideles, Hæreticos, Energumenos, Excommunicatos, publicos peccatores. Qua in re ſanctis Angelis perſimiles ſunt, qui in extremo judicio *ſeparabunt malos ac reprobos de medio juſtorum atque electorum.* Sextum denique, Librum aperire Epiſcopo Verbum Dei prædicaturo.

Sanè an quolibet Ordinis hujus miniſterio functus es, ſi hunc modò ſuſceperis; aut ſaltem fungi eſt animus, ſi eumdem ſuſcepturus es? Si quolibet fungi nequeas, nonnullis certè fungi ne pigeat. Anne forſitan indigna te res eſt, ornare Altaria, pulſare campanam, polire Eccleſiam? Quid ſi ergò Conſtantinum vidiſſes Imperatorem duodecim corbes terræ, quæ ad extruendam effodiebatur Eccleſiam, Regalibus humeris aſportantem? Profectò ſi quantulamcumque fidem haberes, aliam hac de re ſententiam ferres:

Quæ enim per ſe vilia ſunt, fides efficit pretioſa, inquit Leo Magnus.

Digitized by Google

MEDITATIO LXXV.

De prima virtute, quæ Oſtiario maximè neceſſaria atque adeò commendanda eſt, id eſt, de zelo Domûs Dei.

1. Zeli hujus momentum.
2. In quo conſiſtat?
3. Methodus hunc exequendi.

Zelus Domûs tuæ comedit me. Pſalm. 68. 10.

Hæc verba ſunt, quæ juxta Salvatoris noſtri & Prophetæ Regis exemplum, Oſtiario lemmatis loco eſſe debent.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quàm zelus hic Domûs Dei Oſtiario ſit neceſſarius, ut miniſterio ſuo ritè fungatur. Ratio eſt, quòd zelus hic quaſi ſpiritus ſit, qui nos animat, cunctiſque, quas in Eccleſia excitari videmus, perturbationibus ſedandis nos apparat, efficitque ut ſuſtinere nequeamus, quod Dei Majeſtas quocumque tandem modo, ibidem inhonoretur; uſque adeò, ut, ſi zelo iſto deſtituti fuerimus, ſuſque deque vertenda ſint omnia, millenamque vel oculis noſtris conſpecturi ſimus irreverentiam, nec una quidem nobis cordi futura ſit.

Tabeſcere me fecit zelus meus: defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Pſalm. 118.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo zelus hic Domûs Dei conſiſtat, quæque hujus ſint argumenta. Primum eſt, ſi nec inſolentiam ibidem feramus & immodeſtiam, quę riſu e.g. jocis, deambulationibus, geſtibuſque dedecentibus committuntur, nec ſtrepitum, qui à pauperibus non rarò excitatur: ſi Laicos, ac præſertim fœminas, à propinquo ad Altare, ab omni ad Chorum aditu arceamus: ſi nec in Eccleſia, nec in veſtibulo ejus aut in

Oſtiarius, ut nomine præ ſe fert, oſtia Eccleſiæ cuſtodire debet, eaque debitis temporibus reſerare & claudere: ejuſdem cura erit ab Eccleſiæ limine excommunicatos & interdictos, hæreticoſque & infideles prohibere, mulieres item quæ capite non velato Eccleſiam ingrediuntur, canes etiam

in cœmiterio ullam diſtrahi mercem; ſed nec exſiccari in hoc linteamina aut paſci animalia, aut celebrari convivia, aut compitalem denique tranſitum fieri permittamus: Si prætereà & mendicos & diſcurrentes per templum pueros ad portam remittamus, canes aliaque pellamus animalia, dormientes prædicationis decurſu excitemus, tempore Divini officii ſilentium procuremus, mares à fœminis ſecernamus, cum armis volucribuſque venatoriis introeunti Eccleſiæ aditum interdicamus, nec circa campanas, cùm conſecratæ ſint, inſolentiam à pueris aliquam exerceri ſinamus, quoties denique Eccleſiam tranſimus, toties ei caput aperiamus. Alterum verò zeli Domûs Divinæ argumentum eſt, ſi magno erga decorem ejus atque nitorem feramur affectu; hic verò in ornandis, ut feſta exigunt conſiſtit Altaribus, procurandis eorumdem ornamentis, collatâ etiam ad hæc pecuniâ, denuntiandâ populo neceſſitate Eccleſiæ, tollendis ſedulò araneis aliiſque ſordibus, imaginibus picturiſque nitidiſſimè conſervandis, verrendo ſæpiùs pavimento, diplomatibus profanis à porta arcendis, in procurandis denique quàm ſtudioſiſſimè iis, quæ ad exterius Domûs Divinæ faciunt ornamentum.

ab Eccleſia arcere, ementes aut vendentes in atrio Eccleſiæ, aut pro illius foribus, aut propius quam deceat ab illius foribus expellere, cœmeteria cuſtodire, ne quid in eis indecorè fiat, ſedilia in Eccleſia diſponere, Laïcos à choro arcere, ac præterea quodcumque de pia in Eccleſia verſandi ratione præſcriptum eſt, curet, ut omnia ſerventur, ſingulis octo diebus Eccleſiam ſcopis verrat, atque omnium ſordium genere expurget: pulverem à ſacris imaginibus ejiciat, parietes detergendos curet, campanas pulſet, ſilentii curam habeat, dum concio, aut ſacra lectio habetur, mares à fœminis in Eccleſia diſtincto loco eſſe curet, altaria paret, atque in dies pallia pro colorum ratione ſingulis diebus convenientia aptet, à pulvere purget, cum Sacramenta miniſtrantur, ac præſertim ſanctiſſima Euchariſtia Sacramentum, curet ut aſtantes cum omni reverentia ac pietate conveniant atque aſſiſtant, ac præſertim ut mulieres à viris ſejuncta accedant, & omnia piè atque Religioſè & ex ordine fiant. Statuta Io. Bohemii Vercell. Ep.

Nunquid tempus vobis eſt, ut habitetis in domibus laqueatis & domus iſta deſerta? Ag. 1. 4.

PUNCTUM III.

Cum augentur dona, rationes etiam creſcant donorum. S. Gregor. in Evang.

Sic agite quaſi reddituri rationem. Pont.

Ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium colum-

CONSIDERA methodum zeli hujus acquirendi atque exequendi hanc eſſe primam, ut non aliam ob cauſam Oſtiarios nos conſideremus, quàm ut juxta id, quod in Ordinatione promiſimus, omnibus hiſce miniſteriis pro viribus fungamur, rationique in extremo judicii die Deo reddendæ futuros obnoxios, quòd gratias ejus hanc ob cauſam impertitas irritas red-

diderimus. Altera eſt, ut exemplum Filii Dei ob oculos nobis ponamus, ſpiritum ejus imbibamus, magnamque Ordinis hujus, ſi quæ ejus munera exercenda ſunt, æſtimationem concipiamus; cùmque zelus hic quædam ſit participatio illius, quem Filius Dei præ ſe tulit, quando iterùm iterumque venditores ſimul atque emptores templo pepulit, crebris ab eo precibus impetrandus eſt. Tertia eſt, ut ab expertis hac de re nos erudiri curemus.

bas evertit, & dixit: ſcriptum eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Matth. 21. 12. & 13.

Si Dominus nec ea volebat venundari in templo, quæ volebat offerri; quanta putas animadverſione puniret, ſi inveniſſet ibi aliquos riſuï vel vaniloquio vacantes, aut alii cuilibet vitio mancipatos? Bed. ho. 7. in Quadr.

VIDE, cui horum miniſteriorum in locum, ubi reſides, introducendo ibidemque exercendo maximè ſis idoneus, ut ei ſeriò applicare te valeas. Nonne te pudeat, Laicum coram te in Eccleſia facere, quod ipſe facere non poſſis, e. g. verrere, ornare Altaria &c? Vel noſtro ſæculo Epiſcopos vidimus iis ſeſe miniſteriis dedere, quæ tibi tam vilia ſunt; atque hi ſunt, quibus cum Rege Propheta dicere veriſſimè licet:

Domine, dilexi decorem Domûs tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ. Pſalm. 25. 8.

MEDITATIO LXXVI.

De Veneratione ac Reverentia, quam locis ſacris Oſtiarius debet.

1. Rationes, ob quas ad hanc reverentiam tenetur.
2. Defectus, qui paſſim hìc admittuntur.
3. Remedia his tollendis idonea.

Sanctuarium meum metuite, ego Dominus. Levitici 19. 30.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſiaſtici in Eccleſia non ſine modeſtia ac reverentia ſe gerere tenentur. Prima hæc eſt, quòd Eccleſia Domus Dei ſit, quam ipſe Domum nuncupat orationis, atque adeò ſilentii ac ve-

Scriptum eſt: domus mea, domus orationis vocabitur. Matt. 21. 13.

Te decet hymnus (Hebraicè, SILENS LAUS) *Deus in Sion.* Pſalm. 64. 2.

Et vocabitur aula Dei.

Digitized by Google

Domini omnipotentis Angelus eſt : Angelus autem riſum neſcit, Deo cum metu & pavore miniſtrans. Iſid. Pel. l. 1. ep. 319.

venerationis; hæc paradiſus ejus terreſtris eſt, ubi ſicut dignè introeuntibus gratiæ ſuæ dona liberaliùs impertire dignatur, ita & irreverenter ſe habentes ſuppliciis onerat ſeverioribus. Altera eſt, quod Eccleſiaſticorum ſit, ut præcedenti meditatione viſum eſt, Laicorum irreverentiam cohibere: at verò quâ fronte malum reprehendent in aliis, cui ipſimet obnoxii ſunt? Tertia eáque præcipua eſt, quòd die noctuque ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ibidem requieſcat, cui innumerus Angelorum numerus cum timore ac tremore ſemper aſſiſtit.

Quando convenitis ad Eccleſiam, pro peccatis veſtris orate, nolite ſcandala concitare, aut otioſas fabulas dicere, in Eccleſia ſtantes nolite verboſare. Melius fuerat talibus ad Eccleſiam non venire, quàm tot malis contra ſe iram divinam provocare. Iſti enim etſi cum minoribus peccatis ad Eccleſiam veniunt, cum multis criminibus ab Eccleſia revertuntur. S. Auguſt. in homiliis ad pop.

PUNCTUM II.

Considera, quinam defectus ſint, quos contra reverentiam hanc Eccleſiis debitam Eccleſiaſtici paſſim admittunt. Hi verò ſunt, intrare hûc inadvertenter, quaſi cubile ſuum quis intraret, non neceſſarios ſive cum aliis Eccleſiaſticis ſive cum Laicis miſcere ſermones, aut expectando, ut non rarò contingit, aut officio Divino perſoluto ibidem deambulare, negotia tractare ſæcularia, diſcurrere, quaquaverſùm reſpicere, vociferari, indecenter inniti, tibiam tibiæ ſedendò ſuperponere, dormire &c.

Cum in choro fuerint, gravitatem ſervēt, quam & locus & officium exigunt, non inter ſe, aut cum aliis confabulantes ſeu colloquentes, non dormientes, aut litteras ſeu ſcripturas alias legentes. Ne ubi peccatorum eſt venia petenda, ibi graviùs peccandi detur occaſio Conc Tur de capite dign. & canon.

Nonne & tu crebrum reverentiæ hujus defectum admiſiſti? Examina temetipſum.

PUNCTUM III.

Considera remedia defectibus hiſce tollendis idonea. Primum eſt, ut nunquam intres in Eccleſiam, quin hoc ſaltem temetipſum interroges: Quò vadis? Tùm aquam aſſumens benedictam, actum elicias contritionis, peccata venialia expiaturus, ſanctiſſimum deindè Sacramentum adores, ut gratiam obtineas, ne eo ſaltem loco, ubi & nos & alios ſanctificemus oportet, Deum offendas. Alterum eſt, ut actus ſæpè fidei renoves dè præſentia Dei atque Angelorum in Eccleſia; quâ dormitante, metuendum eſt, ne fa-

Clerici ſimul conveniant in choro, nec confabulentur..... Omnes denique in templo ita ſe, ſuaſque actiones componant, ut non cum homine, ſed cum Deo rem ſibi eſſe intelligant. Conc. Rom ann. 1583.

Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper. Pſalm. 15. 8.

familiaritas, ut aiunt, contemptum pariat, atque adeò Eccleſiaſticorum, quorum eſt frequenter in Eccleſia verſari, debita erga illam veneratio deperdatur. Tertium eſt, ut populum de modo edoceas, quo ibidem ſe gerere debet, atque adeò, ut debitâ erga loca ſacra veneratione feratur, nunquam ea ſubintret peccato mortali obnoxius, quod expiare non ſtatuat, nedum per immodeſtiam, inſolentiam, diſtractionemque voluntariam peccatum peccato cumulaturus; at Deum unicè in mente habiturus, deque ſalutis negotio cum eodem acturus: oſtende, inquam, populo, quàm terribilis ſit locus iſte ob terribilia, quæ irreverenter hunc habentibus Deus ſupplicia irrogat.

Hæc impoſterùm te acturum decerne, ne Dominus noſter aliquando tibi exprobret, quod eo ipſo tempore, quo ipſe in Venerabili Sacramento prodigioſa ſuiipſius humiliatione atque exinanitione Patrem ſuum honorificat, tu eum exiguâ tuâ veneratione inhonores:

Ego honorifico Patrem meum; vos autem inhonoraſtis me. Joan. 8. 49.

MEDITATIO LXXVII.

De aliis quibuſdam virtutibus Oſtiario commendandis.

1. Vigilantia, & in quo hæc conſiſtat?
2. Timor Dei.
3. Manſuetudo.

Beatus...., qui vigilat ad fores meas quotidie. Proverb. 8. 34.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd præter zelum Domûs Dei, quo fervere oportet Oſtiarium, aliæ quædam virtutes ei neceſſariæ ſint, ut

Loquar ad Dominum meum, cum ſim pulvis & cinis Gen. 18. 27.

Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Pſalm. 5. 8.

Studendum ſolerter eſt, ut cum Eccleſiam vel ad divina laudis debita ſolvenda, vel ad agenda Miſſarum ſolemnia intramus, ſemper Angelicæ præſentiæ memores, cum timore & veneratione competenti cæleſte compleamus officium. Conc. Aquiſ. ann. 815. c. 182.

Dum in Eccleſia eſtis, memores eſtote adeſſe CHRISTUM IESUM *Dominum, cui ſervite cum timore & tremore. Inſtruite etiam eos, quam Religioſè non ſolùm in Miſſæ ſacro, verùm etiam in divinis aliis officiis verſandum: Quando ſtandum, quando genua flectendum, quando aſſurgendum, &c. Rurſùs quam ſanctè quàm Religioſè, & quam demiſſo humilique habitu in ſupplicationibus, Litaniis, & ſtationibus verſandum ſit, qua reverentia, quoque pietatis ſtudio, in Eccleſiis locisque ſacris manendum ſit.* Concil. Med. 3. ſub fin.

Terribilis eſt locus iſte, non hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli. Geneſ. 28. 17.

Sic laudat Nepotianum S. Hieronym: *Erat ſollicitus, ſi niteret altare, ſi parietes abſque fu-*

ut promiſſam ab Eccleſia coronam mercedemque acquirat. Ac prima quidem vigilantia eſt, quę imprimis porrectis ab Epiſcopo clavibus deſignatur, utpotè quę in jure magnam denotent curam, quę aſſumitur earum rerum, quæ his clavibus recluduntur. Deſignant hanc inſuper verba iſta Pontificalis: ***Sit & fideliſſima cura in Domo Dei diebus ac noctibus***, cura, inquam, quę in eo conſiſtit, ut nihil ſit vel in Eccleſia, vel ad portam Eccleſiæ, quod intuentium oculos offendat, aut fidelium devotionem impediat: ut tempore congruo portas aperiat & occludat, campanaſque percutiat, ſacriſtiam ritè ordinet, ac ornamenta, ſi quæ ſint reparanda, reparet, pro feſtorum exigentia mutet, res omnes ſuo ordine collocet nitidèque cuſtodiat, ſingulos indies viſitet, ſi quæ reparatione, abſterſione indigeant, ſollicitè advertat, ut hac in parte Salvatorem noſtrum imitetur, qui, teſte Evangelio, ***non ſinebat, ut quiſquam transferret vas per templum.*** Marc. 11. 16. ***Circumſpectis omnibus***, ut Marcus ibidem adjungit, quando templum introibat, ut ea ſcilicet ſcrutaretur. Quid? quod Deus in Veteri Teſtamento, de ordinanda templi ſupellectile tam eſſet ſollicitus, ut vel lucernas per ordinem locandas præcipere dignaretur: ***Locatis per ordinem lucernis, juxta Præceptum Domini.*** Exod. 40. 23. Quantulumcumque habenti zelum non hoc difficile apparebit.

ligine, ſi pavimenta terſa, ſi janitor creber in porta, vela ſemper in oſtiis, ſi ſacrarium mundum, ſi vaſa luculenta, & in omnes ceremonias pia ſollicitudo diſpoſita, non minus, non majus negligebat officium. Ep. ad Heliod.

Illud etiam quanta confuſionis opprobrium eſt, quòd nonnulli circa ſacri altaris utenſilia tanta neglegentia ſunt & tam ſegnis incuria, ut ſtanneos, vel etiam ſupparis cujuſcunque metalli calices longo ſitu ſcrabredinis inhorreſcere patienter aſpiciant, in ſquallido linteo Dominicum Corpus offerant & involvant, & quod non dignaretur potens quilibet, qui tamen vermis eſt, propriis adhibere labiis, in hoc iſti Corpus non verentur imponere Salvatoris. Quid porrò de conſciſſis ac putreſcentibus ſacrorum altarium prandeis? quid de diverſis vaſis ad Eccleſiaſtica miniſteria neceſſariis? quid denique de Sacerdotalibus eloquar indumentis? Quid poſtremò de codicibus dicam, in quibus nimirum hac quoque legere inoffensè non poſſumus, qua tenaci adhuc memoriâ reſervamus? Quæ nimirum omnia oculis ſubjecta cernentibus, & levibus excutiunt riſum & ſapientes provocant ad luctum. Pet. Dam p. 6. in inſcitiam & ignav. Cl.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, virtutem alteram Oſtiario neceſſariam, eſſe timorem Dei. Ut imprimis debitam Divinæ Majeſtati, cujus in conſpectu muniis ſuis fungitur univerſis, reverentiam non deperdat. Deindè ut contemptum negligat, exiguamque confuſionem atque opprobria, quæ in muniorum ejus executione quandoque ferenda ſunt: neve majores plùs vereatur quàm mi-

Timete Dominum om-

minores, cùm vel muneris ſui admonendi ſunt, vel reverentiæ atque inſolentiæ in Eccleſia exhibitæ reprehendendi.

GRATIAM hanc à Deo depoſce, particulamque magnanimitatis, quam ſuis olim Prophetis viriſque Apoſtolicis conſimili caſu impertitus eſt.

PUNCTUM III.

CONSIDERA denique, virtutem ultimam Oſtiario neceſſariam benignitatem eſſe ſeu manſuetudinem, quæ monitis præſertim ac correptionibus exhibenda eſt, ne quemquam ſive Laicum ſive Eccleſiaſticum nimio rigore offendat. Undè & S. Dionyſius Epiſtolam integram Demophilo inſcribit, quâ commendandam imprimis Oſtiario hanc virtutem oſtendit.

In tria hæc puncta temetipſum examina, &, quemlibet in Eccleſia gradum obtineas, ne prorsùs ab hiſce oneribus te reatis immunem; quamvis enim charactere ſublimiori inſignitus es, Oſtiarii tamen retinuiſti ſemper, cujus proindè & ſpiritus & zelus & vigilantia & manſuetudo retinenda & exequenda fideliter miniſteria ſunt. Nonne grandis tibi iſtinc honor accedit, cùm Spiritus ſanctus beatum te prædicet?

Beati qui habitant in Domo tua, Domine. Pſal. 83. 5.

nes ſancti ejus. Pſ. 33. 10.

Quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? timorem eorum ne timueritis & non conturbemini. 1. Pet. 3. 13. & 15.

Ne paveas repentino terrore, irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo. Prov. 3. 25. & 26.

Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. Iſai. 51. 7.

Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego ſum ut eruam te. Ier. 1. 8.

Non iracundum. Tit. 1. 7.

Et revera nihil eſt fœdius præceptore furioſo, qui cum debeat eſſe manſuetus, & ſecundum iſtud quod ſcriptum eſt: Servum autem Domini non oportet rixari, ſed humilem eſſe ad omnes; docilem, patientem, in manſuetudine erudiẽtem eos, qui contra veniunt. *Ille è diverſo, torvo vultu, trementibus labiis, rugata fronte, effrenatis convitiis, facie inter pallorem ruboremque variata, clamore perſtrepat, & errantes non tam ad bonum attrahat, quàm ad malùm ſua ſævitia præcipitet.* S. Hier. c. 2. Ep. ad Tit. Pont. de ordin. Lectorum.

ME-

MEDITATIO LXXVIII.

De Lectore, qui ſecundum inter Minores Ordinem obtinet.

1. Excellentia ejus.
2. Munia ejus.
3. Methodus his ritè fungendi.

Accipe &c. & eſto zelator Verbi Dei.

Hæc forma eſt hujus Ordinis, quam pronuntiat Epiſcopus, dum ei, quem Lectorem inſtituit, Prophetiarum porrigit librum, qui ejuſdem materiæ eſt.

PUNCTUM I.

CONSIDERA Ordinis hujus excellentiam ac dignitatem. Quæ imprimis ex eo deducitur, quòd ab ipſis Prophetis formam ſuam originemque deducat. Deindè ex eo, quòd hujus miniſterium Salvator noſter obire dignatus ſit, cùm in civitate Nazareth Iſaiæ Prophetiam manibus arripiens populo prælegit explicuitque. Tertiò ex eo, quòd, teſte Cypriano, ferventi Eccleſiæ perſecutione Ordo hic magna Martyrii merces æſtimata ſit. Quartò ex eo, quòd Græci, qui Ordines minores repudiant, hunc admittant. Denique ex eo, quòd Epiſcopi ore Lectoribus promittat Eccleſia, ſi fideliter & utiliter impleverunt miniſterium ſuum, habituros eos partem cum Apoſtolis Diſcipuliſque, qui Verbum Dei ritè adminiſtraverunt ab initio.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quænam Lectoris munia ſint. Cantare imprimis Antiphonas & Lectiones Martyrum, recitare aliquid de vita Sanctorum, Homilias Patrum, litteras circulares ad Eccleſiam deſtinatas, Symbolum ac Orationem Dominicam. Deindè elementa Doctrinæ Chriſtia-

Lectores ſunt qui verbum Dei prædicant, quibus dicitur: Clama, ne ceſſes, &c. Iſid. l. 1. de off. cap. 21. Gratianus diſtinct. 25. c. perfectis Conc. Aquiſ. c. 1. Alcui. de off. Lombar. 4. ſent. diſt. 24.

Et intravit in Synagogam, & traditus eſt illi liber Iſaiæ Prophetæ, & ubi revolvit librum, invenit locum ubi ſcriptum erat: Spiritus Domini ſuper me, &c. Sedit, & omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum; cœpit autem dicere, &c. Luc. 4. 16. & ſeq.

Præco, expoſitor myſteriorum Chriſti, doctor audientium. Sic vocatur à S. Ambroſ.

Habituri, ſi fideliter, & utiliter impleveritis miniſterium veſtrum, partem cum his, qui verbum Dei ritè adminiſtraverunt ab initio. Pont.

Lectorem oportet legere ea quæ prædicat, & lectiones cantare, & benedicere panem, & omnes fructus novos. Pont.

Ad Lectorem pertinebit quæ interdum in Miſſa & in matutino officio lectiones recitari ſolent, legere diſtinctè, quæ legerit pronuntiare, accentuum rationem legendo ſervare, concionari cum opus eſt, de libro

Digitized by Google

ſtianæ rudiores edocere. Fructus denique novos benedicere; quod tamen ultimum jam exoleviſſe videtur, utpotè cùm hæc benedictio, quæ ſingulis olim in domibus, jam in Eccleſia dumtaxat adhibeatur, ubi ſolius Sacerdotis hoc munus eſt.

Agnoscite ergo miniſterium veſtrum & implete. Agnoſcere eſt aliquid; at implere potiſſimùm. Quod ut ritè fiat,

PUNCTUM III.

Considera, in Ordinis ſui miniſterio duo Lectori obſervanda: Ac primum quidem, ut tractim legat atque diſtinctè, quod ei præcipitur, accentus ponat, ubi oporet, commata, puncta, titulos &c. obſervet: Vix enim credideris, quàm ſit indignum Eccleſiaſtico, quod legendum in Eccleſia aut canendum eſt, non ritè pronuntiare: Pervertit enim hoc Scripturæ ſenſum, difficilem reddit intellectum, mentem turbat auditorum, aſſiſtentium aurem offendit, ſæpiùs ad riſum provocat, Lectori ſimul & Eccleſiæ in opprobrium vergit. Undè & Cyprianus ait, examinatum olim fuiſſe Lectorem, priuſquàm Ordinaretur, an ritè legere noſſet, ne cujuſque ludibrio miniſterium hoc exponeretur. Alterum eſt, ut ipſe primùm exerceat opere, quod aliis legendo inculcat.

Conclude hinc, quàm ſit Eccleſiaſtico neceſſarium, ut eo, quo jam diximus, modo legere noverit; cujus defectus ſi Lectori; quantò magis Presbytero probro vertitur? Deindè quàm ſit neceſſarium, cantum addiſcere Gregorianum, ut ritè noverit intonare, vocemque ſuam ei, quod canitur, conformare, nec populum offendat univerſum qui illâ re magis, quam quâvis aliâ, non rarò allicitur; de qua proindè rationem Dei redditurus es. Cave hanc negligas, cum ejus oblata eſt opportunitas. Hic itaque tibi animus eſto.

legere, Antiphonas in choro præcinere, feſtis diebus doctrinam Chriſtianam in illa ſchola, quæ ſibi à parocho aſſignata eſt, vel Eccleſia cui aſcriptus eſt pueros edocere, atque iis ipſis diebus ante vel poſt veſperas, aut cum commodius rectori videbitur, aliquid de vita ſanctorum, atque illius ſancti præcipuè, cujus dies feſtus agitur, aut homiliam quæ ſtatis iis diebus legitur aut aliquid ex Catechiſmo Romano in linguam Latinam converſo recitare: Edicta præterea vel literas paſtorales Rever. Epiſcopi, pari ratione populo legere atque evulgare. Statuta Ioan. Bohem. Verc. Ep. *Studete igitur verba Dei, videl. lectiones ſacras diſtinctè & apertè ad intelligentiam & ædificationem fidelium, abſque omni mendacio falſitatis proferre* Pont.

Qui ad Lectoris provehitur gradum, iſte erit doctrina & literis imbutus, ſenſuumque ac verborum ſcientia perornatus: ita ut diſtinctionem ſententiarum intelligat, ubi finiatur junctura, ubi adhuc pendeat oratio, ubi ſententia extrema claudatur, ſicque expeditus, vim pronuntiationis tenebit, ut ad intellectum omnium mentes ſenſumque promoveat, diſcernendo genera pronuntiationum, atque exprimendo proprios ſententiarum affectus, modò dolentis vici.

Digitized by Google

modò increpantis, modò exhortantis, ſive his ſimilia, &c. Propterea & accentuum vim oportet Lectorẽ ſcire, ut noverit, in qua ſyllaba vox protendatur pronuntiantis, plerùmque enim imperiti Lectores in verborum accentibus errant, & ſolent nos irridere imperitia hi, qui videntur habere notitiam artis Grammaticæ, detrahentes & jurantes penitus ſe neſcire quod diximus. Concil. Aquiſ. c. 3. ex Iſid. l. 2. de off. Eccl. c. 11.

eſto. Ut verò pauciores legendo publicè canendovè committantur errores, nòn ſemel etiam, ſi opus eſt, legenda prævide. Profectò ſi coram magno cœtu habenda tibi foret oratio, nòn ei te dederes, niſi ſæpiùs antè perlectæ. Præ omnibus autem caveto, ne pulchra hæc Epiſcopi verba tibi excidant:

Mementote vos in altò virtutum gradu debere converſari, quatenùs cunctis, à quibus audimini & videmini, cœleſtis vitæ formas præbeatis. Pont.

MEDITATIO LXXIX.

De prima virtute Lectori commendanda, quæ eſt, ſingularis erga Scripturam S. devotio.

1. Neceſſitas ejus.
2. Methodus Scripturam S. utiliter legendi.

Comede volumen, & vadens loquere ad filios Iſraël.

Ezech. 3. ℣. 1. Apoc. 10. ℣. 9.

Volumen iſtud nòn eſt niſi Verbum Dei Scripturâ S. contentum, quod nobis comedendum, id eſt ruminandum ſæpiùſque meditandum eſt, quemadmodum & Ezechiëli in Teſtamento Veteri & Ioanni in Novo mandatum eſt, ut in viros perfectos evadamus, recondìtamque ibidem veritatem generoſo animo divinitùs populo proponamus.

PUNCTUM I.

Scrutamini ſcripturas, quia.... illa.... teſtimonium perhibent de me. Ioan. 5. 39.

Si juxta Apoſtolum, Chriſtus Dei virtus eſt & Dei ſapientia, & qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei virtutem, ejuſque ſapientiam, ſcripturarum ignorantia Chriſti eſt ig-

CONSIDERA, quanti referat Eccleſiaſticorum, Scripturæ S. ac præſertim Novo Teſtamento ſtudiosè ſe dedere. Imprimis enim vita ibidem dictaque Filii Dei continentur, quæ probè illos noviſſe oportet, ut ſe ſimul atque alios inſtruant. Nonne lachrymis dignum eſt, quòd Eccleſiaſticos videre eſt, qui profanas calleant hiſtorias & his ſimilia, & vitam tamen Jesu Christi geſtaque ignorent? Prætereà Lectio iſta,

iſta, ut oportet, inſtituta fructus in nobis uberrimos parit, & quacumque occaſione, ſive proſpera ſive adverſa valetudine, ſive contemptu, ſive opprobrio; ſive alia quavis moleſtia quam maximè prodeſt; quia nimirum hæc verba Dei ſunt & increatæ ſimul atque incarnatæ Sapientiæ quorum vim nobis impreſſurus jam olim dixit; *Verbum meum non revertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcumque volui & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud:* Verba, inquam, quibus ea vis atque efficacia eſt, ut vel unum ritè menti impreſſum ac voluntati deguſtatum, vel obduratiſſimum quodque cor emollire, illuſtrare, calefacere, inflammare, confortare ac penitus immutare valeat, quemadmodum unico illo verbo, *fiat*, univerſam hujus mundi machinam Deus condidit.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quod fructus hos ex verbis hiſce Divinis percepturo non ſufficiat, ea legere dumtaxat; ſed Lectio iſta circumſtantiis quibuſdam ac diſpoſitionibus veſtienda ſit. Quarum prima eſt, ut magna erga Divina hæc verba reverentia ac veneratione feratur, eaque velut totidem infallibilis veritatis oracula ſuſpiciat. Altera eſt, ut nunquam iſta legat curioſitate ductus; ſed fidei dumtaxat ſimplicitate. Tertia, ut hiſce non ſtudeat, ut ſciat tantum; ſed ſanctificet imprimis ſemetipſum, conformetque regulis per illa ſuggeſtis. Quarta, ut uſui profano ſacrilegoque, e. g. jocis maledictiſque illa non applicet. Quinta, ut cum ſibi ſimilibus ſæpius ſuper hiſce conferat. Sexta eaque potiſſima, ut ſingulos in dies temporis nonnihil in eo collocet, ut coram Deo meditetur, quid nobis per illa ſignificet, recurratque ad preces, lachrymas, Patrum ſententiam, Traditionem Eccleſiæ, exempla Sanctorum, ut illorum aſſequatur intel-

...norantia. Hier. in Iſa.

Scriptura Sacra in noſtræ vitæ præſentis quaſi quadam noctis lucerna eſt. S. Greg. paſt. 3. c. 25.

Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, &, quem miſiſti, IESUM CHRISTUM. Ioan. 17. 3.

Cogitare de ſapientia, ſenſus eſt conſummatus. Sap. 6. 16.

Sacra lectio vobis eſt neceſſaria; ipſa enim eſt menſa tabernaculi, quæ ad aquilonem poſita eſt, quod Pſalmiſta inſinuans dicit, Poſuiſti in conſpectu meo menſam.

Sacra lectio cibus eſt; quia, teſte Veritate: Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. *Per hunc cibum ſpiramus & vivimus.* Verba quæ ego loquor, *ait Dominus*, Spiritus & vita ſunt. *Certè ſolo ſacri eloquii teſtimonio Chriſtus contra omnes diaboli tentationes uſus eſt in deſerto.* Petr. Bleſ. Ep. 15.

Verba vitæ æternæ habes. Ioan. 6. 69.

Sermo tuus veritas eſt. Ioan. 17. 17.

Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones devita. 2. Tim. 2. 23.

Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes. Ibid. 3. 7.

Qui verba legis intelligunt, priuſquam aliis ea proferant, ſemetipſos requirant, ne inſequentes

telligentiam, intellectaque opere compleat, qui præcipuus lectionis iſtius ſcopus eſt.

aliorum facta, ſe deſerant. S. Greg. Paſt. p. 3. c. 25.

Temeritatem illam reprimere volens Sacra Synodus quæ ad profana, &c. Conc. Trid. ſeſſ. 4. dec. de can. ſcript. paulò ante fin.

Discute, quomodo Scripturam S. huc uſque legeris, pœniteat te defectuum hac in parte commiſſorum, ſive hanc omninò negligendo, ſive non legendo, ut oportet: decerne deinceps, nè diem quidem tranſigere, quin legas ſaltem quantulumcumque, eumdemque plane effectum comperturus es, quem boni illi Emmaüntis diſcipuli hiſce verbis enuntiant:

Caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus. Matth. 16. 17.

Aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas. Luc. 24. 45.

Nonne cor noſtrum erat ardens in nobis, dum loqueretur nobis in via? **Luc. 24. 32.** quemque hiſce Sponſa:

Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia ſcriptura non fit propria interpretatione. 2. Pet. 1. 20.

Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus meus locutus eſt mihi: Cant. 5. 6.

Susceperunt verbum, cum omni aviditate, quotidie ſcrutantes ſcripturas ſi hæc ita ſe haberent. Actor. 17. 11.

MEDITATIO LXXX.

De virtutibus quibuſdam Lectori neceſſariis, quæ ſunt

1. Viva fides axiomatum Evangelicorum.
2. Zelus fervidus erudiendi populum.

Credidi, propter quod locutus ſum. Pſal. 115. 1.

PUNCTUM I.

Considera, quòd, cum Lectoris ſit ad populum dicere, ut munere iſto dignè fungatur, tumque ſibi tum aliis utiliter, duas ei opus eſſe virtutes. Quarum prima, juxta verba Prophetæ præmiſſa, veritatum Evangelicarum omniumque Jesu Christi axiomatum viva fides eſt. Ratio verò hujus eſt, quòd omninò fieri non poſſit, ut veritatem quamdam perſuadeamus aliis, quam nobis ipſis non ante perſuaſimus, nedum opere compleamus, ut & aliis præbeamus exemplum; cui tamen, cum Ordinati ſumus, Spiritus nos ſanctus obſtrinxit.

In captivitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. 2. Cor. 10. 5.

Quod ore legitis, corde credatis, atque opere compleatis, quatenus auditores veſtros verbo pariter & exemplo docere poſſitis. Ideoque cum legitis, in alto Eccleſiæ loco ſtetis, ſignificantes poſitione corporali, vos in alto virtutum gradu debere converſari, &c. Oremus, &c. ut ſuper hos famulos ſuos benedi-

Anne igitur tu firmiter credis & indubitatè, quid-

quidquid Scripturâ expreſſum eſt? Credisne ſimpliciter, ſine examine, ſine diſcuſſione, cumque pleniſſima quiete? Credisne ſine diſcrimine omnem omnino veritatem, quam Dominus noſter docere dignatus eſt? Fidem itaque operibus comproba, tùmque licebit aliis prædicare quod credis, nec immeritò dicere: *Credidi, propter quod locutus ſum.* Pſal. 115. 1.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, virtutem alteram Lectori neceſſariam fervidum eſſe zelum ſalutis animarum, quas ad JESUM CHRISTUM perducere debet: virtutem, inquam, quâ ſine & ipſe & alius quilibet Eccleſiaſticus nonniſi idolum eſt ac inanime corpus. Ratio verò hujus eſt, quod Status Eccleſiaſticus ad procurandam potiſſimùm animarum ſalutem inſtitutus eſt, quique nullo erga illas, nec ullo erga JESUM CHRISTUM ferri amore convincitur; utpotè qui millenis illas laboribus acquiſierit, totiuſque Sanguinis ſui pretio redemerit.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, in quo Lectoris zelus iſte conſiſtat. In eo imprimis, ut familiari ſuâ inſtructione & Catechiſmo, & pueros & alios quoſcumque ad Dei cognitionem adducat docens eos rudimenta fidei myſteriaque præcipua, Symbolum, Orationem Dominicam, mandata Divina &c. idque non in urbe dumtaxat & Eccleſia, in qua fortè reſidet, ſed & rure & in itinere, quod agit; eamque ob cauſam Catechiſmo ritè inſtituendo ſtudeat, Catechizantibus in Eccleſia diebus Dominicis aſſiſtat. Præterea zelus iſte conſiſtit in eo, ut bonum aliis præbeat exemplum, quod adducendis ad JESUM CHRISTUM animabus efficaciſſimum, & quâvis non rarò prædicatione efficacius eſt.

…ctionem ſuam effundat, quatenus diſtinctè legant, quæ in Eccleſia Dei legenda ſunt, & eadem operibus impleant: Ut aſſiduitate lectionum inſtructi ſint, atque ordinati, & agenda dicant, & dicta opere impleant: ut in utroque ſancta Eccleſia exemplo ſanctitati ſua conſulant. Pont. in ord. lect.

Oſtende mihi fidem tuam.... ex operibus. Iac. 2. 18.

Nomen habes, quòd vivas, & mortuus es. Apocal. 3. 1.

Non ſe Chriſti reputabat amicum, niſi animas foveret, quas ille redemit. S. Bon. in vit. S. Franc.

Si tanta mercedis eſt à morte eripere carnem quandoque morituram, quanti meriti erit, à morte animam liberare in cæleſti patria victuram? S. Greg. lib. 19. mor. c. 12.

Circuibat IESUS *civitates, & caſtella docens in Synagogis, & prædicans Evangelium regni.* Matth. 9. 35.

Sitis ſine querela & ſimplices filii Dei, ſine reprehenſione in medio nationis pravæ & perverſæ. Phil. 2. 15. hom. 20. in Evang.

Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper plus quam omnes miſit. Luc. 21. 3.

Si enim voluntas prompta eſt, ſecundum id quod habet accepta eſt, non ſecundum id quod non habet. 2. Cor. 8. 12.

VIDE jam, nùm zelo iſto tu ferveas, & conſidera, quâ in re deinceps hunc teſtari ſit animus; ne dicas, inquit Gregorius: *Admonere non ſufficio, exhortari idoneus non ſum, quantùm potes, exhibe.* Qui bonum præbere exemplum, modicumque inſtituere nequeat Catechiſmum, nemo eſt. Ad hæc gratiam tibi largitus eſt. Si parùm tibi talenti eſt, parvo quoque Deus contentus erit, tantumque tibi mercedis redditurus eſt, quantum ei, cui multum donavit, tibique æquè dicet ac illi:

Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. Matth. 25. 21. & 23.

MEDITATIO LXXXI.

De Exorciſta, qui tertium inter Minores Ordinem obtinet.

1. Excellentia ejus.
2. Munia ejus.
3. Virtutes nonnullæ, quibus obſtrictus eſt e. g. Mortificatio & cordis munditia.

Accipe & commenda memoria & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper Energumenos ſive baptizatos ſive Catechumenos. Pontific.

Hæc verba ſunt, quibus in Exorciſtis ordinandis utitur Epiſcopus, cujus Ordinis materia liber Exorciſmorum eſt.

PUNCTUM I.

Res ſpiritualis nequitia, non invitatoria operatione, ſed expugnatoria dominatione, non ſocia conſcientia, ſed inimica ſcientia, tractamus. Tert. l de anima c. 57. *Spiritum immundum*

CONSIDERA dignitatem Ordinis Exorciſtæ. Hujus imprimis poteſtas ad dæmones extenditur, quos in fugam conjicit ac tremorem, non precibus uſus aut promiſſo pactove quocumque, quemadmodùm Sortilegis Magiſque familiare eſt, at verò abſolutâ eis po-

potentiâ imperioque præcipiens, undè & ſpirituales appellantur Imperatores. Prætereà Domini noſtri ſingulari quodam modo munia obire videtur Exorciſta; quia, teſte Joanne cap. 3. 8. *In hoc apparuit Filius Dei, ut diſſolvat opera diaboli*. Quæ utique opera non ſemel diſſolvit.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quænam hujus Ordinis munia ſint. Primum eſt, dæmones ejicere; quamquam id muneris hodie, ob refrigeſcentem Clericorum charitatem atque exiguam ſanctitatem, ſolis obire Sacerdotibus non citra conſenſum Epiſcopi conceſſum ſit. Alterum eſt, non communicaturos ab Altari arcere, ut communicaturis præbeatur acceſſus. Tertium eſt, præparare aquam, quam ſingulis diebus Dominicis conſecrare conſuevit Eccleſia, eamque ſpiritibus adhibere immundis, omnibus in exorciſmis Sacerdoti aſſiſtere, reſpondere eidem librumque apertum exhibere. Quartum denique, ne vaſis ſacris aqua deſit benedicta, providere.

PUNCTUM III.

DEDUC indè, hoc tibi, quatenùs Exorciſtæ, onus injectum, ut mortificatus ſis quam maximè, quia, teſte Salvatore noſtro, *Hoc genus non ejicitur niſi per orationem & jejunium*. Deindè ut ſummâ cordis munditie niteas: Quòd ſi enim peccato, dæmonis quoque tyrannidi ſubjectus es. Quo verò pacto imperitabis ei, cujus ipſe mancipium es? Quomodò aliis medicabere, ſi ægrotus es ipſe? Et tantò quidem periculoſiùs ægrotas, quantò poſſeſſione dæmonis corporali formidabilior ſpiritualis eſt; illa ſiquidem involuntaria eſt & gratiæ ſæpiùs Divinæ conjuncta; hæc autem voluntaria ſemper, quæ cùm Dei nos inimicos conſtituat, perpetuum nos inter & eum divortium facit. *Studeas ergò, ut ſemel cer-*

auferam de terra. Zach. 13. 2. Matth. 1. 7. 8. 12. 15. 17. Marc. 1. 30. 5. 9. Luc. 4. 7. 8. 11. 13.

Exorciſtam oportet abjicere dæmones & dicere populo, ut qui non communicat, det locum, & aquam in miniſterio fundat. Pont.

Exorciſtæ cura erit, ut nunquam in vaſis aqua benedicta deficiat, atque ut in tempore aqua renovetur, & benedicatur à Sacerdote, eique benedictioni aſſiſtere vel miniſtrare, atque aquam ad benedictionem parare, vaſis tamen ipſis primum bene lotis ac diligenter aſperſis: cum Baptiſmi Sacr. à Parocho miniſtratur, adſit, ſal ipſi in tempore exhibiturus, librumque de quo Parochus exorciſmos legere poſſit, ante illius oculos ſuſtineat. Nuntiet iis qui non communicant, locum dent communicantibus, ut libro antiquo ordinis Rom cautum eſt. Quamvis autem exorciſandi officium vix hodie committi tutò poſſit, niſi ſacerdotibus, propter refrigeſcentem Clericorum charitatem & deficientem in dies magis in Eccleſia miniſtris ſanctitatem; non abs re erit tamen, minores aliquos Clericos, qui divinæ charitatis zelo, ſpiritualiſque vitæ ſtudio ardentiores ſunt, ad hanc etiam functionem præſtandam conſtituere. Stat. Eccl. refor. Franc. Bohem. Epiſc. Verc.

Quomodo quiſquam poteſt vaſa fortis diripere, niſi prius fortem alligaverit? Matth. 12.29.

Nemo poteſt vaſa fortis diripere, niſi prius fortem alliget: probabiles ſint medici Eccleſiæ tuæ, gratiâ curationum virtuteque cæleſti confirmati. Pont. in Admon. ad ordinand.

Ne in moribus veſtris aliquid ſui juris inimicus valeat vindicare; tunc etenim rectè dæmonibus in aliis imperabitis, cum prius in vobis eorum multimodam nequitiam ſuperaveritis Ib. Pont.

Quomodo poteſt ſatanas ſatanam ejicere? Marc. 3. 23.

Vigilate, quia adverſarius veſter diabolus circuit quærens quem devoret. 1. Pet. 5. 8.

corporibus aliorum dæmones expellitis, ita à mentibus & corporibus veſtris omnem immunditiam & nequitiam ejiciatis, ne illis ſuccumbatis, quos ab aliis veſtro miniſterio effugatis. Diſcite per officium veſtrum vitiis imperare &c. Animadverte proindè, quibus potiſſimùm vitiis ſubjaceas, quænam tibi paſſio maximè dominetur, ut frænum eis injicias; quot enim vitia ſunt, in quæ laberis, tot & dæmonia ſunt, à quibus poſſideris, quæ ubi Divinâ aſpirante gratiâ ſemel tibi ſubdideris, ſeriò tibi invigilare memineris:

Spiritus enim immundus, inquit Salvator, *cùm exierit ab homine, dicit, revertar illuc, undè exivi. & aſſumit ſecum ſeptem ſpiritus nequiores ſe & intrantes habitant ibi, & fiunt noviſſima hominis iſtius pejora prioribus.* Matth. 12. 43. & ſeq.

MEDITATIO LXXXII.

De virtute humilitatis commendanda ſummoperè ac neceſſaria Exorciſta.

1. Rationes, ob quas Exorciſtis humilitas neceſſaria.
2. Notæ humilitatis.
3. Animadverſio.

Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus ſubjiciuntur vobis; gaudete autem, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Luc. 10. 20.

Innuit nobis hiſce verbis Salvator noſter, nihil eſſe, imperitare dæmoniis, ſi deſtituamur humilitate, quâ Regnum cælorum obtinetur.

PUNCUTM I.

Chriſtus ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut ho-

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſiaſticis, ac potiſſimùm Exorciſtis neceſſaria humilitas eſt. Prima hæc eſt, quòd eorum ſit, non ex corporibus modò; ſed & animatidx

mabus expellere dæmonem, qui ſpiritus ſuperbiſſimus eſt; cùm itaque contraria paſſim contrariis pellantur, nihil eſt, quod ſuperbus ille ſpiritus formidet magis, quoque faciliùs coërceatur, quàm humilitas. Altera eſt, quod cùm hæc authoritas quædam ſit participatio authoritatis illius, quam toties Salvator noſter in hoc mundo demonſtravit, eâdem, quâ ille, methodo ad hunc conflictum accingantur oportet: Atqui nihil adeò validum regno ſathanæ deſtruendo, quàm Filii Dei exinanitio, cui propterea dæmones cùm ferendo non eſſent, exclamabant: *Quid tibi & nobis Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos? Scio te quis ſis ſanctus Dei.* Cùmque diſcipuli dicerent ei lætabundi: etiam dæmones ſubjiciuntur nobis in nomine tuo. Luc. 10. humilitatem eis inculcaturus: *Videbam*, inquit, *ſathanam ſicut fulgur de cælo cadentem.* Perindè atque ſi diceret, ut ejus caverent imitari culpam, niſi vellent & incurrere pœnam.

...me: humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Iesu, *omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum.* Phil. 2. 7. & ſeq.

Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & revelaſti ea parvulis. Luc. 10. 21.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quinam humilitatis effectus atque adeò notæ ſint. Virtute hâc cognoſcimus & profitemur, nos nihil eſſe, nos nihil poſſe; at verò omnia à Deo procedere, cujus proinde obſequio impendenda, cujus gloriæ conſecranda ſint omnia. Hâc quoque diffidimus nobiſmetipſis, hâc magna cum modeſtia de nobis loquimur, hâc monita atque correptiones æquo animo ſuſcipimus, humilia exercemus, cum humilibus converſamur. Hâc denique de nemine malè, de omnibus benè ſentimus, vitia aliena excuſamus, benè loquimur de omnibus, omnibus autem cum ſuavitate, affabilitate, debitaque cum reverentia loquimur.

Subſtantia mea tanquam nihilum ante te. Pſalm. 38. 6.

Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis. 2. Corinth. 3. 5.

Omnia opera noſtra operatus es nobis Domine. Iſai. 26. 12.

Cum ſimplicibus ſermocinatio ejus. Prov. 3. 32.

Quid dicis de teipſo? Ioan. 1. 22.

Quem teipſum facis? Ibid. 8. 53.

PUNCTUM III.

EXAMINA temetipſum ſuper punctis modò propoſitis. Ecquid ſentis de teipſo? Quâ [illegible]

re laudes tuas aut vituperia excipis? Quo modo cum proximo tuo converſaris?

Decerne deinceps nullam tranſigere diem, quin aliquid ſaltem humilitatis exerceas; ut ejuſdem tandem habitum acquiras; quidquid enim aliunde talenti poſſideas, illa ſi deſit, nihil habebis; & licet gratiam haberes patrandi miracula, quemadmodum habes poteſtatem, totum hoc ſufficere nequit.

Multi enim mihi dicent in illa die, inquit Salvator, *Nonne in nomine tuo prophetavimus? nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus? & tunc confitebor illis: quia nunquam novi vos. Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.* Matth. 7. 22. & 23.

MEDITATIO LXXXIII.

De methodo exorcizandi energumenos, quidque ſit obſervandum, ut hoc ritè fiat.

1. Quam munus hoc periculoſum ſit & unde veri energumeni dignoſcendi ſint?
2. Quid exorciſtæ præcavendum, quidque apparatûs adhibendum?

Dedit illis Jesus *poteſtatem curandi infirmitates & ejiciendi dæmonia.* Marc. 3. 15. & 6. 7.

PUNCTUM I.

Primò ne Sacerdoti Clericove ſæculari aut Regulari exorciſmum adhibere liceat, niſi is exorciſandi facultatem ſcripto exaratam ab Epiſcopo impetrârit. 2. Antequam exorciſare aliquem aggrediatur, perquirat imprimis energumeni energumenave mores, tum exploret actiones, & medicum, ſi expedire videbi-

CONSIDERA, cum munus hoc periculoſum ſit, cautelæ nonnihil adhibendum, ut ritè obeatur. De poſſeſſione imprimis dæmoniaca conſtare neceſſe eſt, quæ tribus quatuorvè notis dignoſci poteſt. Prima eſt, ſi energumenus blaſphemet abſurdaque effutiat, quamquam proferre hæc omnia poſſit malitia hominis, qui, corpore ſaltem, à dæmone poſſeſſus non ſit. Altera, ſi ſublatus in aëra ſit, eaque nota eſt infallibilis, cum res naturâ gravis, cujuſmodi corpus

Digitized by Google

poſitum eſt, aſſiduè deorſum vergat; unde & tales energumeni *arreptitii* vocantur. Tertia, ſi quod alibi locorum agitur, eodem prorſus tempore denuntiet. Quarta, ſi idiomatibus loquatur ignotis, aut ſi ab hominibus cogitata divinet. Cognitâ verò hiſce notis poſſeſſione, Epiſcopi approbatio mandatumque accedat oportet adhibendi exorciſmos, non ubicumque locorum; ſed in ea dumtaxat Eccleſia, quæ hanc ob cauſam deſignata fuerit. Magna denique ab omnibus aſſiſtentibus adhibenda fides eſt, orationque aſſidua, ſi fortè eorum auxilio eguerit exorciſta, omniſque curioſitas excludenda.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, tria ſimiliter exigi quoad exorciſtam. Primum eſt, ut in gratia ſit, ne hoc ei mali accidat, quod in Actibus Apoſtolorum de duobus iſtis Scevę liberis S. Lucas deſcribit: utque gemina iſta virtute, humilitate ſit & mortificatione munitus. Ita ſcilicet munere hoc functus eſt Martinus, qui Eccleſiam ingreſſus neminem ibidem perſiſtere patiebatur; at præmiſſo diei non unius jejunio, cilicio coopertus, humi ſe ſternens, preces ſuas ad Deum emittebat, & nullo præterea exorciſmo adhibito obſtinatiſſimos quoſque dæmones exturbabat, qui hanc ob cauſam incredibilem tumultum excitabant, ex quo vel pedem cellula ſua efferebat, ad Eccleſiam properaturus. Alterum eſt, ut prudens & doctus ſit exorciſta, ut veram inter poſſeſſionem & obſeſſionem illuſionemque diſcrimen inveniat; ſunt enim morbi, qui ægros perinde atque ſi poſſeſſi forent, cruciare non deſinunt, quibuſque nonnunquam diabolus utitur, ſuam celans malignitatem planetarum dominio, quemadmodùm videre fuit in Lunatico à Salvatore curato. Tertium eſt, ut exorciſta nec lucri ſpe nec ullâ ducatur curioſitate, nec inutiles, curio-

tur; conſulat adhibeatque, ut videat, an, quod ab iſto agitur, fiat morbi alicujus aut bilis atra vi, an vero ſponte ac diſſimulanter, an denique dæmonis malorumque ſpirituum vexatione. 3. Videat item, an ille excommunicationis vinculo irretitus unquam fuerit, atque abſolutionem ritè acceperit. 4. In hoc exorciſandi munere, ejuſve occaſione, non modò quæſtum fugiat, ſed ne doni aut muneris quidquam vel minimum accipiat. 5. Ne in ædibus laicalibus, locisque privatis, ſed in Eccleſia, loco aperto & conſpicuo, nec in omni Eccleſia, ſed in iis ſolum, quas certas Epiſcopus ſtatuerit. 6. Neque in conſpectu multitudinis, non remotis tamen arbitris, ſed præſentibus viris honeſtis atque ætate gravibus, iiſque uno ſaltem aut duobus Eccleſiaſticis hominibus. 7. Mulieri autem energumena cum exorciſmum adhibeat, id præſtet coram duobus ætate vitaque probatis viris & fœminis totidem, iiſque omnibus ſi fieri poteſt energumenæ conſanguineis aut affinibus. 8. Mares autem alios adeſſe omnino non patiatur, niſi unum Eccleſiaſtici ordinis hominem. 9. Ne ante ortum neve poſt occaſum ſolis quemquam exorcizet. 10. Ne duo ſimul eodem tempore, ſed unumquemque ſigillatim ac ſeparatim,

Digitized by Google

rioſas, impiaſque quæſtiones diabolo proponat; hæc enim exorciſtæ aſſiſtentiumve curioſitas & fides exigua non rarò in cauſa eſt, quòd irriti reddantur exorciſmi, & miniſterium hoc in ludibrium vergat; ubi, cum cautela adhibetur & diſpoſitio requiſita, diabolus migrare compellitur. Quod ſi non migret, Deus ita permittit, nunc quidem ut poſſeſſio magis adhuc innoteſcat, nunc verò ut Eccleſiæ poteſtas plus eluceſcat, nunc etiam quia hoc & exorciſtæ & energumeno ad patientiæ atque humilitatis exercitium utilius eſt, nunc denique ut tormenta dæmonum ac cruciatus augeantur, plura, quæ horrent, dicere ac proferre compellantur ad Dei gloriam, Religionis augmentúm atque ſalutem animarum.

Da grates Deo, quod poteſtatem talem reliquerit Eccleſiæ. Adora Sanctiſſimum JESU nomen dæmonibus tam formidabile, utere hoc adverſus tentationes, quibus te impetunt: ſubeat tibi illud S. Antonii, cujus memoriam Religioſis ſuis quam ſæpiſſimè refricabat:

Mihi credite, pertimeſcit ſatanas piorum vigilias, orationes &c. maximè verò ardentem amorem in Chriſtum Dominum, cujus unico ſanctiſſimæ Crucis ſigno debilitatus aufugit. S. Athan. in ejus vita.

11. In hujus muneris functione graviter, piè, & religioſè imprimis ſe gerat. 12. Quamobrem pridie illius diei, quo aliquem exorciſmum adhibere inceperit, jejunio & oratione ſe præparare ſtudeat. 13. Tum confeſſus conſcientia ab omni culpa pura ac munda, magna cum humilitate & fide memor poteſtatis quam à Domino accepit expellendi dæmones, ad id munus obeundum accedat. 14. Si Sacerdos eſt, antequam exorciſmum inchoet, Miſſæ ſacrum faciat, ſi id commodè præſtare poteſt. 15. Energumenis vero exorciſmum adhibere ne incipiat, niſi prius illi confeſſi fuerint, ad hocque eos adhortetur omnes, ut anteacta vitæ peccata diligenti conſcientiæ diſcuſſione confiteantur. 16. Tum ſæpe moneat, ut precibus, orationi & ſanctis meditationibus, & pietatis ſtudiis atque exercitationibus ſe dent, Eccleſias, ubi Sanctorum Reliquiæ recondita ſunt, certis diebus piè viſitent, jejunia præterea in 6. quaque imprimis feria religioſè amplectantur. 17. Caveat, dum exorciſat, ne energumenæ mulieris capiti, corporive, niſi cum magna honeſtate atque cautione manum adhibeat, neve energumenum altari imponat. 18. Ne aliis vero exorciſmis, precibus, ritibus ad id munus utatur, niſi ad libri Epiſcopi judicio comprobati rationem præſcriptam. 19. Cui nihil ab eo addi, detrahi, aut mutari poſſit. 20. Præſcriptas has regulas quo diligentius ſervet, tabulas deſcriptas eo [illegible] ſibi proponat, ubi potiſſimum id munus gerit. Conc. Prov. 4. Med. parte 2. tit. quæ ad Sacram. &c.

ME-

MEDITATIO LXXXIV.

De Acolytho, qui quartum inter minores Ordinem obtinet.

1. Excellentia ejus.
2. Munia ejus.
3. Quo animo obeunda.

Duplex eſt hujus Ordinis materia, urceoli videlicet vacui & ceroferarium cum cereo; duplex ſimiliter & forma eſt, quam hiſce verbis Epiſcopus exprimit: Accipite ceroferarium cum cereo, & ſciatis vos ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipari.

Accipite urceolum ad ſuggerendum aquam & vinum in Euchariſtiam Sanguinis Chriſti in nomine Domini. *Amen.*

PUNCTUM I.

CONSIDERA Acolythi excellentiam magnificentiamque. Quæ imprimis eluceſcit in duplici illa materia, quam in ſui Ordinatione recipit, utpotè quæ collatam ei duplicem denotet poteſtatem, alteram in Corpus JESU CHRISTI myſticum, quod eſt Eccleſia, provocando fideles ad pietatem exemplo ſuo, alteram in corpus ejus naturale, Sacrificii materiam præparando. Deindè in eo, quòd vi characteris ſui & altari appropinquare & deſervire Acolytho præ cæteris liceat.

Sic luceat lux veſtra coram hominibus. Matt. 5. 16.

Ecce dedi te in lucem gentium Iſai. 49. 6.

ἀκώλυθος. *non prohibitus*

Acolythum oportet ceroferarium ferre, luminaria Eccleſia accendere, vinum & aquam ad Euchariſtiam miniſtrare. Pont.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quænam ſint Acolythi munia. Primum eſt, tempore Sacrificii Officiique Divini accendere cereos, ignem ac incenſum præparare, cùm opus eſt, atque Thuriferarium agere.

Alterum eſt, portare ceroferaria in Miſſa ſolem-

Acolythus Diaconum & Subdiac. ad miniſterium procedentes anteire debet, eiſque prout res exigit, miniſtrare, lumina quoque in altari accendere, in proceſſionibus cruci duo lumina anteferre, urceolos nitidos, cum aqua & vino, cum pelvicula pro Miſſa Sacrificio praeparare, cum

lemni ante Evangelium, in Proceſſionibus, ad Elevationem, Communionem infirmorum &c.

Tertium eſt, aquam, & vinum urceolis infundere.

Quartum denique atque potiſſimum illud eſt, ut indutus ſuperpellicèo Miſſæ Sacrificio ſolemniter deſerviat, atque in omnium Sacramentorum adminiſtratione, juxta nominis ſui Etymologiam, Presbyterum ſequatur.

PUNCTUM III.

Concludes imprimis hinc, quo animo ſpirituve univerſa hæc munia, quamvis in ſpeciem vilia, Acolythis obeunda ſint; ſunt ſcilicet totidem munia Ordinis, quo ad illa ritè obeunda gratia confertur. Potiſſimè verò quanta eis devotione portandus ſit cereus, qui Domini noſtri Jesu Christi, de ſe dicentis: *Ego ſum lux mundi*, typus eſt. Præterea quam, juxtà exemplum Prædeceſſorum ſuorum in Veteri Teſtamento, ſatagere debeant, ut unica ut minùs lampas coram Sanctiſſimo Sacramento noctu diuque intertineatur; ad conferendum proinde ad expenſas has ſacro-ſanctas Parochianos accendere, ob oculos eis ponere, quantâ actus hic Religionis & vetuſtate ſit & myſterio ſpectabilis. Denique cum toti lux ſint Acolythi, quam eis vivendum exemplariter, omniaque tenebrarum opera eliminanda.

Abjiciamus opera tenebrarum. Rom. 13. 12.

Id eſt, omnem avaritiam, immunditiam, ſuperbiam, ſcurrulitatem.

Et induamur arma lucis. Ibid.

Id eſt, pietatem, humilitatem, mundi contemptum & amorem Dei,

Sicut in die honeſtè ambulemus. Rom. 13. 13.

Miſſam ſolemnem celebrari oportet, duo Acolythi præire debent duo lumina cum ceroſterariis, aut candelabris præferentes. Cum legitur Evangelium, cum iiſdem luminibus, vel aliis duobus intortitiis, Diacono ab utroque latere aſſiſtere. Cum item ſanctiſſimum Chriſti Corpus & Sanguinem in Miſſa Sacrificio elevari oportet, cum duobus aut tot intortitiis quot in altari erunt cerei accenſi rite aſſiſtere. Ejuſdem etiam cura erit acerram, & thuribulum cum igne præparare, & Subdiacono cum opus eſt preſtò eſſe, omnium Sacrament. adminiſtrationi præſentem eſſe. Eos qui confirmantur nominatim ſcripto vocare, nominaque rurſus deſcribere, in Confirmat. Sacram. & in Baptiſmi Sacr. mares à fœminis diſtinguere, Epiſcopum comitari, à quo Acolythi nomen accepit. Sacerdotibus etiam celebrantibus, in aliis omnibus miniſtrare debet. Statuta Eccl. ref. Franc. Bohem. Epiſc. Verc.

Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Ioan. 8. 12.

Videte ergo ut cujus typum geſtatis in manibus, ejus fidem geſtetis in mente, confeſſionem nominis in ore, imitationem in opere. Pet Bleſ.

Ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonii... Et collocabunt eam Aaron & filii ejus, ut uſque manè luceat coram Domino. Exod. 27. 20. 21.

Ignis in altari ſemper ardebit, quem nutriet Sacerdos, ſubjiciens ligna manè per ſingulos dies. Levit. 6. 12.

Ut filii lucis ambulate. Epheſ. 5. 8.

ME-

MEDITATIO LXXXV.

De virtutibus Acolytho commendandis, ac imprimis de bono exemplo.

1. Quod Eccleſiaſtici ad bonum præbendum exemplum jure naturæ, Divino atque Eccleſiaſticô teneantur.
2. In quo bonum hoc exemplum conſiſtat?

In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum. Tit. 2. 7.

Hoc monitum eſt, quo cum Apoſtolo nos hortatur Eccleſia, dùm Acolythos nos creaturâ cereum porrigit.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quam ſtricta ſit Clericis obligatio bonum præbendi exemplum, cùm & in jure naturali & Divino & Eccleſiaſtico fundata ſit. Fundatur imprimis in jure naturali, quia Clerici forma ſunt & ſpeculum & exemplar & regula cæterorum; atqui recta ſit oportet & juſta omniſque defectûs expers regula, ut utilis ſit. Atque hinc eſt, ut ipſum oportuerit Dominum noſtrum venire in mundum, qui vitæ noſtræ regula eſſet; quia *omnes*, teſte Davide, *declinaverunt.* Idem verò Dominus ex hoc mundo diſcedens, vicarios ſuos ſtatuit Eccleſiaſticos, illis dicens in Apoſtolis: *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodùm ego feci, ita & vos faciatis.* Joan. 13. 15. Et alibi: *Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi.* Matth. 13. & 14. Quibus ſi hæc aliaque præcepta jungantur Apoſtoli, quæ pluribus in Epiſtolis ſuis prolocutus eſt: A. *Exemplum fidelium.* B. *Forma facti gregis.* C. *In omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros.* Satis ſuperque probabitur, jure etiam Divino ad bonum præbendum exemplum Clericos obligari. Quòd denique & jure obligentur Eccleſiaſtico, innumera probant Concilia. Unde & alii SS.Pa-

Sic natura comparatum eſſe videmus, ut ſubditorum multitudo, magis quidem ex parte principum ſuorum mores tanquam imaginem ſpectent, ſeque ad illos formare ſtudeant. S. Chryſ. l. 3. de Sacr. c. 10.

Omnes declinaverunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. Salvum me fac, Domine, quoniam defecit, ſanctus. Pſal. 13. 3.

A. 1. Timoth. 4. 12. Tit. 2. 7. Phil. 1.
B. 1. Pet. 5. 3. Rom. 12. 1. Cor. 4. c. 2. Cor. 6. 4. Tur. an. 82. c. 1. Forojul. ann. 691. c. 23. Senon. ann. 2528. c. 23. Cabilon. 113. cap. 1. Aquiſ. 816. c. 12. Trid. ſeſſ. 12. de perf. cap. 2.

Digitized by Google

Multitudo, ſapientium, ſanitas eſt orbis terrarum. Sap. 6. 26.

Quatenus lumen viſibile praeferentes, lumen quoque ſpirituale moribus praebeant. Pont.

SS. Patrum oculos eos appellant Eccleſiæ, alii ſoli ac lunæ comparant, ita nimirum oſtenſuri, quòd quemadmodum hæc ſidera facta ſunt, ut mundum illuminent, non aliam quoque ob cauſam Clerici in Eccleſia inſtituti ſint, quàm ut cæteris velut exempla prælucceant. Quemadmodum proinde ſole per eclipſim abſcondito, non niſi tenebræ terram operiunt; ita & ignorantiæ & erroribus immerſi hærent ſæculares, cum ſecùs quam oportet vitam inſtituunt Clerici.

Nonne maxime nobis honori cedat, quòd formam liceat eſſe cæteris? nonne proinde ſingularem hunc Divinæ miſericordiæ effectum fidelitate inviolabili profiteri oportuit?

PUNCTUM II.

Omnia in clerico debent eſſe vocalia, ut veritatem mente concipiat, non inanem virtutis ſpeciem & toto eam habitu reſonet & ornatu, ut quidquid agit, quidquid loquitur, in doctrina populorum, &c. S. Hier.

Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres, juvenculas ut ſorores. 1. Tim. 5. 1.

Prædica verbum, inſta, opportunè, importunè, argue, obſerva, increpa, in omni patientia & doctrina. 2. Tim. 4. 2.

In caſtitate. 1. Tim 4. 12.

Teipſum caſtum cuſtodi. 1 Tim 5. 22.

Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos, oſtendat ex bona converſatione operationem ſuam. Iac 3. 13.

Quæ verò ſit iſta lux quam tantopere inculcat Apoſtolus, ipſe demon-

Conſidera, in quo bonum hoc exemplum conſiſtat. *In omnibus*, inquit Apoſtolus; at potiſſimùm *in doctrina, in integritate & in gravitate.*

In doctrina, imprimis, id eſt, inſtructione publica & privata, benigne corripiendo æquales, cum humilitate obſervando ſuperiores, & durè, cùm opus eſt, increpando inferiores.

Secundò *in integritate*, id eſt eximiâ caſtitate, quæ & verbis & actibus & quavis converſatione exhibenda eſt.

Tertiò *in gravitate*, id eſt modeſtia & gravitate decora, nihil in veſtibus, ædibus, familiiſve ſuis tolerando, quòd conditionis ſuæ ſimplicitatem frugalitatemque non deceat.

Atque hæc ſunt, quibus te obſtrinxit Eccleſia, dum Acolythum creavit & cum Apoſtolo dixit:

In medio nationis pravæ & perverſæ lucete, ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes: ſint lumbi veſtri præcincti & lucernæ ardentes in manibus veſtris: ut filii lucis. Philip. 2. 15. & 16. Luc. 3. 5. Joan. 12. 36.

Examina te ſuper hiſce verbis, & cave ne fruſtra tibi dicta ſint.

Era-

Eratis enim aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulate. Eph. 5.8.

MEDITATIO LXXXVI.

De pravis Eccleſiaſticorum exemplis, deque malis ex hiſce conſectariis.

1. Mala, quæ pravum Clericorum exemplum ſecum trahit.
2. Minæ formidabiles, quas Deus iis intentat.

Nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum. 2. Cor. 6. 3.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quantum malorum pravum Clericorum exemplum poſt ſe trahat. Imprimis, juxta phraſim Apoſtoli, vituperabile reddit miniſterium eorum. Fidem deindè Catholicam Libertinorum atque Hæreticorum ludibrio exponit. Hæc ſcaturigo eſt, ex qua noviſſimis hiſce temporibus Hæreſis promanavit. Hoc validiſſimum argumentum, quo rudiores plerumque convincuntur ab iis, à quibus ſeducuntur. Tot etiam homicidia ſpiritualia pravum producit exemplum, quot homines ſunt, quibus perverſæ Clericorum actiones perſpectæ ſunt. Malum ſiquidem potius quam bonum ſequi vulgus aſſolet, facilè imitatur, immò & ſuperat malum, quod ab his patrari conſpexit. Atque hoc eſt, quod Deus queritur per Prophetam, dum hujuſmodi Eccleſiaſticos laqueos nuncupat ad capiendas animas, quas & diabolicæ Tyrannidi ſubjiciunt & in profundum inferni demergunt. Ut verò hæc veritas adhuc clariùs eluceſcat,

PUNCTUM II.

CONSIDERA minas formidabiles, quas ſcandaloſis hiſce Eccleſiaſticis Deus intentat. Om-

ſint ſubdeus:. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & juſtitia & veritate. Eſtote ergò ſolliciti, ut & vos & alios, & Dei Eccleſiam illuminetis. Tunc etenim in Dei Sacrificium dignè vinum ſuggeretis, & aquam; ſi vos ipſi Sacrificium Deo per caſtam vitam & bona opera oblati fueritis. Pont. in adm. ad Acol. ord.

Cujus vita deſpicitur, quid reſtat, niſi ut prædicatio contemnatur? Nullum puto ab aliis majus præjudicium toleret Deus, quam quando eos quos ad aliorum correctionem poſuit, dare exempla pravitatis cernit, quando ipſi peccamus qui comprimere peccata debuimus. S. Greg. de Cur. Paſt.

Sacerdos meus qui unctus eſt, ſi peccaverit, delinquere faciet populum meum. Levit. 4. 3. in quem locum S. Greg. ait; *Scire Sacerdotes debent, quòd ſi perverſa perpetrant; tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubjectos ſuæ perditionis exempla tranſmittunt.* 3. p. Paſt. c. 5.

Audite hoc Sacerdotes quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expanſum ſuper Thabor & victimas declinaſtis in profundum. Oſeë 5. 1.

Omnem in hos culpam conjicit eorum, quos pravo ſuo exemplo corruperint, ut & pœnam tolerent. Quanta in hora mortis deſperatio, cùm omnes animæ, quibus peccandi occaſionem ſubminiſtraverimus, Divinam in nos vindictam provocabunt! Quid? quod privatis hiſce caſtigationibus nondùm ſatur, publicas nonnunquam plagas immittat, ut ita oſtendat quàm Clericorum perverſitatem abominetur. Ita videmus in pœnam Heli & liberorum ejus delinquentium Philiſtæos reportaſſe victoriam, cæſos penitùs Iſraëlitas, & Arcam Dei in manus veniſſe alienigenarum. Sanctus verò Cyprianus calamitates deplorans, quæ illius tempeſtate Africam univerſam devaſtabant, potiſſimam eorum cauſam Eccleſiaſticorum ſimiliter peccatis aſſcribit. Paupertatis, inſuper, ærumnæ, opprobrii atque infamiæ eis minas intentat. Nonnè verò maximam harum partem hodie completam cernimus, cùm Status Eccleſiaſticus tanto ubique vilipendio tantoque deſpectui eſt? In quos verò hujuſce culpa conjicienda eſt, niſi in noſmetipſos, qui exemplis noſtris perverſis miniſterium Jesu Christi dehoneſtamus, noſque infames atque omni prorsùs veneratione indignos reddimus? quàm enim virtuti veneratio, tam vitio individua comes infamia eſt.

Perlege hanc ob cauſam caput hodie ſecundum Malachiæ, quo veritatem hanc ſolidiùs adhuc ſtabilitam invenies. Vide, qua in re pravum tu quoque exemplum aliquando præbueris.

Poſce veniam & emendationem decerne, ne fortè in caput tuum hæc mala concidant. In rebus etiam indifferentibus ſummoperè hanc ob cauſam ſis circumſpectus:

Ne fortè, inquit Apoſtolus, *hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis*. 1.Cor.8. 9.

Propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias ejus, inſania in domo Dei ejus, &c. profundè peccaverunt. Ibid. 9. 8.

Laqueus ruinæ populi mei Sacerdotes mali. Ezech. c. 44.

Sanguinem ejus de manu tua requiram. Ezech. 3. 18. 20.

Unuſquiſque Chriſtianorum pro ſuo peccato reddet rationem, Sacerdotes autem non ſolum pro ſuis, ſed & pro omnium peccatis reddent rationem. S. Chr. hom. 38. in Matth.

Quanto mundus gladio feriatur aſpicitis, quibus quotidie percuſſionibus intereat populus, videtis. Cujus hoc niſi noſtro præcipuè peccato agitur? Ecce depopulatæ urbes, everſa ſunt caſtra Eccleſiæ ac monaſteria deſtructa, in ſolitudinem agri redacti ſunt. Sed nos pereunti populo authores mortis extitimus, cui eſſe debuimus duces ad vitam, &c. S. Greg. homil. de Cur. Paſt.

Vapulavimus & merèmur, cum nec illi, qui exemplo cæteris ad bonos mores eſſe debuerant, teneant diſciplinam. San. Cypr. de mor.

Mittam in vobis egeſtatem, &c. quia ſcandaliſaſtis plurimos in lege, propterea ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis. Malach. 2. 2.

Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus! Aurum obſcuratum eſt, quia Sacerdotum vita quondam per gloriam virtutum clara, nunc per actiones infirmas oſten-

Digitized by Google

oſtendit ut reprobata. Color optimus eſt mutatus; quia ille ſanctitatis habitus per terrena & abjecta opera ad ignominiam deſpectionis venit. S. Gregor. de cura Paſt.

Percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. 1. Corinth. 8. 12.

MEDITATIO LXXXVII.

De alia virtute Acolytho perquàm commendanda, id eſt, modeſtiâ.

1. Rationes, ob quas Clericis hæc virtus neceſſaria eſt.
2. Quid modeſtia, quoque loco exhibenda?
3. Methodus hanc acquirendi atque exequendi.

Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Phil. 4. 5.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas ad exercitium hujus virtutis Eccleſiaſtici obligantur. Prima eſt excellentia ejus, ob quam radium Divinitatis & portionem Dei eam Ambroſius appellat. Altera eſt noſtra utilitas, utpotè quæ nos Deo acceptos, amabiles Angelis, venerandos hominibus reddat, & ad cordis munditiem, animæ recollectionem, virtutem denique omnem perfectionemque adipiſcendam mirè conducat. Tertia utilitas proximi eſt, qui cùm non videat niſi exterius, ex eo de virtute interiori ſibi format ideam: cujus proindè ſaluti non parùm prodeſſe poſſumus, ſi hâc modeſtiâ fuerimus inſigniti, eum ædificantes & congruam de nobis exiſtimationem parientes; obeſſe verò non minùs, ſi hâc fuerimus deſtituti. Undè & idem Ambroſius, non ſemel rogatus à quoquam, qui ſe ejus profitebatur amicum, ut in Clerum ejus aſſcriberetur, reluctabatur hoc ſolo, quòd geſtus ejus plurimùm dedeceret. Alterum verò quempiam jam Clero aſſcriptum, in ceremoniis coram ſe incedere noluit; quòd, inquit, *velut inſolentis inceſſus verbere oculos feriret meos.*

Dives eſt modeſtia, quia portio Dei eſt? L. 1. de off. c. 18.

Fructus ſpiritus eſt charitas, gaudium, &c. modeſtia, continentia, &c. Gal. 5. 22. & 23.

Induite vos ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, modeſtiam, patientiam. Col. 3. 12.

Habitus mentis in corporis ſtatu cognoſcitur.

Sic decet omnino Clericos vitam moreſque ſuos omnes componere, ut habitu, geſtu, inceſſu, aliiſque omnibus rebus, nihil niſi grave, moderatum ac religione plenum præ ſe ferant. Conc. Trid. ſeſſ. 22. can. 1. de ref. paulò poſt init.

Quia velut quodam inſolentis inceſſus verbere oculos feriret meos.... Nec fefellit ſententia; uterque enim ab officio receſſit, ut qualis inceſſu prodebatur, talis perfidiâ animi demonſtraretur.

Digitized by Google

PUNCTUM II.

Conſidera, quid ſit modeſtia, quoque potiſſimùm loco exhibenda. Modeſtia virtus eſt, quæ motibus quibuſque exterioribus modum condecentem imponit, v. g. verbis, inceſſui, obtutui, ſtaturæ, geſtibus &c. Quamvis autem hæc virtus, ut vera ſit & ſolida, ubique nos comitetur oportet, ſive ſoli fuerimus, ſive cum aliis, ſive nos in conclave recipiamus, ſive prodeamus in publicum; ſingulariter tamen eluceſcat neceſſe eſt, cum Altari deſervimus: Hîc enim *Spectaculum facti ſumus mundo & Angelis & hominibus.* 1. Cor. 4. 9. Imo verò & ipſi Deo.

PUNCTUM III.

Conſidera methodum ubique ſe modeſtè gerendi. Prima eſt, ut aſſidua Divinæ nos præſentiæ memoria ſubeat: unde & Apoſtolus hiſce verbis: *modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus*, mox ſubjungit; *Dominus enim propè eſt*, qui vos aſpicit, qui in judicio ſuo, quod appropinquat, omnium veſtrorum geſtuum rationem exiget. Altera, ut aſſiduò nobis ob oculos ponamus exempla Sanctorum: ac præſertim D. Virginis, Filiique ejus Unigeniti Domini noſtri, cujus modeſtia tam viſa eſt amabilis Apoſtolo, ut per hanc obſecraret Corinthios, cum aliquid eis extorquere percuperet: *Obſecro vos... per modeſtiam Chriſti.* 2. Cor. 10. 1.

Hunc formam nobis hac in parte præſtituamus, utpote qui vel ideò modeſtiam executioni mandare dignatus ſit, firmaſque nobis formemus ideas de modo, quem tenuit, loquendi, aſpiciendi, incedendi, ſedendi, manducandi, cætera agendi, quæ ad corporis attinent directionem, eaque aſſiduè nobis ponamus ob oculos, *donec formetur Chriſtus in nobis.* Gal. 4. 19.

Namque alter Ariana infeſtationis tempore fidem deſeruit, alter pecuniæ ſtudio, ne judicium ſubiret, Sacerdotem ſe noſtrum negavit. S. Ambroſ. l. 1. de off. c. 18.

Amictus corporis & riſus dentium & ingreſſus hominis enuntiant de illo. Eccl. 19. 27.

Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam; vir autem ſapiens vix tacitè ridebit. Eccleſ. 21. 23.

In plateis ſicut cinnamomum & balſamum aromatizans odorem dedi, quaſi myrrha electa dedi ſuavitatem odoris. Eccl. 24. 20.

Clerici à vulgari vita ſecluſi non vagis oculis, non effrent lingua aut petulanti fluidoque geſtu, tumidòque greſſu incedant; ſed pudorem & verecundiam mentis, ſimplici habitu inceſſuque oſtendant. Conc. Mog. de vit. Cl. c. 2.

Quid magis incongruum, quam ut immoderatè agat homo conſcius propriæ infirmitatis, quandoquidem apparuit inter homines modeſtus Dominus majeſtatis? S. Bernard

Vitta coccinea labia tua Can. 4. 3.

Cum quis ſpiritualiter vivit, hujus inceſſus, habitus ipſe, & verba & actus & omnia prorſus audientibus proſunt. S. Chryſoſt. præf. in Epiſt. ad Philem.

ME-

MEDITATIO LXXXVIII.

De tertia virtute Acolytho neceſſaria,

ID EST,

Singulari devotione erga Sacro-ſanctum Euchariſtia Sacramentum.

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſtici ad hanc devotionem obligantur.
2. In quo hæc conſiſtat.
3. Methodus eam exercendi.

Ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Matth. 6. 21.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſiaſtici ſummâ erga Sacro-ſanctum Euchariſtiæ Sacramentum devotione ferri tenentur. Prima eſt, quòd hoc omnium myſteriorum noſtrorum ſit maximum, diviniſſimum, auguſtiſſimum, atque adeò adorationem noſtram, reverentiam, obſequium devotionemque quàm maximè flagitet.

Miraculorum ab ipſo factorum maximum. S. Thom. opuſ. 57.

Poteſtne æſtimari, quale vel quantum ſit hoc ſanctum ſanctorum, & Sacramentum Sacramentorum, amor amorum, dulcedo omnium dulcedinum? Id. opuſc. 53.

Altera eſt, quòd omnem ex eo gloriam ſuam Eccleſiaſtici mutuentur, neque alio ſplendore aut dignitate Status eluceat Eccleſiaſticus, quàm hoc Sacramentum ei impertierit.

Sic Sacrificium iſtud inſtituit, cujus officium committi voluit ſolis Presbyteris, quibus ſic congruit, ut ſumant & dent cæteris. S. Thom.

Tertia eſt, quia hic theſaurus præ omnibus illis concreditus eſt, hujus clavis penes illos eſt, hunc cæteris diſtribuunt, hujus & æſtimationem & venerationem & devotionem Laicis debent inculcare.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo conſiſtat hæc devotio, quâ erga Sacro-ſanctum Euchariſtiæ Sacramentum Acolythos ferri oportet. In eo imprimis, ut quàm poſſunt ſæpiſſimè, extra tem-

Si Religioſa cupiditas eſt loca videre, in quibus Chriſtus ingreſſus & paſſus eſt, & aut de ipſis locis exiguum pulverem, aut de ipſo crucis ligno

tempus etiam Officii Divini, illud in Eccleſia viſitent, ſua illi obſequia tamquam ſupremo Domino delaturi, grates relaturi pro beneficiis acceptis, privatas publicaſve neceſſitates expoſituri, ejus præſentiâ fruituri, ſe denique totos illi conſecratos, illum verò unicum ſuum theſaurum teſtificaturi: annè gravis moleſtia eſt, modicum temporis ſpatium in Eccleſia perſiſtere?

Deinde in eo, ut maxima cum reverentia atque modeſtia ibidem perſiſtatur.

In eo deniqne potiſſimùm, ut Sacro-ſancto Miſſæ Sacrificio, ſive ſolenni ſive privato lubenter inſerviant; ita tamen, ut miniſterio hoc tamquam inter omnia Acolythi munia nobiliſſimo pariter ac ſublimiſſimo, conditionibus requiſitis ornati fungantur. Inter omnes vero haſce conditiones

aliquid, ſaltem feſtuca ſimile ſumere & habere benedictio eſt, ſi præſepe nati, ſi fluvius baptizati, ſi hortus orantis magiſtri, ſi atrium judicati, ſi ſpina coronati, ſi lignum ſuſpenſi, ſi ſaxum ſepulti, quanto magis? &c. S. Paul. Ep. 34. ad Mat.

Filii tui ſicut novella olivarum in circuitu menſæ tuæ. Pſ. 127. 3.

Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Luc. 17. 37.

PUNCTUM III.

TRes ſunt quatuorve præcipuæ, citra quas hoc miniſterium non ritè obitur.

Prima eſt, ut ceremonias methodumque ſerviendi Miſſæ probè quis calleat, his proinde ediſcendis incumbat, quaſlibet ad minimam uſque præſcriptas accuratè obſervet; cum ne vel una ſit, quæ myſterio vacet.

Altera eſt, ut quis ſit vehementer attentus, neque lecturam aut precem vocalem inſtituat; quòd ſi enim eo tempore, teſte Chryſoſtomo, vel ipſi Angeli humi proſtrati ſint; quanto cum tremore nos illi oportet aſſiſtere, qui Angelorum officium vicemque ſubimus? Numquid Ephebus Alexandri Magni, qui manum malebat prunis aduri, quàm ſacrificium idololatricum interturbari, nos rubore ſuffundat?

Tertia eſt, quam non decentia modò, ſed & Concilia quondam poſtulare videntur, ut quis jejunus ſit. Quod deinceps confirmatum eſt, quando vel ipſis Laicis interdictum eſt: *ut antè pu-*

Ne clericus Sacerdoti miniſtret, priuſquam in illius miniſterii functione ritè inſtructus ſit, & ab eo probatus qui in urbe, aut etiam in ſingulis urbis regionibus, & in unaquaque plebe cæremoniarum muneri præfectus ſit. Con. Med. 4 Conſt. p 2. tit. quæ pertinent. ad Sacr. Ordin.

Angeli Sacerdoti aſſident & cæleſtium poteſtatum univerſus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem, qui immolatur, Angelorum choris plenus eſt. S. Chryſoſt. l. de Sacerd. c. 4.

Clericus qui in Miſſæ ſacrificio miniſtrat, dum eam functionem obit, ne preces horarias, neque aliud quidpiam de libro

Digitized by Google

publicum peractum officium ad cibum non accedant.

Quarta eaque poſtrema eſt, ut, quemadmodùm primis Eccleſiæ ſæculis præceptum eſt, ſi non Sacramentaliter; at certè ſpiritualiter ibidem communicetur.

Vide, nùm debitâ huc uſque devotione erga ſacroſanctum Euchariſtię Sacramentum affectus fueris: Decerne te devotum præbere impoſterùm, defectibuſquę hac in parte commiſſis congruum adhibere remedium.

Et hæc faciens bonus eris miniſter Christi Jesu. 1. Tim. 4. 6.

Sique in Ordinum Minorum miniſteriis atque virtutibus fidelis inventus fueris, multò magis in Majoribus talis eris.

Qui fidelis eſt in minimo, & in majori fidelis eſt. Luc. 16. 10.

alio officio recitet, ſed toto intima pietatis ſtudio ad miniſterium attentus ſit, quod tunc piè religioſèque exequi debet. Conc. Med. 5.

Tanta fuit in puero reverentia diſciplina ut naturam vinceret. Sanc. Amb. ſub Greg. 1. can. 19. Theodulphus. c. 7. Can. 3. Apoſt. Anacl. Epiſt. 1.



Digitized by Google

MEDITATIONUM DE VITA ECCLESIASTICA PARS QUARTA,

UBI AGITUR

De Ordinibus Majoribus in genere & de Ordine Subdiaconatûs in ſpecie.

MEDITATIO LXXXIX.

De merito atque excellentia Ordinum, qui Majores ſive Sacri appellantur.

1. Excellentia hæc ex poteſtate probatur, quam conferunt, atque ex eo, quòd Sacri appellantur.
2. Ex effectibus quos producunt, gratiâ videlicet Sacramentali, charactere &c.
3. Concluſio hinc deducenda.

Quàm pulchri ſunt greſſus tui, filia principis! Cant. 7. 1.

Princeps iſta, de quâ hîc Spiritus Sanctus, eſt Eccleſia: greſſus ejus tam pulchri ſeptem ſunt Ordines, per quos velut totidem gradus ad thronum aſcendit Divini Salomonis noſtris in altaribus conſidentis.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, ſi tam mira nobis hucuſque viſa eſt Divina Providentia in Minorum Ordinum inſtitutione, magìs adhuc eluceſcat in diſpoſitione Majorum, qui & Ordines Sacri nuncupantur ad majoris excellentiæ argumentum. Propiùs nimirùm attingunt ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, undè pulchritudinem ſuam

Ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem. Rom. 12. 1.
Neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo & non eſtis veſtri? 1. Corinth. 6. 19.
Hactenus liberi eſtis, licetque vobis pro arbi-

Digitized by Google

ſuam ac ſanctimoniam Ordines quilibet Eccleſiaſtici mutuantur Deindè voto irrevocabili perennis continentiæ & caſtitatis ſuſcipientes aſtringunt. Præterea totos adeò Divino miniſterio eos conſecrant, ut omni prorsùs jure exuant de ſemetipſis diſponendi; ita ut à primo horum Ordinum ſuſcepto non ſit integrum eis vel conjugium vel aliam quamvis conditionem cogitare ſæcularem, quæ omnia, ex quo Subdiaconi ſumus, omninò nobis interdicta ſunt. Ecce, undè imprimis deducenda ſit excellentia pretiumque, quod hiſce Ordinibus ponendum eſt. Quod ut etiamnùm augeatur,

trie ad ſæcularia vota transferre: quod ſi hunc ordinem ſuſceperitis, ampliùs non licebit à propoſito reſilire, ſed Deo, cui ſervire regnare eſt, perpetuò famulari, & caſtitatem illo adjuvante ſervare oportebit, atque in Eccleſia miniſterio ſemper eſſe mancipatos. Pontif. in admon. ad Subdiac.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quinam ſint, quos in ſuſcipientibus producunt effectus. Primus gratia ſanctificans eſt, quâ anima noſtra ob ampliorem, quem Deus nobis infundit amorem, Dei gratior efficitur. Secundus effectus gratia Sacramentalis eſt, quæ in auxiliis quibuſdam conſiſtit actualibus, quæ Deus nobis impendit, quæque ab eo petendi datâ opportunitate jus habemus, ſive ut cælibatum, quemadmodùm oportet, caſtitatemque ſervemus, ſive ut vitam ducamus Eccleſiaſticæ diſciplinæ legibuſque conformem, ſive ut eaſdem contra quoſcumque tueamur, ſive denique ut miniſteria iis annexa dignè obeamus. Tertius effectus character eſt indelebilis, id eſt, qualitas quædam ſpiritalis & Divina; quæ ad obeunda imprimis cum authoritate ſacra hæc miniſteria nos reddit idoneos: ſingulari prætereà modo, conſideratos ſcilicet tamquam Sacerdotes, JESU CHRISTO nos ſimiles efficit: ſecernit denique ab omnibus iis, qui eodem illo charactere inſigniti non ſunt.

Hanc vocat S. Dionyſ. *Habitum & efficaciam gratia Sacerdotibus dignam & vim divini Sacerdotii, quâ, qui illud attigerit, Deus fiat, iiſque qui ipſi parent, divinam ſimilitudinem, qua ei divinitus ineſt, pro ſua cuique dignitate impertiat.* Cap 5 Eccl. Hierarch.

Dabit virtutem, qui contulit dignitatem. S. Leo ſerm. 1. in die Aſſumpt. ſuæ.

Hanc S. Dion. ait, *docere eos, qui conſecrati ſunt, omnia officia & munera ſacri Ordinis exequi, ut ſub Deo agentes, eumque fautorem actionum habentes ducem in omnibus.* L. 5. Eccl. Hierar.

In Baptiſmate, Chriſto tanquam capiti noſtro, in Confirmatione tanquam duci, in Ordinatione tanquam legiſlatori ſummoque Pontifici conformamur. S. Thom.

PUNCTUM III.

VIDE modò, nùm tantum, quantum oportet, Ordinibus hiſce pretium poſueris: an à pri-

Qui ſacris Ordinibus initiandi ſunt, ſicut ad altiorem dignitatis gra-

Digitized by Google

primo horum ſuſcepto temetipſum attenderis, tamquam tui juris non eſſes; ſed qui Dei dumtaxat & Eccleſiæ eſſes: An ut talem te geſſeris, an corpus & animam puram immaculatamque ſervaveris: num quantùm te inter & Laicos character, tantùm quoque vita diſtinguat: an quantum honore & dignitate, tantùm etiam ſanctimoniâ creveris: nùm magìs denique magìſque Domino noſtro JESU CHRISTO conſimilis evaſeris, aut certè, ſi hiſce nondum Ordinibus initiatus es, nùm horum omnium tibi ſit animus.

Cui enim commendaverunt multùm, plùs petent ab eo. Luc. 12. 48.

dum aſcendunt, ita virtutum & probitatis & doctrina quodam quaſi aſcenſu praſtare debent, quamobrem hoc imprimis videant examinatores, an per ſingulos ordinum gradus, & in vita ſpiritualis diſciplina majorem progreſſionem fecerint, an Breviarium, atque Sacra Biblia, Concilium Trident. & Provincialia quoque, Catechiſmum Roman. Rationale divinorum Officiorum, & libros aliquos de vita ſpiritualis rationibus conſcriptos, ſui muneris uſui accommodatos habeant. Conc. Med. 5.

MEDITATIO XC.

De Conditionibus ad ſuſcipiendos Majores Ordines requiſitis.

1. Bonum teſtimonium vitæ & morum.
2. Titulus ſufficiens.

Oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab iis, qui foris ſunt. 1. Tim. 3. 7.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, conditiones inter ad Majores Ordines ſuſcipiendos neceſſarias hanc eſſe primam atque potiſſimam, ut juxta verba jam dicta Apoſtoli, bonum quis habeat teſtimonium vitæ & morum, id eſt, vitam quis duxerit tam innocentem, ut qui actionum ejus teſtes fuêre, non habeant quod reprehendant. Ratio verò conſtitutionis hujus Apoſtolicæ illa ipſa eſt, quam mox ibidem ſubjungit Apoſtolus; *Ut non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli.* Atque hoc eſt, quod jam olim in Diaconorum Ordinatione obſervari viſum eſt: quodque multò pòſt tempore, cùm de ſligen-

Qui maximè digni fuerint, quorumque prior vita ac omnis ætas, à puerilibus exordiis uſque ad perfectiores annos, per diſciplina ſtipendia Eccleſiaſtica laudabiliter acta, teſtimonium præbeat, ſecundum venerabiles beatorum Patrum ſanctiones aſſumantur. Conc. Trid. ſeſſ. 6. de ref. c. 1.

Ut non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli. 1. Tim. 3. 7.

gendo Presbytero quopiam aut Epiſcopo agebatur, populi etiam ſuffragia poſtularentur, cujus ſine acclamatione atque applauſu ille non Ordinabatur. Quid? quòd & nomina eorum ſcripta palàm exponerentur atque unicuique expreſſis verbis præciperetur, ut liberè ediſſereret, ſiquid eos aut Sacerdotio aut Epiſcopatu indignos redderet.

Eligite viros boni teſtimonii ſeptem. Act. 6. 3. Apud S. Aug. ep. 110. in actu ord. nat. Eradii Metaph. in vita Dan. Stilit.

Si quis habet aliquid contra illos, pro Deo & propter Deum cum fiducia exeat & dicat. Pont.

Annè tibi ab his, quibuſcum converſatus es, tam honorificum morum tuorum teſtimonium expectandum eſt? Annè te, priùs imò poſtquàm jam Eccleſiaſticus eſſes, in ſodalitiis, in quibus repertus es, irreprehenſibilem, &, ut cum Apoſtolo loquar, inconfuſibilem exhibuiſti?

Si quis eſt ſine crimine. Tit. 1. 6.

Omnes virtutes in uno ſermone comprehendit, & penè rem contra naturam exigit. Si enim omne peccatum, etiam in otioſo verbo reprehenſione dignum eſt: quis eſt ille qui abſque peccato, & ſine reprehenſione verſitur in mundo? S. Hier. Ep. ad Ocean.

Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. 1. Tim. 3. 2.

Hoc unico verbo omne genus virtutum expreſſit S. Chryſ. in illud.

Operarium inconfuſibilem. 2. Tim. 2. 15.

PUNCTUM II.

Considera, conditionem alteram, quam ab Ordines Majores ſuſcipientibus requirit Eccleſia, eſſe hanc, ut titulum habeant ſufficientem, id eſt, proventum quempiam temporalem ſive ex beneficio ſive ex patrimonio honeſtæ ſuſtentationi ſufficientem, qui coram Judice Ordinario vel aliis perſonis fide dignis ac fidejubendo idoneis citra ullam fraudem ſtabilitus ſit. Ita non ſacri modò Eccleſiæ Canones, ſed vel ipſa Regum diplomata ſtatuère, qui hanc ob cauſam proventum iſtum temporalem inalienabilem abſque omni obligatione ſive hypotheca reddidère immunem, rectè ſentientes, ad ſtatum tam honorabilem vocatis non conſentaneum, neceſſaria ſibi vel mendicare, vel exercitio quopiam profeſſione illâ indigno ſibi comparare.

Neque deinceps Clericus ſæcularis, quamvis aliàs ſit idoneus moribus, ſcientia & ætate ad ſacros ordines promoveatur, niſi prius legitimè conſtet beneficium Eccleſiaſticum quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat, pacificè poſſidere, &c. Patrimonium verò vel penſionem obtinentes, ordinari non poſſint, niſi illi, &c. Trident ſeſſ. 25. c. 2. circ. med. Conc. Calced c. 6 Conc. Lat. ſub Alex. 3.

Vide, quomodò hac in re te habueris: Quòd ſi enim titulus tuus non ſubſiſtit, ſi fallaciâ, fraude, dolo, pacto illicito uſus es, ſi ei, qui titulum tibi impertitus eſt, compromiſeris, nihil te exacturum ab eo, graviter imprimis deliquiſti, ipſo deindè facto vel ideò ſuſpenſus es, immò verò & Simoniacus es. Expende quod dico, ſique ali-

Cum non deceat eos, qui divino miniſterio aſcripti ſunt, cum ordinis

aliquid hac in parte te dubii occupet, in negotio tam momentoſo edoceri te cura. Sed nec primum punctum tam obiter percurre, quin accuratè conſideres, nunc quoad bonum teſtimonium, quod adeò vidiſti neceſſarium, nihil ſit quod repares: Quòd ſi enim ante tui Ordinationem malum quandoque exemplum præbuiſti, jam ſaltem actibus planè contrariis ſatagendum eſt, ut bona de te opinio concipiatur;

Ut is, qui ex adverſo eſt vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Tit. 2. 8.

Sic eſt voluntas Dei, inquit Petrus Apoſtolus, *ut benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.* 1. Pet. 2. 15.

dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, compertumque ſit, complures pleriſque in locis ad ſacros ordines nullo fere delectu admitti, qui variis artibus ac fallaciis confingunt ſe beneficium Eccleſiaſticum, aut etiam idoneas facultates obtinere. Trident. ibid. in princ.

Ad minores ordines promovendi bonum à Parocho & à magiſtro ſcholæ, in qua educantur, teſtimonium habeant. Hi vero qui ad ſingulos majores erunt aſſumendi, per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeant, qui Parocho aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac deſiderio eorum qui volent promoveri, publicè in Eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus & vita, à fide dignis diligenter inquirat. Trid. ſeſſ. 23. de ref. c. 5. in princ.

✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣

MEDITATIO XCI.

Altera conditio ad ſuſcipiendos Majores Ordines requiſita, quæ eſt, obſervatio Interſtitiorum.

1. Quam ob rem inter Ordines Eccleſia voluerit eſſe intervallum quoddam, quod Interſtitium vocamus.
2. Quàm ſemper hac in parte exacta fuerit & accurata Eccleſia.
3. Concluſio hinc deducenda nimiùm præcipitibus.

Nemini citò manus impoſueris. 1. Tim. 5. 22.

En fundamentum Interſtitiorum; id eſt, temporis intervalli, quod ſingulos inter Ordines ordinavit Eccleſia.

PUNCTUM I.

Considera, quam ob rem quoddam inter Ordines intervallum intercedere voluerit Eccleſia. Ut imprimis Ordinibus inſigniti, hoc temporis intervallo intercedente, virtutem, ſcientiam experientiamque Sacerdotio neceſſariam ſibi comparent, ſpiritum mundi falſaque ejus axiomata exuant; Spiritum denique Eccleſiaſticum induant. Et ſanè, numquid deploranda res eſt,

Quid eſt, citò manus imponere, niſi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante experientiam diſciplinæ, ſacerdotalem honorem non probatis tribuere? S. Leo Ep. 57. c. 1.

Ut quantum ſit hujus diſciplinæ pondus, poſſint edoceri. Trid. ſeſſ. 23. c. 11.

eſt, quærit Auguſtinus, quòd eos videamus navigii clavo aſſidere, qui ne remigare quidem noverint, ſeque vaſto committere pelago, qui ne quidem natare didicerint? Anne reperias monaſterium, cui ſuus non ſit Novitiatus? An opificium tam deſpicabile, quod ediſcere non oporteat? An ſolus fortè Status Eccleſiaſticus, dignitate ſimul & periculo maximus, non edito ſpecimine ineundus eſt? Altera cauſa Interſtitiorum eſt, ut ſuſcepti interea Ordinis miniſterium exerceatur. Tertia eſt, ut meliùs Eccleſia noverit, quibus filiorum ſuorum moderamen committendum ſit: *Miſerum eſt enim, eum fieri magiſtrum, qui necdùm didicit eſſe diſcipulus*; alioquin verendum eſt, inquit Caſſianus, *ne ex diſcipulo nequam deteſtabilis magiſter efficeretur*. Quarta denique eſt, ut Sacerdotium, Religionem ac myſteria noſtra & Eccleſiaſtici & ſæculares & infideles ipſi, fideique inimici pluris faciant, dùm curam, moleſtiam ac laborem conſiderant, quæ ad hæc ſe præparaturos impendere oportuit.

Ut in eis vita meritum & doctrina major accreſcat. Ibid.

Domum aliquam ſe ædificaturum polliceri nemo audeat, qui architectus non ſit, neque ægrotantia contingere corpora quiſquam aggrediatur, qui ipſe medicinam non didicerit, quinimo vel pluribus vim afferentibus deprecabitur, neque enim illum ſua pudebit ignorantia: at vero, &c. Chryſ. l 4. de Sac. c. 2.

Heri ſacrilegi; hodie Sacerdotes: heri prophani; hodie ſacrorum antiſtites; veteres vitio, pietate rudes & recentes, diſcipuli ſimul, magiſtrique pietatis creantur. S. Greg. Naz. or. 21. & orat. 29.

Uno die ſanctos velut ex argilla fingimus, eoſque Sacerdotes & eruditos eſſe jubemus, qui nihil didicerant. Innoc Ep. 12 ad Aure. l 12. c. 30.

Ac in eo juxta præſcriptum Epiſcopi ſe exerceant. Trid.

Ne extrema quidem ſenectus rei præſtituta longum tempus cenſeri debet. S. Greg. Naz. orat. cap. 20.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quòd hæc omnia expendens S. Mater Eccleſia, tam ſollicita fuerit hac in parte atque accurata, ut ſingulis pœnè ſæculis decreta hæc præcipientia renovaverit. In ultima verò Synodo Oecumenica, ubi Epiſcopis hac in re diſpenſandi, in obſervandis utique Interſtitiis, facultatem tribuit, alteram ſemper harum conditionum expreſſit: *Si Eccleſiæ neceſſitas aut utilitas poſtulaverit.*

Hi autem non niſi poſt annum à ſuſceptione poſtremi gradus minorum ordinum, ad ſacros ordines promoveantur, niſi neceſſitas aut Eccleſiæ utilitas, judicio Epiſcopi aliud expoſcat. Subdiaconus & Diac. ordinentur habentes bonum teſtimonium, & in minoribus jam probati. Promoti

PUNCTUM III.

DEDUC indè, quantùm abſint à ſenſu Eccleſiæ, qui ad Ordines Sacros ſuſcipiendos tam vehementer urgent, ut quaſi ejus miniſterio admodùm forent neceſſarii, citra ullam penitùs cau-

ad ſacrum Subdiaconatus ordinem, ſi per annum ſaltem in eo non ſint verſati, ad altiorem gradum aſcendere non permittantur, niſi, &c. Qui piè & fideliter in miniſteriis anteactis ſe geſſerint, & ad presbyteratus ordinem aſſumuntur, bonum habeant teſtimonium, & hi ſint, qui non modo in Diaconatu annum integrum miniſtraverint, niſi, &c. ſed etjam, &c. Tr. ſeſſ. 23. c. 11. 13.

Qui ſtatim dux eſſe deſiderat, cum tiro non fuerit, & qui velit priùs docere quàm diſcere. Zoz. Ep. ad Heſyc.

Qui poteſtatem facit volenti Eccleſiam corrumpere, is certe author fuerit omnium, quæ perdita audacia turbaverit L. 4. de Sacr. & Nicep. l. 11. cap. 34.

Tempora à majoribus conſtituta ſerventur, ne citò quilibet Lector, citò Acolythus, citò Diaconus, citò Sacerdos fiat, quia in minoribus officiis, ſi diu perdurent, & vita eorum pariter & obſequia comprobantur, & ad Sacerdotium poſt hac, emenſis ſtipendiorum meritis veniant, nec præripiant quod vita probata meretur accipere. S. Innoc. I. Ep. 4. c. 8. Vide in hanc rem. ep. eximiam Zoz. Pap.

Caſum appetit, qui ad ſumma Chriſti faſtigia, poſtpoſitis gradibus per

cauſam in obſervandis Interſtitiis diſpenſationem extorquere contendant: Quam ſi nequeant extorquere, facultatem ordinandi *extra tempora* aliundè accerſunt, ut Eccleſiæ vim inferant, juxta phraſim Chryſoſtomi, ad eos velit nolitve admittendos.

Cave, horum eſſe de numero; ſed priuſquàm de Ordine aſcendas ad Ordinem, vide, nùm illius, quo inſignitus es, virtutem adeptus aut adipiſci conatus es, miniſterio functus es, dignior redditus es. Quæ ſi in te deeſſe conſpexeris, immeritò ſanè Ordinem poſtulas ſuperiorem, cum vel inferiore indignus ſis.

Vis fieri magnus? inquit Auguſtinus, *à minimis incipe. Hæreditas enim, ad quam feſtinatur in principio, in noviſſimo benedictione carebit.* Prov. 20. 21.

MEDITATIO XCII.

De properatione ad Sacros Ordines, non obſervatis Interſtitiis.

1. Vndè fiat, ut pauci admodùm Eccleſiaſtici magni faciant Interſtitia?
2. Exemplum Salvatoris noſtri Sacerdotes confundit momentaneos.
3. Ingentia, quæ ab hujuſmodi præcipitatione mala derivantur.

Qui feſtinus eſt, pedibus offendet. Prov. 19. 2.

Qui in re gravi nimiùm feſtini ſunt, præcipitium non rarò turpemque lapſum patiuntur.

PUNCTUM I.

Conſidera, undè fiat, ut pauci admodùm Eccleſiaſtici magni faciant Interſtitia, immò verò in Ordines Sacros ſeſe dent plerique præcipites. Varias inter cauſas, è quibus hujuſmodi præcipitatio pullulat, duæ treſve

Digitized by Google

treſve potiſſimæ ſunt. Ac prima quidem ambitio eſt, quâ fit, ut in Ordinibus aut dignitatibus Eccleſiaſticis nonniſi honorem reſpicientes, modò hujus compotes fiant, parùm admodùm de obſervandis ſatagant Canonibus Eccleſiæ. Altera bonorum temporalium cupiditas eſt; hæc enim quaſi de vita deſperabundos in patrimonia Crucifixi præcipites abjicit, *quæ ſola ex omnibus hodie*, teſte Bernardo, *inveniuntur expoſita*. At verò cauſa generalior Eccleſiaſticorum cæcitas atque ignorantia eſt, quâ fit, ut miniſteriorum ſuorum excellentiam neſcientes, minori, quàm ad viliſſimas mundi conditiones, præparatione ad illa ſe conferant.

PUNCTUM II.

UNDE & Salvator noſter, nullâ aut honoris aut boni cujuſcumque temporalis cupidine ductus, Sacerdotii dignitatem apprimè cognoſcens, veritatem hanc nos edocturus, nonniſi poſt annos triginta, quos huic ſe præparando impendit, palàm prodire dignatus eſt. Atque hanc formam Concilia quondam introſpexêre, quando ad ſuſcipiendum Sacerdotium annum trigeſimum requiſiêre. Quòd ſi verò ad annum ut minùs quintum ſupra vigeſimum tempus illud jam reſtringens Eccleſia, aliquid ſaltem intervalli ſingulos inter Ordines exigat, quid eſt, quòd ejus ſtatuto te non ſubmittas? quid eſt, quòd eam in rem te præcipitem ingeras, quam fugere potiùs ac formidare, quàm quærere te oporteret?

PUNCTUM III.

CONSIDERA, ingentia, quæ ab hujuſmodi præcipitatione, mala promanant: Magnum imprimis ſcandalum atque adeò injuriam hinc patitur Eccleſia, quòd ii, qui hâc ſe methodo in Statum ingerunt Eccleſiaſticum, tenebris ſemper ignorantiæ inhæreant, vitam, quam in mundo

abrupta quærit aſcenſum S. Greg. Epiſt. 100. ad Syag. lib. 7.

Quod vult, non quod eſt, audit ſemper qui decrevit errare. S. Petr. Chryſol.

Quidam deſiderio honoris inflati defunctis Epiſcopis tonſurantur, & fiunt repentè ex Laicis Sacerdotes, atque inverecundè propoſiti Religioſi ducatum accipiunt, qui non adhuc eſſe milites didicerunt. Neceſſe eſt ut quamvis inculpati quiſque ſit meriti, ante tamen per diſtinctos ordines Eccleſiaſticis exerceatur officiis, videat quod imitetur, diſcat quod deceat, informetur quod teneat, &c. S. Gregor. Ep. 100. ad Syag. lib. 7.

Quæ ſola ex omnibus hodiè inveniuntur expoſita. S. Bernard. decl. in illud; Ecce nos.

Hinc fit, ut admittantur ad Clerum, qui nec inter laicos locum habere merentur. Innoc. Ep. 6.

Quis eſt, qui veritatis propugnatorem unius dieculæ ſpatio, velut è luto ſtatuam fingat? Illum inquam, qui cum Angelis ſtabit, cum Angelis glorificabit, cum Chriſto Sacerdote unà fungetur, & ut quod majus eſt dicam, qui Deus erit alioſque efficiet Deos. S. Greg. Nazianz. or. 1.

Ut Presbyter ante triginta annos non ordinetur, etiamſi ſit homo valdè dignus, ſed reſervetur: Dominus enim IESUS

Digitized by Google

do duxêre, plerumque continuent, cùmque ſtatum mutaverint, mores non mutent, quod prægrandi Epiſcopo hæc verba extorſit: *Novus Clericus, peccator antiquus, ſcientiâ levi, gravi conſcientiâ.* Hujuſmodi Sacerdotes S. Gregorius *ſapientes* appellat *diei unius momento exortos ac Theologos electione & ſuffragiis effectos & initiatos.* Quid, quòd Epiſcopos, qui Sacris ipſos Ordinibus inſigniunt, tot criminibus involvant, quot ipſi aut ignorantiâ aut vitâ perversá committunt? Ne mihi dixeris: *Peccavit Presbyter, aut Diaconus; omnium horum crimina redundant in caput eorum, qui elegerunt.* Undè & Apoſtolus hiſce verbis: *Nemini citò manus impoſueris*, mox ſubjungit: *Neque communicaveris peccatis alienis.* 1. Tim. 5. 22.

Quòd ſi conſolationem noviſſes, quam hâc in parte obſervata lex ſuggerit Eccleſiæ, exactiſſimè hanc obſervare ſatageres. Immò verò ſi Ordinum excellentia tibi atque pericula perſpecta forent, protrahenda potiùs quàm contrahenda deſiderares Interſtitia: At verò hocce mali eſt, quòd filiis Zebedæi plerique conſimiles ſunt, quibus ad Ordinem ſe conferentibus dici poſſit: *Neſcitis, quid petatis.* Matth. 20. 22.

CHRISTUS, 30. *anno baptiſatus eſt & cœpit docere.* Conc. Conſt. 1. can. 14.

Hinc multi Sacerdotes & pauci Sacerdotes: multi nomine, pauci opere: hinc ſacerdotales viros quærimus, quia plures habemus Sacerdotes, plures inquam numero, non merito; ſimulatione, non fide; ſpecie, non virtute; dignitate, non munere; titulo, non officio. Op. Imper. Hom. 43. in Matth.

Sidon. Apoll. l. 9. Ep. 8.

Modo idiota, modo Clericus, deinde parvum aliquod tempus præteriens Epiſcopus apparet. Iuſt. authent. quem oport. Ep.

Momentaneos Sacerdotes eos vocat. S. Leo.

Non jejunaverunt, inquit, non fleverunt, non ſe correxerunt, non pauperibus erogarunt. Leo.

Simul ſatus & editus, quemadmodum poetæ gigantes finxerunt, qui nihil didicerunt, nec ad dignitatem quidquam contulerunt præter velle. S. Gregor. Nazian. ex 20. Homil. 3. in act. & l. 4. de Sac. c. 2.

Quid eſt illud, citò? non ex prima probatione nec ſecunda, nec tertia, ſed ubi conſideratio diuturna præceſſit, exactiſſimaque diſcuſſio, tunc imponito manus. Neque enim ea res periculo caret: eorum quæ illa peccaverit, tu quoque pœnam dabis, qui initium dediſti etiam omnium præcedentium. S. Chryſ. hom. 16. in 5. 1. Tim.

Prudenter admodum & divinitus factum eſt, ut per eos gradus ad Sacerdotium aſcenderent Eccleſiæ miniſtri, in quibus ſi punctuatim ſervatis temporum interſtitiis conſiſterent promoti, exercitiis ordinum proximè ſuſceptorum ſedulo vacantes, Angelicâ profectò vita viros Eccleſiaſticos haberemus. Conc. Burd. ſub Card. de Scurd. c. 6. 11. 3.

Digitized by Google

MEDITATIO XCIII.

De Ordine Subdiaconatûs, ac imprimis de excellentia ejus.

1. Ordinis hujus excellentia ex ceremoniis deducitur atque mutatione, quæ ibidem contingit.
2. De poteſtate, quam donat.
3. Prima virtus miniſterio ejus correſpondens.

Quemadmodum duplex eſt materia in Ordine Subdiaconatûs, Calix nimirùm & patena vacua, liber item Apoſtolorum; ita & duplex forma eſt hiſce verbis expreſſa: Videte, cujus miniſterium vobis traditur &c.

Accipe librum Epiſtolarum &c. Cui pariter duplex poteſtas correſpondet.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem non accepit, patenam de manu Epiſcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum, de manu verò Archidiaconi urceolum cum aqua & mantili. Concil. Carth. 4. can. 3.

PUNCTUM I.

CONSIDERA Subdiaconorum dignitatem atque excellentiam, quæ imprimis in ceremoniis in Ordinatione eorum obſervari ſolitis eluceſcit. Ad quam priuſquàm procedatur, militans ſimul & triumphans Eccleſia ſe precibus dat, divinum eis auxilium imploratura, quod Minoribus in Ordinibus non obſervatur. Subdiaconi deindè vi Ordinis ſui ab omni prorsùs ſæculari conditione ſecernuntur, Divino cultui irrevocabiliter applicandi, cui per annexum caſtitatis votum & quoad corpus & quoad animam toti conſecrati ſunt; quod quidem ſignificat Epiſcopus, dum eos Eccleſiæ nomine verbis hiſce ter repetitis Deo offert: *Vt hos electos benedicere, ſanctificare & conſecrare digneris.*

Qui & idoneos nos fecit miniſtros novi teſtamenti. 2. Cor. 3. 6.

SINGULA hæcce verba accuratè penſita, & quemadmodùm *benedictio* victimam præparat, à rebus eam profanis *ſanctificatio* ſecernit, *conſecratio* verò Divinæ applicat Majeſtati, & quodammodò con-

confiſcat; ita quoque, ex quo factus es Subdiaconus, de corpore pariter atque anima tua agatur, neceſſe eſt.

PUNCTUM II.

Pontificem ad altare deſcendentem ſequitur Imperator & illi in locum Subdiaconi Calicem & patenam cum hoſtiis offert, deinde aquam infundendam in vino. Lib. Sacr. cerem. & Pontif. vetus de coron Imper. de qua nihil habetur in Pont. de novo edito.

Cum accepiſſet linteum præcinxit ſe, deinde miſit aquam in pelvim & cœpit lavare pedes diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Ioan. 13. 4.

CONSIDERA, quòd Subdiaconorum dignitas egregiè adhuc eluceſcat in ſanctis eorum miniſteriis; utpotè quibus propiores ad altare accedant, vaſa ſacra tangendi facultatem acquirant, & materiam Deo offerendam ac conſecrandam præparando adque altare afferendo, aquam verò Sacrificio adorandi Sanguinis JESU CHRISTI neceſſariam calici infundendo, ipſi quodammodò Sacerdoti conſacrificatores conſtituantur. Undè nec ampliorem prærogativam nec honorem quondam reperère Summi Pontifices, quibus Imperatores afficerent, ſive præſtita ſingularia Eccleſiæ obſequia remuneraturi, ſive ad præſtanda deinceps ſimilia provocaturi, quàm ut Subdiaconatûs non Ordinem; ſed privilegium dumtaxat ac miniſterium eis indulgerent, cùm Papa aut Epiſcopus quiſpiam ſacrificaret. Ultimum denique argumentum, quo Subdiaconatûs probatur excellentia, hoc eſt, quod ejuſdem miniſterio functus ſit Salvator noſter, cùm in cœna noviſſima Corporis & Sanguinis ſui Sacrificio neceſſaria præparavit, cumque linteo præcinctus, miſit aquam in pelvim & lavit pedes Diſcipulorum ſuorum. Undè & deducendum eſt,

PUNCTUM III.

Subdiaconi qui apud Græcos ὑποδιάκονοι in Eſdra inveniuntur, appellanturque ibi Nathinæi, i. in humilitate Domino ſervientes. Ex eorum Ordine fuit ille Nathanaël qui in Evangelio, divina prædicatione communitus, Salvatorem meruit confiteri,

QUÒD prima Subdiaconi virtus humilitas eſt, quæ vel ipsâ nominis ejus Etymologiâ, per particulam illam, *Sub*, notatur, quæ reverentiam denotat atque ſubmiſſionem, quam Diacono debet ac Sacerdoti; multò verò magis per ſimilitudinem, quâ tamquàm Subdiaconus conferendus eſt Nathinæis, quorum in miniſterium in Novo Teſtamento ſucceſsère Subdiaconi,

ni, cùm nomen illud, Nathinæi, idem ſit, quod: *in humilitate Domino deſervientes.*

Hujus itaque virtutis, id eſt, humilitatis exercitium hodiernâ die decerne. Decerne imprimis quàm maximè revereri & perſonam & miniſterium eorum, qui Ordine te ſuperiores ſunt: Quàm lubentiſſimè deindè vel minimis Subdiaconatûs miniſteriis te applicare, exemplo potiſſimùm provocatus Filii Dei, qui dicebat:

quique etiam ad primum divinitatis indicium fidelis enituit, proteſtante Domino ac dicente: ecce verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt. Concil. Aquiſ. c. 6.

Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare. Mat. 20. 28.

MEDITATIO XCIV.

De miniſteriis Subdiaconatûs, quæ Corpus reſpiciunt naturale JESU CHRISTI, *deque virtutibus hiſce correſpondentibus.*

1. Ecquæ ſint hæc miniſteria?
2. Duæ virtutes miniſteriis hiſce correſpondentes.

Solve calceamentum de pedibus tuis; locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Exod. 3. 5.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, quemadmodùm duplicem in ſui Ordinatione poteſtatem Subdiaconus accipit, alteram in naturale, alteram in Corpus myſticum JESU CHRISTI; ita & duplex ſortiatur miniſterium, quorum alterum immediatè Sacrificium, alterum verò inſtructionem reſpicit aut ædificationem fidelium. Miniſterium ejus, quod circa Sacrificium verſatur, in eo imprimis conſiſtit, ut pallas lavet & corporalia. 2. Ut vaſa ſacra tangat, munda hæc ac nitida ſervet, &, cùm opus eſt, ad altare portet. 3. Ut ſub Diacono Sacrificio Miſſæ miniſtret, patinam ei calicemque offerendo, calici aquam infundendo, fidelium oblationes ſuſcipiendo, tot hoſtias ſuper altare collocando, quot com-

Subdiaconum oportet aquam ad miniſterium altaris præparare, Diacono miniſtrare, pallas altaris & corporalia abluere, Calicem & patenam in uſum ſacrificii eidem offerre. Oblationes quæ veniunt in altare, panes propoſitionis vocantur, de ipſis oblationibus tantum debet in altari poni, quantum poſſit ſufficere. Pont.

Sedes Corporis & Sanguinis Chriſti, menſa ſancta, menſa Domini, altare reverendum, Divinum, immaculatum, ſanctum quoque & Angelis metuendum.

Digitized by Google

communicaturis neceſſariæ ſunt. Quantus honor Subdiaconi, tam propè altaribus admoveri, quæ ſedes ſunt adorandi Corporis & Sanguinis Filii Dei!

Ecce famula ſit in ancillam, ut lavet pedes ſervorum Domini mei. 1. Reg. 25. 41.

Expende conſequenter, quàm favorem illum recognoſcere te oporteat, quo tam frequenter Ordinis hujus miniſteria, tam illuſtria utique atque ſublimia, obire tibi conceſſum eſt. Quibus tamen ut ritè fungaris, non qualitercumque fungi ſufficit.

PUNCTUM II.

Conſidera, duas eſſe virtutes, quæ excellentibus hiſce miniſteriis correſpondeant. Ac prima quidem ſanctus timor eſt, qui ſemper nos ad Altaria accedentes comitetur oportet, ob reverentiam ejus ac Majeſtatem, qui ibidem moratur, cujus vel ſolus obtutus univerſam mundi machinam concutit, cujus latera ſtipant Angeli, qui impudentiam noſtram quam citiſſimè caſtigarent, niſi vindictam differret juſtitia, ut hanc à nobiſmetipſis condignam exigeremus. O ſi Angelum nobis videre liceret, quem gladio armatum flammeo ad angulum Altaris David aſpexit! Nobis certè non major quàm illi foret animus accedendi. Altera virtus magna corporis atque animæ puritas eſt, quæ & candore corporalium, & ſacrorum, quæ tractat, nitore ac fulgore vaſorum, & aquâ notatur, quam calici infundit: Adeò ut juxta communiorem Doctorum ſententiam mortaliter foret peccaturus, ſi quis peccati mortalis ſibi conſcius Subdiaconi miniſterio fungeretur. Et ſanè ſi rubum ardentem Moyſi adire non licuit, niſi calceamenta priùs ſolveret de pedibus ſuis; quâ tandem fronte, conſcientiâ nos peccatis onuſtâ in tremendum Dei conſpectum prodire audebimus?

Reſpicit terram, & facit eam tremere, tangit montes & fumigant. Pſ. 103 32.

Non prævaluit ire ad altare, ut ibi obſecraret Deum; nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium Angeli Domini 1. Par. 21. 30.

Studete itaque, ut iſta viſibilia miniſteria quæ diximus, nitide & diligentiſſimè complentes, inviſibilia horum exemplo perficiatis. Pont.

[illegible] quum ſolemus corporale nominare, admonetur omnis populus & miniſtri altaris, nec non & [illegible], ut ſicut illud linum [illegible] caſtigatum eſt ab omni naturali viriditate & humore; ita ſit mens aſſiſtentium ab omni carnali cupiditate: & ſicut illud nitet ſuo ſplendore; ita intentio offerentium ſimplicitate niteat coram Deo. Amala. l. 3. c. 19.

In tribus, quæ perſtituunt corporale linteum ad candorem, intelliguntur tria, quæ [illegible] ad

Toties itaque geminam hanc diſpoſitionem adhibe, quoties Altare tibi adeundum eſt. Cùmque

que inter munia tua reperiatur & hoc, ut ad candorem corporalia perducas, ex iis, quibus hoc fit; & methodum diſce, quâ conſcientiam tuam puram reddas. Quemadmodùm enim, teſte D. Thomâ, primò lavatur, 2. torquetur, 3. exſiccatur linum, ut ad candorem perducatur; ita quoque animæ noſtræ per aquam lachrymarum mundari, per opera pœnitentiæ torqueri, per fervorem amoris Dei à carnalium deſideriorum humore ſiccari debent, ut puræ reddantur. Hoc eſt, quod porrigens nobis calicem commendat Epiſcopus:

noſtram mundificationem: 1. enim lavatur, 2. torquetur, 3. exſiccatur. Si quis ad ſuſcipiendum Dominum bene mundus vult fieri, 1. debet per aquam lachrymarum mundari, 2. per opera pœnitentiæ torqueri: 3. per fervorem amoris Dei, à carnalium deſideriorum amore ſiccari. S. Thom. opuſc. 28. de Sac. alt. cap. 15.

Videte, cujus Miniſterium vobis traditur, ideò vos admoneo, ut ita vos exhibeatis, ut Deo placere poſſitis.

MEDITATIO XCV.

De miniſteriis Subdiaconi ad fidelium inſtructionem atque ædificationem pertinentibus, deque virtutibus eiſdem correſpondentibus.

1. Quænam ſint Subdiaconi miniſteria quoad Corpus Chriſti myſticum?
2. Virtutes miniſteriis hiſce correſpondentes.

Epiſtola vos eſtis Chriſti ſcripta non atramento; ſed ſpiritu Dei vivi. 2. Cor. 3. 3.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, duo eſſe potiſſima quoad Corpus JESU CHRISTI Myſticum Subdiaconi miniſteria. Alterum eſt, ſolenniter in Miſſa cantare Epiſtolam, cui juxta exemplum Apoſtolorum, quorum Epiſtolas recitat, vehemens imprimis inſtruendi populi zelus correſpondeat neceſſe eſt. Quod deſignaturus in Ordinatione Epiſcopus, explicans allegoricè hæc mi-

Altare ſancta Eccleſia ipſe eſt Chriſtus, teſte Ioanne, qui in Apoc. ſua altare aureum ſe vidiſſe perhibet, ſtans ante thronum, in quo & per quem oblationes fidelium Deo Patri offeruntur. Cujus altaris palla & corporalia, membra ſunt Chriſti, ſcilicet fideles Dei,

Digitized by Google

miniſteria, ita loquitur: ***Altare ſanctæ Eccleſiæ ipſe eſt*** CHRISTUS, ... ***cujus altaris palla & corporalia*** (quæ utraque lavare Subdiaconi eſt) ***membra ſunt*** CHRISTI, ***ſcilicet fideles Dei, quibus Dominus quaſi veſtimentis pretioſis circumdatur... Si itaque humanâ fragilitate contingat in aliquo fideles maculari, præbenda eſt à nobis aqua cæleſtis doctrinæ, quâ purificati ad ornamentum altaris & cultum Divini Sacrificii redeant.*** Præterea verba, quæ cantantur, magni facienda atque aſſiduè Subdiacono legenda ſunt, ut quàm poteſt perfectiſſimam eorumdem intelligentiam aſſequatur. Sanè, ſi de Laicis olim quereretur Chryſoſtomus, qui D. Pauli non legebant Epiſtolas; ecquid de Eccleſiaſticis dicturus fuiſſet, qui, ut ipſis ejuſdem Patris verbis utar, ***ne Epiſtolarum quidem ejus numerum ſciunt?*** Si Patri huic fidem habetis, citra hujuſmodi lecturam docti nunquam evadetis; in hac verò perſeverantibus ***nihil aliud vobis erit requirendum.***

quibus Dominus quaſi veſtimentis pretioſis circumdatur, ut ait Pſalmiſta: Dominus regnavit, decorem indutus eſt *Si itaque humana fragilitate contingat in aliquo fideles maculari, præbenda eſt, &c. Eſtote ergo tales, qui ſacrificiis divinis & Eccleſiæ Dei, hoc eſt, Corpori Chriſti dignè ſervire valeatis. Et ideo, ſi uſque nunc ſomnolenti; amodò vigiles: ſi uſque nunc ebrioſi; amodo ſobrii: ſi uſque nunc inhoneſti; amodò caſti.* Pont.

Doleo ac moleſtè fero, quod virum hunc non omnes, ſicut par eſt, cognoſcunt; verum ita illum nonnulli ignorant, ut ne epiſtolarum quidem ejus numerum planè ſciant. Neque enim nos, quæ ſcimus, ſi quid ſcimus, ab ingenii bonitate atque acumine ſcimus; ſed quod erga hunc virum impensè affecti, ab illius lectione nunquam deſiſtimus. Quapropter ſi & vos quoque huic lectioni diligenter attendere volueritis, nihil aliud vobis erit requirendum. S. Chryſoſt. præf. in Epiſt. ad Rom. Vide commendationem earund. Ep. l. 4. de Sac. c. 4.

PUNCTUM II.

ALTERUM Subdiaconi miniſterium eſt, in Proceſſionibus portare Crucem: cui correſpondeat neceſſe eſt inſignis illa virtus mortificationis, ad quam populum exemplo ſuo provocare oportet. Hoc documentum eſt, quod omnibus filiis ſuis inculcandum vult Mater Eccleſia, cùm quibuſcumque Proceſſionibus ſignum hoc ſacroſanctum præferri demandat, ut preces omnes, quarum comes mortificatio non eſt, oſtendat inutiles, neminemque in via mandatorum Dei ullatenùs poſſe proficere, ***Qui carnem ſuam non crucifixerit cum vitiis & concupiſcentiis ſuis.*** Hoc documentum Subdiacono imprimis aſſumendum eſt, perindè atque ſi de Crucis faſtigio Salvator noſter ei diceret: parùm eſſe, Crucem portare auream, argenteam, ligneamvè moxmox ſeponendam, niſi & ſignificationem

Duobus modis crux tollitur, cùm aut per abſtinentiam affligitur corpus, aut per paſſionem corporis affligitur animus. S. Gregor. hom. 32. in Evang.

ejus

ejus adimpleamus, carnem noſtram crucifigentes quotidie ac mortificantes, ad extremum uſque ſpiritum perſeverantes in ea, ſicut ipſe perſeveravit.

HICCINE tibi animus eſt, portare Crucem tuam *quotidie*, ut præcipit Salvator noſter? Vides equidem, quantoperè ad hoc obligeris non modò, quatenùs Chriſtianus aut Clericus es; ſed etiam quatenùs Subdiaconus. Quantò verò magis, ſi & Presbyter? Pateſcat hoc igitur exteriùs coram hominibus, pateſcat interiùs coram Deo, terribilis illa Salvatoris comminatio menti ſemper inſideat:

Qui non bajulat Crucem ſuam & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Luc. 14. 27.

Ego crucem dico, non lignum, ſed paſſionem. Cæterùm crux iſta & in Britannia eſt, & in univerſo orbe terrarũ. Denique quid dicit Dominus in Evangelio: niſi tuleritis crucem meam, & quotidie ſecuti fueritis me: Videte quid dicat: Niſi anima veſtra ad crucem fuerit præparata, ſicut mea fuit pro vobis, mei diſcipuli eſſe non poteſtis, &c quotidie nobis Chriſtus crucifigitur, nos mundo crucifigimur, & Chriſtus in nobis crucifigitur. S. Hier. in Pſ. 95.

Si quis vult venire poſt me, tollat crucem ſuam quotidie. Luc. 9. 23.

Homo per totam vitam pendere debet in cruce. S. Aug.

Non ceſſemus tollere crucem noſtram, perſeverantes in ea ſine fine, ſicut Chriſtus perſeveravit, neminem audiamus deſcenſum à cruce ſuadentem, perſiſtamus in cruce, moriamur in cruce. Sanct. Bernard. ſer. 1. in die S. Paſch.

Mortificationem IESU *in corpore noſtro circumferentes.* 2. Cor. 4. 10.

MEDITATIO XCVI.

De Conditionibus requiſitis ad ſuſcipiendum Ordinem Subdiaconatûs.

1. Ætas matura.
2. Vt probaverit quis, nùm continere ſe poſſit.
3. Qualis ſcientia huc afferenda?

Congrega mihi viros de ſenibus Iſraël, quos tu noſti, quòd ſenes populi ſint ac magiſtri. Num. 11. 16.

Ita Dominus olim Moyſi, ſignificans utique qualitates atque conditiones requiſitas in iis, qui Altaris miniſterio deſtinantur, ætatem videlicet ac ſcientiam.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, juxta Divinum hoc mandatum, primam conditionem ab Eccleſia requiſitam ad Ordinem Subdiaconatûs, non abs re ætatem eſſe maturam; maturam, inquam, moribus potiùs quàm annis. Quia prudentiam imprimis atque conſilium, quibus Subdiaconos eminere oportet, nonniſi in matura

Nullus in poſterum ad Subdiaconatus ordinem, ante 22. annum, ad Diaconatus autem ante 23. ad Presbyteratus ante 25. ætatis ſuæ annum promoveatur. Sciant tamen Epiſcopi non ſingulos in ea ætate conſtitu-

Digitized by Google

ra plerumque ætate reperire eſt. Deindè cum cæteris authoritate præfecti ſint, nemo tam libenter perſonis ſe ſubdit junioribus; at verò horum adoleſcentia ſæpè contemnitur, atque adeò monita nullum in auditoribus producunt effectum. Hoc eſt, quod in omni Republica probè inſtituta etiam hominum profanorum, non modò quoad Presbyteros, verùm etiam quoad Magiſtratus eorum obſervatum eſt. Hoc eſt, quod Synodum movit Tridentinam, ut Subdiacono ordinando duorum ſupra viginti annorum ætatem præſcriberet, tùm ſatis ſolidum homini rata ineſſe judicium cælibatui ſe obſtringendi, ætatemque populo exemplis ædificando ſatis idoneam.

tos, debere ad eos ordines aſſumi; ſed dignos duntaxat & quorum probata vita ſenectus ſit. Trid. ſeſſ. 23. de ref. c. 12. in princ.

Adoleſcentiam tuam nemo contemnat. 1. Timoth. 4. 12.

Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus Pſal. 118. 141.

Cani ſunt ſenſus hominis & ætas ſenectutis vita immaculata. Senectus enim venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata. Sap. 4. 9. 8.

Vide, nùm hæc tibi ſit ætatis maturitas, an non potiùs indoles levis, volatica atque mutabilis: Et, quamvis ad ſecundum ſupra vigeſimum ætatis annum pertigeris, nondum tamen huic Ordini te crede idoneum, niſi vitam duxeris immaculatam; ex hac enim potiùs quàm annis æſtimanda ſenectus.

PUNCTUM II.

Considera alteram conditionem eſſe hanc, ut, juxta Synodum Tridentinam, *ſperet Deo Authore ſe continere poſſe*, atque adeò hoc antè probaverit, quàm Ordinem ſuſcipiat; tùm enim hoc velle probare, cùm illum ſuſceperit, heu! nimis ſerum eſt. Hanc enim ob cauſam huic majorem quàm cæteris Ordinibus cautelam adhibendam Concilia præſcribunt. Ultima verò eſt, ut ſcientiam quis habeat atque capacitatem ab Eccleſia requiſitam. Hæc autem imprimis conſiſtit in eo, ut Ordines inter Majores & Minores, horum atque illorum miniſteria diſcernere noverit. Deindè ut de doctrina & praxi Sacramentorum, ac præſertim Sacroſancti Miſſæ Sacrificii reſpondere ſit idoneus. Tertiò ut probè

Cum enim ſemel arctam viam ingreſſi ab ea minimè reſilire poſſint, omnis pœnitentia ſera eis eſt & inutilis. Burdig. ult. n. 6. c. 4.

A Subdiaconis potiſſimum de ordinum majorum & minorum quæratur differentia, an in minoribus ordinibus probati ſint. De voto item continentiæ, quod Subdiaconatus ordini conjunctum eſt. De Sacramentorum etiam doctrina ſaltem generatim, tum eorumdem periculum experimentumve fiat in Officii Divini re-

Digitized by Google

bè teneat Catechiſmum, qui quatuor doctrinæ Chriſtianæ capita complectitur. Denique ut modum noverit recitandi Breviarii, atque adeò Rubricis ejus ſtuduerit; hoc enim deinceps munus illius futurum eſt.

En capita præcipua, de quibus Concilia examinatos volunt, qui ad Subdiaconatum ſeſe offerunt.

VIDE nunc, an omnibus hiſce partibus abſolutus ſis; neque verò tibi perſuade, quantumvis circumveneris Examinatores, Deum aut Eccleſiam circumvenire te poſſe. Ille, ut comminatur, revelabit aliquando pudenda tua, id eſt, ignorantiam tuam, impuritatem tuam, aliaque vitia. Mala hæc præcaveto, ſique huc uſque alicui horum vitiorum fueris immerſus, emergere quantocyùs, ne fortè, quam olim de Sacerdotibus, de te quoque querelam effundat:

Tenentes legem neſcierunt me. Serm. 2. 8.

citandi ratione. Concil. Med. 5.

Neque omnino ſuperiores illis ordines conferantur, quos per examen hâc inſigni & mortali negligentia teneri conſtiterit, officii divini rationem non didiciſſe. Conc. Burd. 1. tit. de Sacr. Ord.

Revelabo pudenda tua in facie tua & oſtendam gentibus nuditatem tuã. Et projiciam ſuper te abominationes & contumeliis te afficiam & ponam te in exemplum. Nahum 3. 5. 6.

Digitized by Google

MEDITATIO XCVII.

De Obligationibus Subdiaconi imprimis quoad Deum.

1. Quid Breviarium?
2. Duo Orationis genera, altera publica, altera privata.
3. Orationis publicæ excellentia & meritum & concluſio hinc deducenda.

Si hunc Ordinem ſuſceperitis, ampliùs non licebit à propoſito reſilire; ſed Deo, cui ſervire regnare eſt, perpetuò famulari, & caſtitatem illo adjuvante ſervare oportebit, atque in Eccleſiæ miniſterio ſemper eſſe.

Hiſce verbis, quibus ad Subdiaconatum ſeſe offerentes compellat Epiſcopus, tres innuit obligationes potiſſimas, quas Ordinem hunc ſuſcipiendo contrahunt, primam quoad Deum, alteram quoad Eccleſiam, tertiam verò quoad ſeipſos. Vt itaque ordiamur à prima tamquam præcipua, obligatio Subdiaconi quoad Deum hæc eſt, ut ſingulos in dies Breviarium ſuum recitet. Cui exercitio ut dignum deinceps pretium ponas,

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quid ſit Breviarium, & ſingulas definitionis ejus particulas expende; Breviarium, propriè loquendo, oratio ſeu preces publicæ ſunt, aut compendium quoddam eorum omnium, quæ in S. Scripturæ paginis pulchriora atque ſelectiora, in monumentis SS. Patrum notatu digniora, in vita denique Sanctorum inſtructioni magis accommoda reperire eſt, hanc ob rem ab Eccleſia inſtitutum, ut ſtatutis diei noctiſque horis à Miniſtris ſuis recitetur, atque adeò debitus honor Divinæ Majeſtati reddatur, ipſaque Eccleſia hâcce methodo ſanctificetur. Ut verò hæc definitio meliùs intelligatur,

PUNC-

PUNCTUM II.

CONSIDERA, duo eſſe orationis genera, alteram publicam, privatam alteram. Privata eſt, quam ſuo quiſque nomine ſuâque fundit devotione, ſive mente dumtaxat, ſive etiam voce, verbis uſus ſive à ſe, ſive ab alio compoſitis. Oratio publica eſt, quæ nomine fit totius Eccleſiæ, verbis expreſsè inſtitutis, perque Miniſtros ad hoc electos. Undè ſi Laicus quiſpiam devotione movente Horas Canonicas recitet, quamvis in Eccleſia recitet aut in Eccleſiaſticorum ſodalitio, non tamen oratio ejus publica erit, ſed privata, quia non eam fundit Eccleſiæ nomine; utpotè à qua hujuſmodi munus nondùm acceperit.

PUNCTUM III.

CONSIDERA orationis hujus publicæ excellentiam ac meritum, & hinc conclude, quam hæc tibi in amore & deliciis eſſe debeat. Excellentia verò iſta imprimis eluceſcit in eo, quod hæc ſit actio planè cæleſtis, quæ inter omnes, quas exerces, creationis tuæ fine, qui laudare & glorificare Deum eſt, ſingulariter frui te facit. Prætereà actio hæc Angelica eſt; hâc enim agimus in terris, quod Angeli atque Beati agunt in cælis. Eſt item actio omninò divina. Undè & appellatur Officium Divinum, non eò tantùm, quòd ad Deum dirigatur, quòdque per creaturas vitæ ſanctimoniâ quodammodò Deificatas in ipſius Divinitatis honorem exerceatur; ſed & eò quòd affectibus verbiſque planè divinis, utpote à Spiritu S. inſpiratis. Illud denique unicum aſſiduumque ipſius Dei negotium eſt, qui totam æternitatem non niſi amando ſe & glorificando impenſurus eſt.

Laudabo Dominum in vita mea, pſallam Deo meo quamdiu fuero. Pſa. 145. 2.

Beati qui habitant in domo tua Domine; in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Pſalm. 83. 5.

ANNE umquam actionis hujus excellentiam, uti par eſt, advertiſti? ſcilicet quâ hoc incipis tempore, quod totâ æternitate peracturus es, quâ

totius Eccleſiæ apud Deum Legatum agis, quâ Angelum, cujus adinſtar coram ſuprema illa Majeſtate aſſiſtis, imò verò quâ ipſummet Deum agis. Quoties Officii Divini diuturnitatem pertæſus, quoties quæſtus es, quaſi onus foret intolerabile, quamlibet occupationem præferens ei, quæ primas tenere debuiſſet? Agnoſce tandem iniquitatem tuam & Officium Divinum præcipuis ac gravioribus exercitiis tuis deinceps accensêre & tamquam tale conſiderare decerne, de quo exactior quandoque ratio reddenda erit.

Vos enim elegit Dominus, ut ſtetis coram eo & miniſtretis illi, colatiſque & cremetis ei incenſum. 2. Par. 29. 11.

MEDITATIO XCVIII.

De inſtitutione Officii Divini.

1. Rationes, ob quas Officium Divinum Eccleſia inſtituit.
2. Cur ad hoc recitandum Eccleſiaſticos deputârit?
3. Concluſio hinc deducenda.

Effundam ſuper domum David ſpiritum gratiæ & precum. Zach. 12. 10.

Promiſſum hoc, quo Novum Teſtamentum dignatus eſt olim Dominus, inſtituto ab Eccleſia Officio Divino completum eſt.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſia Spiritu ſancto directa Officium Divinum ſive Horas Canonicas inſtituit.

Vidi Dominum ſuper ſolium excelſum & elevatum & ea quæ ſub ipſo erant, replebant templum, Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ uni & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus & duabus volabant, & clamabant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus, plena eſt

Prima eſt, ut Triumphanti ſimilis reddatur Eccleſia Militans, id eſt, quemadmodùm Deus à Choris Angelorum ac Beatorum cum debita Majeſtati ejus reverentia coram eo aſſiſtentibus colitur, laudatur & glorificatur in cælis; ita quoque colatur, laudetur & glorificetur in terris à Choris perſonarum, quas hanc ob cauſam gra-

tiâ

Digitized by Google

tiâ ſingulari ſelegit, ut ſimili cum puritate, ſanctitate, reverentia atque attentione coram eo aſſiſtant. Altera eſt, ut offeratur Deo Sacrificium laudis, atque adeò univerſarum, quæ ad hoc ineptæ ſunt vel indignæ, creaturarum nomine, debitus ei reddatur ſupremus honor, pro acceptis jam tùm vel accipiendis deinceps ab eo beneficiis gratiæ referantur, nobis & aliis quibuſque peccatoribus venia imploretur, miſeriæ quævis ac neceſſitates tum publicæ tum privatæ, tum ſpiritales tum temporales eidem exhibeantur, eum ſcilicet ad modum, quo in Veteri primùm Teſtamento, deinde verò ab Apoſtolis factitatum eſt, ut in actis eorum aliiſque Eccleſiæ monumentis videre eſt. Tertia verò ratio eſt, ut variis diei horis varia quoque Salvatoris noſtri myſteria in memoriam nobis revocentur.

omnis terra gloriâ ejus. Iſa. 6. 1. & ſeq.

Immola Deo ſacrificium laudis. Sacrificium laudis honorificabit me & illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei. Pſalm. 49. 14. & 23.

Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt tibi labia mea. Pſal. 65. 13.

Dignus es Domine accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creaſti omnia & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt. Apoc. 4. 11.

HINE fines ſunt, quos Breviarium tibi recitaturo plerumque præfigis?

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quòd, licet Chriſtiani quicumque Deo hæc omnia debeant; ad ſupplendam nihilominùs plerorumque deſidiam, meritorum aut temporis inopiam, perſonas quaſdam totius populi nomine quaſi Legatos deputavit Eccleſia, quorum præcipuum eſſet negotium, orare, laudare & glorificare Divinam Majeſtatem, quorum in ore ipſa quoque verba poſuit, quæ Deo promenda voluit. Quamvis verò Eccleſiaſticis vi muneris hujus ſine intermiſſione orandum foret, tum Evangelico præcepto obtemperaturis, tum aſſiduæ neceſſitati Divinæ gratiæ ſuccurſuris; humanæ nihilominus infirmitati atque miſeriæ, intermiſſionem illam quandoque flagitanti, ſe attemperans Eccleſia, ſepties in die laudem dici Deo ſatis habet; utpote cum numerus ſeptenarius numerus ſit perfectionis.

Poſui verba mea in ore tuo. Iſa. 59. 21.

Oportet ſemper orare. Luc. 18. 1.

Septies in die laudem dixi tibi Pſal. 118. 164

Septem graduum erat aſcenſus ejus. Ezech. 40. 22.

PUNC-

Digitized by Google

PUNCTUM III.

Quæ eſt petitio tua, Eſther, ut detur tibi? Etiamſi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Eſth. 7. 2.

Per ipſum, & cum ipſo & in ipſo. Canon. Miſſæ.

DEduc inde, quàm ſit efficax Oratio publica quantâque precibus quibuſque privatis virtute præpolleat, quatenùs totius Eccleſiæ nomine Deo offertur; quæ cum non petat niſi bona, nec niſi conditionibus adhibitis neceſſariis, petionis ſanè effectum conſequitur infallibilem; Deus ſcilicet non tam eum reſpicit, qui orat, quàm eam, cujus nomine orat, id eſt, Unigeniti ſui Sponſam, pro qua, per quam & quacum ipſemet orat.

Deduc inde ulteriùs, quàm vehementer errent qui perfunctoriè ſine reverentia atque attentione Breviarium ſuum recitant, cum preces interim privatas cum fervore ſimul & devotione profundant. Diſcute, an & tu hiſce annumerandus non es. Neque verò tibi perſuadeas, inquit Bonaventura, quod preces aliæ, quia ſupererogationis ſunt, ut loquuntur, neceſſariarum defectus abſtergere valeant.

Nota benè; hæc enim fraudum diaboli facilè ſubtiliſſima eſt.

Væ vobis, quia decimatis mentham & anethum & reliquiſtis, quæ ſunt graviora legis. Matth. 23. 23.

ME-

MEDITATIO XCIX.

De conditionibus requiſitis ad Officium Divinum tùm publicè tum privatim ritè recitandum.

1. Quanti referat, officium hoc ritè perſolvere.
2. Conditiones quædam adhoc ritè recitandum neceſſariæ, intentio & reverentia.
3. Methodus reverentiam hanc excitandi.

Pſallite Deo noſtro ſapienter. Pſal. 46. 8. & 9.

Hoc uno verbulo, juxta ſententiam SS. PP., conditiones quaſcumque ad Officium Divinum quocumque loco ritè recitandum neceſſarias Propheta complectitur; quas tamen priuſquam ſigillatim diſcutiamus,

PUNCTUM I.

CONSIDERA & perſuadere tibi ſatage, quanti referat, officium hoc ritè perſolvere. Ex eo imprimis, quòd hoc ritè perſolvatur, magna bona proveniunt, non ſolùm ipſi Deo, qui ſic honoratur, aut Eccleſiæ, quæ ſic ſanctificatur; ſed & tibi ipſi, qui hac methodo novarum gratiarum meritorumque cumulum coacervas, illâque frueris tranquillitate ſpiritûs, quam velut hujus vitæ mercedem bona opera ſecum invehunt; ubi ex adversò, ſi Officium iſtud ægrè perſolveris, Deus iſthinc inhonoratur, amori ejus detrahitur, Eccleſia deſpicitur, neque verò aliam laboris tui mercedem refers, quàm inquietudinem, demeritum & hujus ſimul atque alterius vitæ ſupplicia.

Gloria & honor & pax omni operanti bonum: tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. Rom. 2. 10. & 9.

Ventum ſeminabunt & turbinem metent. Oſeæ 8. 7.

Seminaverunt triticum & ſpinas meſſuerunt. Ier. 12. 13.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, ad officium hoc ritè perſolvendum, duas treſve conditiones eſſe neceſſarias. Prima verò eſt, actualis aut virtualis intentio loquendi Deo. Hæc autem intentio duplicis ge-

Omnes qui horis Canonicis perſolvendis deputati ſunt, dent operam, ut collectis animis, quoad fieri poteſt, debitum penſum abſolvant, nec ita ſi

Digitized by Google

generis eſt, altera generalis, quâ conſiderantes nos ut perſonas publicas, utque Sanctiſſimæ Trinitatis, Jesu Christi ac totius Eccleſiæ vicem gerentes, Deum laudamus, grates ei referimus, ſatisfacimus, proque creaturis univerſis neceſſaria quæque poſtulamus. Altera peculiaris eſt, quâ velut perſonas nos privatas conſiderantes, Officium noſtrum ad finem quempiam peculiarem dirigimus, e. g. ad virtutem aliquam, vitii alicujus victoriam, aliaque his ſimilia obtinenda. Altera conditio, tùm interior tùm exterior reverentia atque modeſtia eſt, quæ à Concilio Tridentino omnimodò commendatur tamquam methodus præcipua, ut ritè perſolvatur Officium ad majorem Angelorum ſimul & hominum nos intuentium ædificationem. Ut verò modeſtia hæc atque reverentia faciliùs excitetur,

PUNCTUM III.

Conſidera potiſſimam eſſe methodum, cùm vel Capitulo e. g. vel alteri cuipiam communitati interſumus, ut quoad omnia, id eſt, tempus, locum, ſitum, ceremoniis ibidem obſervari conſuetis nos accommodemus; ac præſertim meditationem obſervemus uſque adeò à Conciliis commendatam: ſi in Eccleſia ſumus, corde ut minùs, dum ore fortaſſis (utpotè voce nobis deficiente) non poſſumus, cantemus alacriter: Si verò in loco privato, trium ſaltem harum circumſtantiarum delectum inſtituamus. Quoad tempus imprimis, non horæ modò, quibus Officium regulariter recitandum eſt, juxta Eccleſiæ præſcriptum; ſed & certum inſuper temporis ſpatium quibuſlibet horis accommodum definiendum eſt. Nonne miſerrimè rerum ſuarum ſatagit, qui multum ſe lucri comparâſſe exiſtimat, ſi unius alteriuſvè *Miſerere* ſpatium minus quàm alii Breviario ſuo recitando impenderit? Quod verò ad locum attinet, quamvis unicuique ſit integrum deligere ſibi commodio-

habeant, ut dum voce pſallunt, quidvis potius quàm Deum animo cogitare videantur, ſemper caventes ne propheticum illud audiant Labiis hi me honorant, *&c. quid eſt autem voce pſallere, mentem autem domum aut forum circuire, niſi homines fallere & Deum irridere? Grave admodum eſt, quod Scriptura dicit:* Maledictus qui facit opus Dei negligenter. *Statuimus proinde ut laudes divinæ per ſingulas horas, non curſim & feſtinanter; ſed tractim, ſervatis intervallis decentibus, habita ratione dierum, reverenter & alacriter abſolvantur; nequaquam in altum ſublato clamore, ne vel inſanire, vel animi laſcivia geſtire videantur, potiùs quam fervore ſpiritûs exultare, ſemper & verſiculum decantatum animo volventes: Non clamans, ſed amans cantat in aure Dei; audit enim ille vocem cordis, ſine qua ſonum oris contemnit: quare videndum eſt, ut qui ore pſallunt & mente pſallant. Nullus item, dum Canonicæ preces in templo publicè decantantur aut leguntur, audeat privatim legere aliquid ac ne horas quidem Canonicas abſolvere; ſed concinat ac unà cum fratribus Deum honorificet; contrarium faciens tanquam abſens habeatur. Caveant item, qui extra chorum horas privatim*

diorum; ut via nihilominùs diſtractionibus præcludatur, ſolitarius magìs atque ſecretus; at Eccleſia omnibus præligenda eſt. Quoad ſitum denique; quamquam ſtando nonnumquam aut ſedendo Breviarium recitari poſſit; genuflexio tamen & modeſtiæ & recollectioni magis conſentanea eſt.

EXAMINA igitur temetipſum: quâ imprimis intentione Officium tuum recitâris. Pœniteat, tantorum te bonorum feciſſe jacturam, quòd ipſi exordio intentionem non præformaveris. Quam deinde reverentiam adhibueris. An non formidas irreverenter orans, ne juxta maledictionem à Propheta prolatam, non Angelus pacis, ſed diabolus ſtet à dextris tuis, qui, quemadmodum ſanctæ aliquando Gertrudi viſum eſt, omiſſas à te ſyllabas litteraſque annotat, unde in die judicii te accuſet?

Diabolus ſtet à dextris ejus: & cum judicatur, exeat condemnatus, & oratio ejus fiat in peccatum. Pſalm. 108. 6. & 7.

legunt, ne ſomnolentè aut truncatis verbis, aut intra fauces compreſſo ſpiritu preces demurmurare, vel ut ethnicus quidam ait, rabioſa ſilentia rodere videantur; ſed articulatè, diſtinctè, diſertè & cum attentione, integrè omnia pronuntient. Ne deambulando horas dicant, ſed in locum aliquem orationi aptum tantiſper ſecedant; ne mentis evagatio, quæ ex tumultuaria deambulatione naſci ſolet, fructum orationis intercipiat. Conc. Trevir. l. 2. cap. omnes 15. 49. Vide Conc. Med. 1.

Quoſcumque etiam beneficiatos, aut in ſacris conſtitutos, cum ad Horas Canonicas teneantur, admonet hæc ſancta Synodus, ſi orationes ſuas acceptas Deo eſſe cupiunt, ut non in gutture, vel inter dentes ſeu deglutiendo aut ſyncopando dictiones; nec colloquia vel riſus intermiſcendo; ſed ſive ſoli ſive aſſociati diurnum nocturnumque officium reverenter verbiſque diſtinctis peragant; ac tali in loco, ut à devotione non retrahantur. Ad quam ſe diſponere ac præparare debent juxta id quod ſcriptum eſt: Ante orationem præpara animam tuam: ne ſis quaſi homo qui tentat Deum. Concil. Baſileenſ. generale ſeſſ. 2. cap. qualiter Horæ Canonicæ dicendæ ſint extra chorum 1436. Quæ omnia in Concil. Sen. ann. 1528. confirmata ſunt.

Digitized by Google

MEDITATIO C.

De binis aliis conditionibus ad Officium Divinum ritè recitandùm neceſſariis,

ATTENTIONE ET DEVOTIONE.

1. Attentio.
2. Devotio.
3. Methodus utramque excitandi.

Si orem linguâ, mens mea ſine fructu eſt.
1. Corinth. 14. 14.

Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ioan. 4. 24.

Docet nos hiſce Apoſtolus, non linguâ tantùm, ſed, cum Spiritus ſit Deus, ſpiritu quoque, id eſt, attentione ac devotione orandum eſſe.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, præter intentionem ac reverentiam duas inſuper conditiones alias ad Officium ritè recitandum afferendas. Harum prima attentio eſt, quæ nihil eſt aliud quàm applicatio mentis ad orationem præſentem cum excluſione cujuſvis alterius cogitationis. Hæc autem attentio triplicis generis eſt: prima ſuperficialis, quâ verbis dumtaxat ritè pronuntiandis, nihilque eorum, quæ præſcripta ſint, omittendo mens attendit: Altera, quâ ſenſui verborum litterali conſiderando attenditur, eidemque conformatur affectus; Tertia ſpiritualis, qua vel Deus præſens aſpicitur, vel ſenſibus Pſalmorum myſticis, vel aliis denique myſteriis mens affigitur, quibus igne divini amoris inflammamur. Prima, licet caſibus quibuſdam forſan ſufficiat, ſemper periculoſa eſt, infraque hominem ratione ac intelligentiâ præditum, qualem utique Eccleſiaſticum eſſe oportet. Altera proinde, ut minùs addenda eſt, quæ Religiosè adhibita ſemper ſupponit primam & mirificè conducit ad tertiam, atque adeò ſenſus verbo-

Si quis principem ſæculi rogaturus habitu honeſto, geſtu decenti, prolatione non præcipiti, ſed diſtinctâ, attentâ quoque mente ſeipſum ſtudet componere: quantò diligentius in ſacro loco omnipotentem oraturus Deum, hæc omninò facere curabit? Statuit igitur ſancta Synodus, ut in cunctis Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis, horis debitis, & ſignis congrua pulſatione præmiſſis, laudes divinæ non curſim ac feſtinanter, ſed tractim & cum pauſa decenti, præſertim in medio cujuſlibet verſiculi Pſalmorum, debitam faciendo inter ſolemne ac feriale officium differentiam, reverenter ab omnibus perſolvantur..... Non ſimul aut cum aliis confabulantes aut collo-

rum

rum litteralis conſiderandus eſt, noſterque illi conformandus affectus. Ecquæ tibi Breviarium recitanti cogitationes?

PUNCTUM II.

CONDITIO quarta atque ultima ad officium ritè recitandum neceſſaria eſt devotio, quæ ex attentione velut effectus ex cauſa conſequitur, neque aliud eſt, quàm tenera quædam voluntatis affectio propoſitorum ſibi ab intellectu myſteriorum aliarumve bonarum cogitationum ſaporem deguſtantis, quæ, teſte divo Thomâ, hinc quidem ex nihili noſtri conſideratione promanare conſuevit, quæ ſenſum nobis humilitatis, pœnitentiæ, mortificationis acuit & ſimilium; inde verò ex conſideratione perfectionis magnitudiniſque divinæ, ex qua laudis, admirationis, glorificationis, reſignationis &c. conſequantur affectus. Ecqui tibi officium divinum recitanti affectus? neque enim ſatis eſt, ut & os tuum & memoria & intellectus occupentur; ſed voluntas potiſſimùm, ad omnibus corporis animæque viribus Deo ſerviendum, excitetur oportet.

PUNCTUM III.

CONSIDERA methodum adhibendæ officio divino attentionis devotioniſque, atque adeò diſtractionis cujuſlibet abigendæ hanc eſſe primam, ut magna conſcientiæ puritas afferatur, atque ideò actus ſemper contritionis præmittatur. Altera methodus eſt, ut curæ omnes occupationeſque ſuperfluæ reſecentur, immò & paſſiones ſive affectiones vehementiores circa objecta ſecundum ſe bona, e. g. ſtudium, prædicationem, conferentiam, ut vocant, & ſimilia, quorum tunc temporis arcenda cogitatio eſt. Tertia eſt, ut intelligendis iis, quibus divinum conſtat officium, opera detur, Pſalmos e. g. meditando vel bonum in eos commentarium per-

quentes, aut litteras ſeu ſcripturas, alias legentes. Et cum pſallendi gratia ibidem conveniant, juncta ac clauſa labia tenere non debent .... Nemo, dum horæ in communi publicè cantantur, legat vel dicat privatim officium: nam non ſolum obſequium, cui obnoxius eſt, choro ſubtrahit; ſed alios pſallentes perturbat. Concil. Baſileenſ. ſeſſ. 21 can. quomodo div. off. in Eccl. ſit celebrandum.

Si orat pſalmus, orate: ſi gemit, gemite: ſi gratulatur, gratulamini: ſi ſperat, ſperate: ſi timet, timete; omnia enim, quæ hic conſcripta ſunt, ſpeculum noſtrum ſunt. S. Aug. in Pſalm. 30.

22. q. 82. a. 3. *Pſallamus ore, inquit Apoſtolus, pſallamus & mente.*

Offeratis Domino cum Apoſtolis favum mellis: quid eſt favus, niſi mel in cera? Et quid eſt mel in cera, niſi devotio in littera? Quidam ſunt, qui ex quo verſum incipiunt, videtur eis longiſſimus quod ad finem veniant, & ſingula verba in currendo præcipitant, ut in favo Domini non remaneat mel, aut cera. Verbum unum ſub clauſula una glutiunt, & canticum Domini decurrunt, & perfunctoriis ſynalephis dimidiant. Quandoque dum pſallimus, facimus caſtella in animo, & imaginamur vanitates & inſanias

Digitized by Google

volvendo. Quarta eſt, ut officium præparetur ac prævideatur, & juxta exemplum S. Caroli illa etiam legantur, quæ memoriâ tenentur. Quinta denique, ut ipſo ſemper exordio in Dei Sanctorumque Angelorum conſpectu nos conſtituamus:

Statue JESUM *ad dexteram tuam & MARIAM ad ſiniſtram tuam & omnes Sanctos in circuitu eorum: omnes fratres tui ſint tamquam Angeli Dei. & cum quibus nunc pſallis in terris, ſpera te cantaturum in cælis.* Thom. à Kempis l. Diſcipl. Clauſtr. 8.

falſus. Labia ſunt in Canticis, animus in patinis. Pet. Bleſ. ſer. 12. de vit. Mor. & offic. Præf. & Cl.

Qualem quæſo eſſe oportet eum, qui pro univerſo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorque eſt apud Deum, ut hominum omnium non viventium modo, ſed etiam mortuorum peccatis propitius fiat S Chryſ. 6 de Sac. c. 3.

Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu vero odiſti diſciplinam, &c. Pſal. 49. 16 & 17.

Immolantes hoſtiam laudis, jungamus ſenſum uſui, affectum ſenſui, exultationem affectus, gravitatem exultationi. S. Bernard. Serm. 13 in Cant.

MEDITATIO CI.

Repetitio Meditationum præcedentium quoad Officium Divinum,

Adinſtar examinis, quo diſquiruntur defectus, qui frequentiores ibidem committuntur.

1. Obligatio nobis incumbens Officii Divini ritè recitandi
2. Defectus frequentiores ibidem committi ſoliti.
3. Methodus his occurrendi.

Ecce, labia mea non prohibebo, Domine tu ſciſti. Pſalm. 39 10.

PUNCTUM I.

VENIAT in mentem incumbens tibi obligatio Officii Divini ritè recitandi, unà cum conditionibus ſuprà indigitatis: Dei inſuper ac Eccleſiæ præceptum, bona malavè indè tibi provenientia, excellentia hujuſce actionis, quæ Religioni cultuique Divino quàm maximè eſſentialis eſt, quæ nulli alteri in Eccleſia præſtantiâ aut nobilitate ſecunda, quæ, ſi ritè exerceatur, honorem, commodum

ac

ac voluptatem; ſi perperàm, moleſtiam, pœnam ac inquietudinem ſecum trahit.

PUNCTUM II.

Considera defectus frequentiores, quos in Officii Divini recitatione paſſim admittunt Eccleſiaſtici. Hi duplicis generis ſunt, alii ſubſtantiam concernunt, ut ſi voluntariè imprimis aut totum aut partem horarum ſacrarum quis omittat, quo caſu non peccato dumtaxat; ſed & reſtitutioni obnoxius redditur, ſi quod beneficium poſſideat. Deindè ſi aliud quàm Diœceſanum recitet Breviarium; huic enim recitando juxta plures Authores quàm ſtrictiſſimè unuſquiſque obligatus eſt, ac præſertim juxta Concilium Toletanum, quod contravenientibus pœnas graviſſimas comminatur. Tertiò ſi Rubricas neſciat, nec iis ediſcendis incumbat. Quartò ſi oculis dumtaxat Breviarium percurrat, neque verba ſic ore pronuntiet, ut ſemetipſum intelligat. Alii defectus ad modum ſolummodò recitandi pertinent, ut ſi recitet in ſtatu peccati, ſi mente negotiis aut ſtudiis penitùs occupatâ, ſi tempore importuno, ſi abſque præparatione aut intentione, ſi voluntariè diſtractus, ſi abſque reverentia, ſi præcipitanter, ſi verba intercidendo, aut ſyllabas omittendo, aut citra neceſſitatem interrumpendo; ſi ex conſuetudine, ſi cum feſtinatione, ſi ad ſenſum litteralem non attendendo, ſi denique non ſine faſtidio, tœdio, impatientia aut inquietudine ſpiritûs, de quibus Salvator noſter generatim queſtus eſt: *Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longè eſt à me.* Matth 15. 8.

Conc. Tol. 2. c. de iis qui, &c Binsfeld. Enchirid. Theol. Paſt. c. 8. concl. 8.
Dominicus à Soto de juſt. & jure, l. 10. q. 5.
Bellarm. controv. 10. 2 diſp. de bon. morib. l. 1. cap. 13. juxta Epitomen Baptiſtæ Des-Bois. Franciſcani. Cardin. Tol in compend. inſtructionis Sacer. l. 2. c. 1. Nav. de Horis Canon. c. 19.

Vide, quomodò tu hucuſque opus illud exercueris, ac præſertim nùm Rubricas tuas probè noveris; harum etenim ignorantiâ quot omiſſiones commutationeſve admiſiſti, tot & delicta perpetraſti. Si huc ritè adverteris, Divinæ ſine du-

dubio Juſtitiæ quam maximè obſtrictum te deprehenderis. Cui ut remedium deinceps adhibeatur,

PUNCTUM III.

CONSIDERA methodum quam optimam imprimis hanc, ut actionis hujuſce gravitatem ſæpiùs expendas, ſemel ut minùs ſingula poſt octidua hac ſuper re meditationem inſtituendo, defectus communiores ibidem commiſſos annotando, eiſque remedium adhibere ſatagendo. Altera methodus hæc eſt, ut hanc veritatem menti tuæ quàm altiſſimè inſculpas: cùm actio quæpiam ſive ex obligatione ſive devotione exercenda eſt, multò profectò præſtabilius eſt, quàm potes optimè ac perfectiſſimè, quàm malè nec ſine defectibus hanc exercere: neque enim ad illud plùs temporis quàm ad hoc requiritur; plùs verò conſolationis ſine dubio percipitur, cum illa benè exercetur.

NONNE is modò tibi animus eſt allaborandi deinceps, ut concinniùs quàm hactenùs Breviarium tuum recites? ne iis ſcilicet accenſeare, de quibus Propheta:

Seminaſtis multùm & intuliſtis parùm. Agg. 1. 6.

Digitized by Google

MEDITATIO CII.

De obligatione Subdiaconi quoad Eccleſiam.

1. Subdiaconus tria debet Eccleſiæ, reverentiam amorem atque obſequium.
2. In quo reverentia iſta, amor, obſequiumque conſiſtant?
3. Animadverſiones.

Super muros tuos, Hieruſalem, conſtitui cuſtodes. Iſai. 62. 6.

Cuſtodes hi, quos ſuper muros Hieruſalem conſtituit Deus, nonniſi Eccleſiaſtici ſunt, qui ex officio tenentur manutenere, protegere ac propugnare Eccleſiam.

PUNCUTM I.

CONSIDERA, quòd, cùm Subdiaconus ex vi Ordinis ſui tripliciter ſit obſtrictus Eccleſiæ, ut ſervus videlicet dominæ, ut filius matri, ut ſponſus ſponſæ, varia quoque ei debeat, quæ ad tria pariter reducuntur, reverentiam utique, amorem atque obſequium ſive obedientiam: Ut verò meliùs atque enucleatiùs triplex hæc obligatio percipiatur,

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo reverentia iſta, amor obſequiumque conſiſtant. Reverentia imprimis in eo conſiſtit, ut vel minima quæque, quæ ab ea procedunt, fiant maximi, neque examinando neque diſcutiendo decreta ejus, neque illis contradicendo: ut omnes Conciliorum Canones, decreta Summorum Pontificum, Sanctorum Patrum ſententiæ magni pendantur: ut infimis Statûs Eccleſiaſtici gradibus, e. g. Tonſuræ Ordinibuſque minoribus majus, quàm quibuſcumque ſæculi honoribus pretium ponatur. Obſequium verò & obedientia in eo conſiſtunt, ut quàm poteſt ſæpiſſimè miniſteriis ſuis fungatur,

Non ſunt omnes amici ſponſi qui hodie ſunt ſponſi Eccleſia, hinc inde aſſiſtere cernuntur, & ut vulgo aiunt, eam quaſi addextrare videntur, pauci admodum ſunt, qui qua ſua ſunt non quarant, ex omnibus charis ejus. Diligunt munera, nec poſſunt pariter diligere Chriſtum, quia manus dederunt mammona. Intuere quomodo incedunt nitidi & ornati, circumamicti varietate, tanquam ſponſa proce-

tur, ut quavis in re, ſive facili ſive difficili, naturæ etiam ac conſuetudini perverſæ reluctante mandatis ejus voluntariè obtemperet, e. g. togam talarem, ſucciſoſque geſtando capillos, ſuperflua quæque reſecando &c. ut denique eandem aliis reverentiam atque obedientiam ingenerare ſatagat, iiſque ſeſe opponat, qui aut explicationibus heterodoxis aut perverſis axiomatibus pondus ejus atque authoritatem imminuere niterentur. Quis bonus eſt filius, qui Matris ſuæ juſſis obſtrepere auſit? Quis verò magni faciet ſtatuta Eccleſiæ, iiſque ſe ſubjiciet, ſi vel ipſis Eccleſiaſticis neglectui habeantur? Amor denique, quem Subdiaconus debet Eccleſiæ, cum ſit amor ſponſi erga ſponſam, conſiſtit in eo, ut corde illi atque affectu conglutinetur, animarum, quæ membra illius ſunt, ſaluti cooperetur, atque adeò labores quoſque ad hoc neceſſarios patiatur, nulli parcat, ne vitæ quidem, ſi opus eſt, ut Salvatori noſtro hac in parte conſimilis evadat: *Qui tradidit ſemetipſum pro ea, ut exhiberet eam ſibi glorioſam, non habentem maculam neque rugam.* Epheſ. 5. 25. 26.

PUNCTUM III

EXAMINA nunc temetipſum ſuper triplici hocce debito: vide defectus, quos contra debitam ei reverentiam, obedientiam, amoremque admiſiſti. An non eorum aliquando de numero fuiſti, qui adeò illam neque protegunt neque fulciunt, ut ad illius potius deſtructionem ruinamque allaborare videantur? Anne tua perverſitate bellum ei non indixiſti atque iſta Prophetæ verba non extorſiſti: *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima?* *Pax à paganis*, inquit Bernardus, *pax ab Hæreticis; ſed non profectò à filiis.* Defectibus iſtis remedium adhibe, atque hæc deinceps in praxim deducito: magni imprimis facito, quidquid ab Eccleſia promanat a. in can-

dens de thalamo ſuo. Nonne ſi quempiam talium repente eminus procedentem aſpexeris, ſponſam potius putabis, quam ſponſæ cuſtodem? Unde vero hanc illis æſtimes exuberare rerum affluentiam, veſtium ſplendorem, menſarum luxuriam, &c. niſi de bonis ſponſæ? Inter hæc eſt quod illa pauper & inops & nuda relinquitur, facie miſeranda, inculta, hiſpida; propter hoc non eſt hoc tempore ornare ſponſam, ſed ſpoliare: non eſt cuſtodire, ſed perdere, non eſt defendere, ſed exponere, non eſt inſtruere, ſed proſtituere. S Bern. ſer. ad Cl. in Concil. Remenſ.

Sacris Patrum regulis & conſtitutionibus inobedientem ſuſcipere non poſſumus, nec debemus, &c. quia infamem omnes cenſemus, qui, &c. Apoſtolicam vel regularem poſtponunt authoritatem. Dion. Ep. 2.

Si enim non parva ſtultitia eſſe conſtat, ſi quis cujuſlibet unius hominis ſano conſilio acquieſcere detrectat; quanto magis reprehenſibile videtur, ſi quis imprudenter reſiſtat hujuſmodi conſiliorum ſtatutis, non unius, ſed plurium ſapientium authoritate, & judicio prolatis atque probatis? Concil. Roman. 1. ſub Greg. 7. c. 4.

Petre amas me? Paſce oves meas. Ioan. 21. 17.

Olim prædictum eſt, & tunc tempus impletionis

ctis

ctis ei obtemperato 3. obſequio ejus indivulsè adhæreto, non unico dumtaxat die, ſed toto vitæ tuæ decurſu, neque bonam hanc matrem haſce de te querelas fundere ſinito: *Filios exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me.* Iſa. 1.2. *Spreverunt*, adjungit Bernardus, *& invaluerunt à turpi vita, à turpi quæſtu, à commercio, à negotio perambulante in tenebris.*

advenit; Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. *Amara prius in morte martyrum; amarior poſt in conflictu hæreticorum; amariſſima nunc in moribus domeſticorum* S. Bern. ſerm. ad Cl. in Conc. Remenſ.

MEDITATIO CIII.

De obligatione Subdiaconi quoad ſeipſum, id eſt, de caſtitate.

1. Subdiaconum caſtum eſſe oportet
2. Eccur Eccleſia Subdiaconos caſtitati ſive continentiæ aſtringat?
3. Actus præcipui caſtitatis in genere.

Mundamini, qui fertis vaſa Domini. Iſa. 52.11.

Verba hæc de nullo aptiùs quàm Subdiacono ad litteram intelligi poſſunt, qui ex vi ordinis ſui vaſa ſacra manibus tractat. Vnde & Concilia quælibet, dum de caſtitate agunt Subdiaconorum, tantò fortius hinc argumentum eliciunt, quanto certius in ſcriptura fundatum eſt.

Afric. Rom 1 2 3. & 8. Tol. Agath. Arauſic. Nicen Arelat 1 & 2. Tur 2. & 4 5. Aurel. Trident ſeſſ. 24. c. 9.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, licet ad caſtitatem quilibet Chriſtiani, arctiùs tamen ad eamdem Subdiaconi aſtringantur: lege imprimis Eccleſiaſticâ, quæ hanc eis injunxit, jamque à duodecim ſæculis Ordini Subdiaconatûs annexuit: conſecratione item eorumdem, quâ factum eſt, ut nonniſi altarium miniſterio rebuſque Religionis applicandi ſint: poteſtate prætereà vaſa ſacra tangendi: voto denique ſolenni, quod ordinem hunc ſuſcipientes emittunt; quod tametſi ore non exprimatur, vi tamen acceptationis, quæ fit, cum Epiſcopus ait, quod *caſtitatem Deo adjuvante ſervare oportet*, obligare non deſunt. Hæ quatuor rationes ſunt quæ totidem

Omnibus caſtitas pernéceſſaria eſt; ſed maximè miniſtris Eccleſiæ, quorum vita aliorum debet eſſe eruditio S. Aug. Serm 1. Domin. 25. poſt Trin

Ad exhibendam perfectæ continentiæ puritatem, ne Subdiaconis quidem carnale connubium conceditur. S Leo diſt. 22. c omnium. Idem ſtatuit S. Greg. Ep. 42. ad Petrum Subdiac l. 1. ante trien. *&c. Sacrum ordinem ſuſcipiens emittit votum ſolemne caſti-*

tidem ſunt quodammodò vincula, quibus Subdiaconi ad virtutem tam excellentem obſtringuntur, cujus proinde violatio tantò gravior evadit.

PUNCTUM II.

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſia Subdiaconos ad continentiam obſtringit. Prima eſt, ut majori cum puritate minorique cum diſtractione cultui divino vacare poſſint; multùm enim confert ad ſanctitatem animæ caſtimonia corporis. Altera eſt, ut Angelorum miniſterium ad Altare obeuntes, Angelis quoque perſimiles ſint; at verò conſiſtere nequit hæc ſimilitudo niſi in caſtitate, quæ, teſte Salvatore, homines Angelis conſimiles efficit. Ratio denique potiſſima hæc eſt, quod amorem prorſus ſingularem erga caſtitatem, ſingularem itidem horrorem adverſus omne id quod eidem adverſatur, Salvator oſtenderit: unde & factum eſt, ut omnes inter injurias criminaque, quæ falsò Apoſtolis & pleriſque Martyribus Tyranni objectavere, nunquàm eis impuritatem permiſerit objici, uti nec ſibi; tametſi quovis alio criminis genere fuerit impetitus.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, duos eſſe potiſſimos caſtitatis actus. Primus eſt, ut penitus horreat fugiatque non ſolùm omne id, quod in hac materia poteſt eſſe peccatum, ſive cogitatione ſive verbo ſive opere; ſed æquali perſequatur odio, quidquid virtutem hanc excellentem poteſt lædere, aſpectum licet verbumve otioſum. Alter eſt, ut tenerrimo erga caſtitatem feramur affectu, ſummamque ejus perfectionem pro viribus nitamur acquirere inviolatamque ſervare, ut ita ſcilicet & Deo placeamus nobiſque proſimus.

En duo argumenta, è quibus cognoſcere licet, num polleas virtute caſtitatis. Super his te exa-

tatis Diſt. 28. c. nullum

Caſtitatem Deo adjuvante ſervare oportebit. Pont.

Qui ſine uxore eſt, ſollicitus eſt, quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori & diviſus eſt. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini ſunt: ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. 1. Cor 7. 32. & ſeq.

Incorruptio facit eſſe proximum Deo. Sap. 6. 20.

Neque nubent, neque nubentur; ſed erunt, ſicut Angeli Dei. Mat 22. 30

Ejus authorem quem poſſumus exiſtimare, niſi immaculatum Dei filium? Chriſtus virgo, virginis ſponſus, & ſi dici poteſt, Chriſtus cuſtos virgineæ caſtitatis. S. Amb. 1. de Virg.

Nullus unquam Apoſtolis, aut fornicationis, aut impudicitiæ crimen objecit, ſed tantummodò ſeductores appellati ſunt. S. Chryſ. hom. 10. in 1. Tim.

Si oculus tuus dexter ſcandalizat te erue eum, &c Matt. 5. 29. & ſeq

Fornicatio, immunditia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos. Ep. 5. 3.

Omnis ponderatio non eſt digna continentis animæ. Eccl 26. 20.

Quid decorius caſtita-

examina, bonamque hinc Apoſtoli exhortationem deinceps te executurum decerne:

Sciat unuſquiſque veſtrûm vas ſuum poſſidere in honorem & ſanctificationem. 1. Theſ. 4. 4.

Ut in cælo æquè ac in Altari Chriſtum tibi ſequi liceat; hoc enim Virginum privilegium eſt: *Sequuntur Agnum, quocumque ierit.* Apoc. 14. 4.

...te, qua mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum, Angelum denique de homine facit? S. Bernard.

MEDITATIO CIV.

DE PRIMO ACTU CASTITATIS,

Qui eſt, ut horreatur omne id, quod vel minimam virtuti huic læſionem afferre poteſt.

1. Rationes, ob quas impudicitia Eccleſiaſticis tanto eſſe horrori debeat.
2. Quàm hæc Deo in illis diſpliceat? quas illis minas intentet? quæ ſupplicia irroget?

Omnis fornicatio aut immunditia nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos. Epheſ. 5. 3.

Si hoc à quibuſcumque Chriſtianis; quid tandem ab Eccleſiaſticis requiret Apoſtolus?

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas, Eccleſiaſticis præſertim, tanto eſſe horrori impudicitia debeat. Prima eſt, quòd corpora eorum templa ſint Spiritûs ſancti, & membra Chriſti. Altera eſt, quòd vitium hoc longam poſt ſe malorum catenam trahat; hominem ſiquidem ſtupidum hebetemque reddit, mentem ejus excæcat, prudentiam evertit, brutis animalibus ſimilem efficit, Spiritui ſancto, gratiiſque ejus omnem aditum intercludit. Tertia eſt, quòd ſi malum hoc ad exteriora prorumpat, non ſimplex dumtaxat fornicatio ſit, ſed & ſacrilegium ob voti violationem; ſed & ſpecies quędam adulterii, quæ tria peccata ſunt in una eademque actio-

Vide Prov. 1. & 5. Eccl. 7. & 24.

Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? 1. Cor. 6. 15.

Comparatus eſt jumentis. Pſal. 48. 13. & 21. Diſt. 10. cap. pervenit, diſt. 81. c. ſi quis &c. ſi qui ſunt. Concil. Trid. ſeſſ. 15. c. 19. ſi concubina de ſentent. excom. diſt. 32. c. Nullus

Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt. Gen. 6. 3.

Quicumque fornicatur, peccat in corpus ſuum. 1. Cor. 6. 18.

Digitized by Google

actione concervata, quibus ſi & ſcandalum adjunxeris, quid monſtroſius vel concipi poteſt? Quarta eaque poſtrema eſt, quòd Eccleſiaſticus qualicumque impudicitiæ deditus, vix ſine miraculo ab ea convaleſcat, utporè cui vitio hoc ſingulare ſit, ut hominem obduret & monitis quibuſcumque immobilem reddat, facilitate ſcilicet ad conſuetudinem, conſuetudine verò ad neceſſitatem pertrahente. Teſtes ſunt Hæreſiarchæ tùm veteres tùm recentes, qui majori libertate potituri, Eccleſiam omnes deſeruêre. Reminiſcere hiſtoriarum, quas hac ſuper re quandoque audiiſti; quæ ſi tibi nondùm ſatisfaciant, criminis hujus enormitatem clariùs adhuc perſpecturus,

Inveteratam rubiginem ſi tentes abradere, nec ſummis ſaltem digitis contingi patietur. S. Bernard. Ep. 132.

Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, thezauriſas tibi iram in die iræ. Rom. 2. 5

Ecce ego ſtridebo ſubter vos, ſicut ſtridet plauſtrum novum onuſtum fœno. Amos 2. 13.

Occurram eis, quaſi urſa raptis catulis. Oſeë 13. 8.

PUNCTUM II.

CONSIDERA minas, quas huic intentat, ſupplicia, quæ irrogat Deus. Vivi combuſti ſunt filii Aäron, quod ignem alienum thuribulo ſuo impoſuiſſent; at verò ignis ille alienus figura fuit inordinati affectûs, quem perverſi Chriſtiani atque Eccleſiaſtici in cor ſuum admittunt. Morte percuſſus eſt Oza, quòd Arcam ſolummodò tetigiſſet, cùm immundus eſſet, quatenùs ab uxore ſua ſe neutiquam continuiſſet. Non aliam ob cauſam diluvium immiſit, quàm ut ita peccatum carnis caſtigaret. Ideò & Sodoma & Gomorrha perierunt. Ideò, ſi qua fides plurimis revelationibus, pleraſque plagas e.g peſtem, bellum, famem in hunc mundum vindex Deus immittit. Sed neque addubitandum, quin hæreſes, quæ præſertim in Eccleſia pullulant, ab Eccleſiaſticorum hac in parte exorbitatione promanent. Undè & Eccleſia de hujus criminis enormitate convictos beneficiis privabat, excommunicabat, totiuſque vitæ aut certè plurimorum annorum interdicto ſubjiciebat. Sanctus verò Gregorius ſententiam hanc ge-

Iratus indignatione Dominus contra Ozam percuſſit eum ſuper temeritate, qui mortuus eſt ibi juxta arcam Dei. 2. Reg. 6. 7

Omnis caro corruperat viam ſuam. Gen 6 12

Surius in vita S Chriſtinæ. diſt. 82. c. Presbyteri.

Si quis Clericus adulteraſſe aut confeſſus aut convictus fuerit, depoſitus ab officio, communione conceſſa, in monaſterio toto vitæ ſuæ tempore detrudatur Conc. Aur. diſt 81. c. eod

Qui poſt acceptum ſacrum ordinem lapſus in peccatum carnis fuerit, ſacro ordine ita careat ut ad altaris miniſterium ulterius non accedat. S. Greg. diſt 50. c pervenit.

Non eſt abbreviata manus Domini. Iſa 59. 1.

generalem aliquando pronuntiavit: *Qui poſt acceptum ſacrum Ordinem lapſus in peccatum carnis fuerit, ſacro Ordine ita careat, ut ad Altaris Miniſterium ulteriùs non accedat.*

Tametſi nonniſi minæ pœnæque Divinæ ſuppeterent, numquid illæ abundè ſufficerent, ut cujuſcumque impudicitiæ graviſſimum nobis horrorem incuterent? Annè abbreviatam exiſtimas manum Domini? Tibinè reris parcituram in Lege Nova, quæ in Veteris Miniſtros tam ſeverè animadvertit?

Irritam quis faciens Legem Moyſi, ſine ulla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur; quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & Sanguinem Teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Hebr. 10. 28 29.

MEDITATIO CV.

De incontinentia occulta.

1. Gravitas hujus peccati in Eccleſiaſticis.
2. Quid movere debeat eum, qui in hoc propenſus eſt, ut ſe contineat?
3. Methodus ſe ab eo continendi.

Nolite errare, neque adulteri, neque fornicarii, neque molles regnum Dei poſſidebunt.
1. Cor. 6. 9.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, Eccleſiaſtico non ſufficere, ut penes ſe perſonas infames non habeat, neque ipſe palam ſit ſcandaloſus, quemadmodum plures ſibi perſuadent, multò minorem rati ſuam incontinentiam, dummodò ſcandalum non comitetur. In hac enim crimen ſemper impudicitiæ, ſacrilegii atque adulterii ſu-

Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis. Heb. 10. 31.

ſupereſt; hoccine, te judice, nihil eſt? Prætereà multò magis divini oculi, quam humani reformidandi ſunt. Quòd ſi itaque in vitium hoc inſortunatum propenſus es, ...

PUNCTUM II.

Omnis fornicator aut immundus non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Epheſ. 5. 5.

Momentaneum quod delectat; æternum quod cruciat. S. Pet. Chryſol.

Guſtans guſtavi parum mellis, & ecce morior. 1. Reg. 14. 43.

Fundebant ſemen ſuper terram. Gen. 38. 9. & 10

Tu feciſti abſconditè, ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu ſolis hujus. 2. Reg. 12. 12.

Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. Thren. 4. 5.

Fornicata es cum amatoribus multis; tamen revertere ad me, dicit Dominus, ego ſuſcipiam te. Ierem. 3. 1.

An divitias bonitatis ejus & patientiæ & longanimitatis contemnis? Rom. 2. 4.

Quis miſerebitur incantatori à ſerpente percuſſo, & omnibus qui appropiant beſtiis? Eccl. 12. 13.

Orate ut non intretis in tentationem. Matth. 26. 41.

CONSIDERA, quid movere te debeat, ut ab eo te contineas; præter ea ſiquidem, quæ modò propoſita ſunt, cum peccatum hoc lethiferum ſit, regno Dei nos privat, atque adeò ſuppliciis æternis obnoxios reddit. Quæ commutatio, quâ voluptas momentanea in tormentum commutatur æternum! Hujus ſpecimen exhibiturus quondam Dominus morte repentina percuſſit *Her & Onam, eò quòd rem deteſtabilem faciebant*, inquit Scriptura Gen. 30. 10. Quid? quòd hujuſmodi incontinentiæ non ſemper occultæ deliteſcant; citiùs enim aut ſeriùs, niſi protinùs emendentur, divinitùs proferuntur in publicum. Comites denique remorſum ſemper & ſynderesim habent, quæ conſcientiam in infernum commutant, teſte Bonaventura, ubi & ignis & vermis rodit & fœtor reperitur, atque hîc impletur, quod olim per Prophetam comminatus eſt Dominus: *Ponam eam in poteſtatem Ericii.*

Quod ſi infeliciter quandoque in hoc vitium prolapſus es; nonne funeſtæ hujus experientiæ perhibere poteris teſtimonium? Sed neque hoc ſatis eſt, ſi vitio huic ſive in te ipſo ſive in aliis remedium neſcias adhibere.

PUNCTUM III.

CONSIDERA itaque methodum potiſſimam imprimis eſſe hanc, ut infauſta hæc habitudo tempori rumpatur, conſiderando bonitatem Dei, qui ad pœnitentiam nos expectat, quique tam eſt facilis ut peccata condonet infirmitatis, quam eſt difficilis ut remittat peccata malitiæ. Altera eſt, ut occaſiones quæquè periculoſæ, quæ hoc vitium fovere conſueverunt, e. g. commeſſationes

nes & ebrietates, ſodalitia fœminarum, cantiones laſcivæ, aſpectus inhoneſti, profanarum comediarum, ſimiliumque librorum lectura, ludi & vanitates evitentur atque ad orationem recurratur. Tertia denique, ut caro ſenſuſque mortificentur. Hoc enim remedium eſt, quo adverſus vehementes carnis illecebras, quibus vexabatur, utebatur Apoſtolus:

Caſtigo, inquit, *corpus meum & in ſervitutem redigo.* 1. Cor. 9. 27.

MEDITATIO CVI.

De occaſionibus, quæ vitandæ ſunt Eccleſiaſticis, ad virtutem continentiæ, cui obſtricti ſunt, conſervandam.

1. Vitandæ ſunt occaſiones; quæ verò illæ?
2. Quàm commeſſationes atque ebrietates dedeceant Eccleſiaſticos.
3. Methodus in hac vitia non prolabendi.

Qui amat periculum peribit in eo. Eccl. 3. 27.

Hâc ſententiâ nos edocet Spiritus ſanctus, quòd, ubi de caſtitate agitur, in eo præſertim gradu, cui obſtringimur, acquirenda, procul removendum ſit, quidquid ei quomodocumque adverſatur.

PUNCTUM I.

Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. 1. Theſſ. 5. 22.

Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. 2. Cor. 4. 7.

Cavete omnes ſuſpiciones, & quidquid probabiliter fingi poteſt, ne fingatur, ante devita. S. Hier. ep. ad Nepot.

CONSIDERA, non ſufficere ad caſtitatem, ut omnem omninò impudicitiam quis exhorreat; ſed & quantulaſcumque ejus occaſiones procul eſſe removendas: quemadmodùm enim offuſcando ſpeculi cujuſdam cryſtallo vel unicus halitus; ita & exponendæ periculo Eccleſiaſticorum caſtitati vel minima occaſio ſufficit. Inter omnes verò duæ treſvè potiſſimæ ſunt, e.g. commeſſationes & ebrietates, converſationes ſuſpectæ, otium & ſimilia, quæ proindè majori cum ſollicitudine fugiendæ ſunt.

Digitized by Google

ſunt. Ut autem harum ſingulæ majori te horrore percellant,

PUNCTUM II.

CONSIDERA rationes, ob quas commeſſationes & ebrietates Eccleſiaſticis fugiendæ ſint. Prima eſt, quòd hæ hominem quemque honeſtum, ac proindè magis dedeceant Eccleſiaſticum. Altera, quòd hæ igni concupiſcentiæ quaſi fomenta ſubminiſtrent Undè & Apoſtolus ad Romanos commeſſationibus & ebrietatibus cubilia mox jungit & impudicitias; nitidè verò dicit S. Hieronymus: *Numquam ebrioſum hominem caſtum putabo*. Tertia eſt, quòd hæc vitia ſibi obnoxios contemptibiles reddant, efficiantque in Eccleſiaſtico, ut ex contemptu miniſtri ad ipſius quoque miniſterii contemptum facilè procedatur. Quarta eſt, quòd, cùm ad nihil ſit idoneus hiſce vitiis obnoxius, ad muneris quoque ſui exercitium ineptus reddatur Eccleſiaſticus. Undè & in Veteri Lege miniſterio ſuo functuri Sacerdotes non uxoribus dumtaxat & vino; ſed & omni eo, quod inebriare poterat, abſtinere jubebantur: Nazaræi verò ne ſiccas quidem uvas comedere ſinebantur. Tota denique Scriptura adversùs hæc vitia detonat, præſertim quando in Sacerdotibus aliiſque Eccleſiaſticis reperiuntur.

PUNCTUM III.

CONSIDERA methodum in hæc vitia non prolabendi. Prima eſt, ut, quemadmodùm univerſa Concilia vetant, caupona nunquam adeatur; hìc enim ad hujuſmodi exceſſus paſſim prorumpitur. Undè & in quibuſdam Diœceſibus locorum hujuſmodi introitus ſub pœna Excommunicationis Eccleſiaſticis interdictus eſt. Altera eſt, ut rarò admodùm aut nunquam convivia ſæcularium adeantur; ibi enim limites tempe-

Attendite vobis, ne fortè graventur corda veſtra in crapula & ebrietate. Luc. 21. 34.

Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis. Rom. 13. 13.

Ebrietas & vinum auferunt cor. Oſeë 4. 11.

Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filii tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonii, ne moriamini. Lev. 10. 9.

Quidquid de uva exprimitur, non bibent, uvas recentes ſiccaſque non comedent omnibus diebus, quibus ex voto Domino conſecrantur. Num. 6. 3. Proverb 20. 1 Cor. 5. Eccl. 2. Ecc 31. Oſeë 4. Ier. 3. Iſa. 2. Eccl. 19.

Si quis Clericus in caupona comedens deprehenſus fuerit, ſegregetur, præterquam ſi in publico diverſorio in via, propter neceſſitatem diverterit. Can. Apoſt. 53. diſt. 35. c. ante omnis Concil. Laod. an. 327. can 24. Cart. 3. can. 17. Aquiſ. c. 9. 816 Tur. 3. Aquiſ. can. 8. ann. 129.

Convivia & nimiam Laicorum familiaritatem, multarum offenſionum & ſcandalorum originem debent Clerici in quocumque gradu conſtituti declinare ac fugere. Honeſtatem vero, qua inter Clericos tutius ſalvatur amare. Conc. Aquilei can. de vit. & hon. Cler.

pe-

perantiæ tranſiliendi periculum eſt frequentiſſimum. Tertia eſt, ut ne domi quidem ſuæ convivia inſtituat Eccleſiaſticus, niſi aut hoſpitalitatis aut charitatis aut muneris ejus officium id poſtulare videatur; tùm verò id non fiat citra frugalitatem Clericalem, nemoque ad bibendum umquam provocetur. Quarta denique, ut pro ſua quiſque conditione ſingulos in dies temperatè vivat.

Illum abuſum decernimus penitùs abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſe obligant, & ille judicio talium plus laudatur qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhauſit. Si quis autem ſuper his ſe culpabilem exhibuerit, ſi à ſuperiore commonitus non ſatisfecerit competenter, ab officio, vel beneficio ſuſpendatur. Concil. Lat. ſub Innoc. III. can. 15. ann. 1215.

Vide, nùm & tu aliquando in hæc vitia prolapſus fueris: expende horum abjectionem, poſtula veniam, methodum aſſume jam præſcriptam, quâ aſpirante Dei gratiâ te deinceps ab eiſdem præſerves, memor illius, quod ſemel monuit Apoſtolus Petrus, quodque ſingulos in dies in officio ſuo Eccleſia repetit:

Fratres, ſobrii eſtote & vigilate. 1. Pet. 5.8.

MEDITATIO CVII.

De frequentatione mulierum Eccleſiaſticis fugienda.

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſticis procul ab omni mulierum conſortio degendum eſt.
2. Quantâ hac in re ſeveritate & Concilia & ſancti Patres utantur.
3. Excuſationes refutatæ.

Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine. Job.31.1.

Hoc omnibus Eccleſiaſticis decernendum, ſi caſtè vivere velint.

PUNCTUM I.

Conſidera rationes, ob quas Eccleſiaſticis procul ab omni mulierum conſortio degendum eſt. Prima eſt, quòd caſtè vivere Eccleſiaſticis non ſufficiat; ſed omnem ſiniſtræ ſuſpicionis occaſionem removeri oporteat;

Impudenter ſe aſſuunt virginibus ſacris aut viduis, quibus tanto agglutinantur affectu, ut facilius ab Eccleſia, quod dictu quoque nefas eſt, quam ab earum contubernio-

[illegible] Quietſi cum illis fortè non peccent; tamen malæ ſuſpicionis de ſe præbendo materiam, vitam ſuam maculis ſiniſtræ opinionis infamant. S. Proſp. l. 2. de vit. Act. 4.

Nemini dantes ullam offenſionem. 2. Cor. 6. 3.

Inter omnia Chriſtianorum certamina, ſola ſunt dura caſtitatis prælia; ubi rara victoria. S. Aug. de honor. mul. S. Chryſ. hom. 2. c. 19. Hier. ep. ad Ocean. 12. q. 1. cui portio.

Sicut de veſtimentis procedit tinea; ſic à muliere iniquitas. Eccl. 42. 13.

Ne cum ſpiritu cœperitis, carne conſummemini. Gal. 3. Eliber. can. 25. Carth. 1. an. 345. Carth. 2. can. 48. Andeg. can. 5. Turon. can. 3. an. 946. Agath. can. 10. Aurel. 1. can. 31. Hiſpalenſ. can. 3. diſt. 20. c. de libellis.

Clerici ad viduas vel virgines, niſi juſſu vel permiſſu Epiſcopi aut Presbyteri non accedant, & hoc non ſoli faciant, ſed cum Clericis, vel cum his cum quibus juſſerit Epiſcopus vel Presbyter. Carth. 3. can. 52.

B. Aug. nec cum ſorore habitare conſenſit, dicens: quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt: docti ergo viri cautela, magna debet nobis eſſe inſtructio. S. Greg. l. 2. Ep. 39.

Ne in præterita caſtitate confidas.

tent; quòd ſi itaque famam ſuam ſervare illibatam, ſi honorem ſuum zelare debeant, debent profectò hac in re, ubi tam facilè periclitatur.

Altera eſt, quòd qualiſcumque ſit mulier, quacum moratur aut converſatur familiariter Eccleſiaſticus, periculoſiſſima ei ſemper occaſio ſit, cui cùm remedium non ſuppetat, quod conjugibus, tentationes contra caſtitatem plùs negotii faceſſunt, uti & naturæ corruptio & ſexûs infirmitas: *Quid eſt enim mulier*, quærunt SS. Patres, *niſi notorium malum, naturalis tentatio, domeſticum periculum, janua diaboli, ſcorpionis percuſſio?*

Tertia eſt, quòd, tametſi hujuſmodi frequentationes ſpiritu cœperint, carne ſæpiùs conſummentur.

PUNCTUM II.

CONSIDERA nunc, an hanc mulierum frequentationem in Conciliis ſuis Eccleſia immeritò prohibuerit Eccleſiaſticis? Quoad cohabitationem: '*Nemo Clericorum*,' inquit S. Clemens, *cum extranea fœmina habitet, niſi proxima fuerit*, id eſt, ut Concilium Nicænum interpretatur, mater aut avia, aut ſoror aut amita aut matertera. Quod verò ad viſitationem attinet, omnem omninò citra neceſſitatem interdicunt, uti & eam, quæ citra comitem; neque enim aliter Sancti quicumque mulieres viſitarunt. Quid? quod & aſpectum earum iniquè ferant; nihil enim in hoc ſexu Eccleſiaſticis periculoſum non eſt. Undè & veritatem hanc abundè perſpectam habens S. Auguſtinus ne cum ſorore quidem habitare conſenſit: non quòd conſanguineæ tam propinquæ cohabitare ſuſpicionem queat ſiniſtram ingenerare: ſed quòd ſorores itidem non ſint, à quibus eam viſitari contingit.

Ecquid modò in medium proferes, quo hanc mulierum cohabitationem, converſationem re-

fa-

Digitized by Google

familiariorem excuſare queas, quam toties Concilia prohibuêre, quam praxis ſententiaque Sanctorum Patrum damnavêre, qui integra conſcripsêre volumina *De vitando ſuſpecto mulierum conſortio?*

PUNCTUM III.

AT cum proba forſan muliere converſaris, diuturnâ inſuper experientiâ tuam ipſius caſtitatem probâviſti. Sit ita: *Numquid fortior Sampſone*, quærit Hieronymus, *aut Davide ſanctior aut Salomone poteris eſſe ſapientior?* Tam provecta ætate eſt, ut nihil omninò ſiniſtræ opinionis indè poſſit oriri. *Et in hoc*, inquit Cyprianus, *magis illicitè delinquitur, ubi ſine ſuſpicione ſecurum poteſt eſſe delictum.* Omninò, inquis, mihi neceſſaria eſt. Tametſi tam foret neceſſaria, quàm dextra tua aut oculi tui, procul abjicienda, ſi ſiniſtræ ſuſpicionis occaſionem aliis præbeat.

Memento ſemper, quòd paradyſi colonum de poſſeſſione ſua mulier ejecit. S. Hier. Ep. ad Nep.

Si oculus tuus dexter, ſi pes, ſi manus tua ſcandalizat te, erue eam, & projice abs te. Mat. 5.29

Hoſpitiolum tuum aut rarò aut numquam mulierum pedes terant. Omnes puellas & virgines Chriſti aut æqualiter ignora aut æqualiter dilige, ne ſub eodem tecto manſeris. S. Hier. Ep. ad Nepot.

VIDE, quid huc uſque familiaritatis aut communionis te inter atque hujuſmodi perſonas interceſſerit. Ne in comperta caſtitate confidas: Vigila ſemper: decerne, nullam deinceps mulierem, qualemcumque tandem, penes te detinere, aut citra neceſſitatem viſitare: cogita caſtitatem eſſe theſaurum, ſed quem in vaſis fictilibus circumferimus:

Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. 2.Cor.4.7. Id eſt, in corporibus noſtris, quæ vel minima concuſſione franguntur. Quòd ſi quempiam confratrum tuorum huic periculo expoſitum noveris, hanc ei veritatem perſuadere contende: *Quis enim poteſt ambulare ſuper prunas, & non comburentur plantæ ejus?* Proverb. 6.28.

Digitized by Google

MEDITATIO CVIII.

DE OTIO ECCLESIASTICIS FUGIENDO,

Tamquam caſtitatis & continentiæ Clericalis peſtilentiâ.

1. Rationes, ob quas otium Eccleſiaſticis fugiendum.
2. Otium triplex.
3. Methodus hujus fugiendi.

Multam malitiam docuit otioſitas. Eccli. 33. 29.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas otium Eccleſiaſticis fugiendum. Prima eſt, quòd primum malorum omnium quæ docet producitque, impudicitia ſit; nihil enim faciendo maleſacere diſcimus: atque hoc eſt, quod *Spiritus* ſanctus nobis ſignificatum voluit, cum Sodomæ iniquitatem ejus otio aſſcripſit. Altera eſt, quòd vitium hoc cum conditione Eccleſiaſticorum è diametro pugnet; hiſce ſiquidem Salvator dixit: *Ego poſui vos, ut eatis & fructum afferatis.* Joan. 15. 16. Nemo ſanè it, niſi loco moveatur: nemo fructum carpit, niſi multùm ante laboraverit, quorum neutrum otioſorum eſt.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, tripliciter quempiam otiari poſſe, aut malum imprimis faciendo, quod ab omnibus reprobatur, aut nihil omninò faciendo, quod non niſi paucis admodùm probatum eſt & multis nihilominùs Eccleſiaſticis familiare eſt, quorum alios lapides terere, alios è feneſtra proſpicere, alios denique commodè eo tempore ambulare videmus, non ſine grandi Eccleſiæ ſcandalo, quo alii labori incumbunt, ſudore diffluunt. Tertio denique modo otiari quis poteſt, aliud agendo quàm agere debeat; atque

Fugienda otioſitas, mater nugarum, noverca virtutum: S. Bern. l. 31. de conſid. c. 13.

Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſaturitas panis, & otium filiarum ejus. Ezechiël. 16. 49.

Illud unuſquiſque Clericus ſæpe repetat, ſe non ad inertiam atque ignaviam, ſed ad ſpiritalis & Eccleſiaſticæ militiæ labores vocatum eſſe. Act. Med p. 1. l. 4. tit. de vit. & honeſt. Cl.

Labora ſicut bonus miles. 2. Tim. 2. 3.

Turpiſſima eſt temporis jactura quæ per negligentiam fit, & ſi volueris attendere, magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Senec. Epiſt. 2.

In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua, prodiit quaſi ex adipe iniquitas eo-

que is eſt, ſuper quo præſertim examinare ſe debent Eccleſiaſtici, qui poſtquam Breviarium recitârint, quidlibet ſibi licere exiſtimant, e. g. venationem, ludum, aliamque quamvis occupationem non Eccleſiaſticam, quâ, ut ipſi loquuntur, tempus fallunt, promovendo lites, rei ruſticæ curam gerendo, libros profanos aut legendo aut componendo atque hiſce ſimilia faciendo.

rum. Pſal. 72. 5. & ſeq.

Meminiſſe debent Clerici, non aliunde Clericalis ordinis dignitatem fuiſſe graviùs offenſam, quàm à nimia Laicorum familiaritate; illi enim ut honeſtè de his, quæ honeſti ſpeciem præ ſe ferunt, ſentire ſolent; ita ſi honeſtum illud quod comprehenderant, aſſidua tractatione repetunt, parvipendere, & quos imperfectiores norunt, contemnere ſolent. Concil. Aquil. cap. 11, de vit. & hon. Cler.

EHEU! quàm multi hujuſce generis otioſi ſunt! Vide an eorum albo & tu inſcribendus non ſis. Quod otium ſublaturus

PUNCTUM III.

FIRMITER tibi perſuadeas, quiſcumque ſis, ſi Eccleſiaſticus es, non ſatis eſſe, ut quotidianum Breviarii penſum perſolvas aut ſi Sacerdos, ut pro tua devotione Miſſam celebres, ratus, reliquam diei partem negotiis jam dictis pro libitu tibi licere impendere; at verò aliud à te exigere Deum, qui non tibi ſoli; ſed & aliis profuturum ordinis talentum impertivit. Neque verò temetipſum excuſes dicaſque, non incumbere tibi animarum onus, teque nulli aſſcriptum Eccleſię; nullius enim peculiaris Eccleſiæ demandatam novimus Apoſtolo provinciam & tamen dicit: *Væ mihi, ſi non Evangelizavero, neceſſitas enim mihi incumbit.* 1. Cor. 9. 16. Quod ſi prædicare non potes, anne ſaltem cathechizare non potes, aut confeſſiones excipere, aut rudiores inſtruere, aut hoſpitalia viſitare, aut ægros conſolari, aut aliter bonum potiùs præbere exemplum, quàm rebus innumeris & inutilibus & pernicioſis temetipſum impendere? At verò cum hujuſmodi occupationes aſſiduæ eſſe non poſſint, altera methodus eſt, ut diem diſpertiare, quodque ſingulas in horas perficias, ex prudentioris cujuſquam conſilio ſtatuas, ſtatuas, inquam, quo tempore ores, quo legas, quo corpus paſ-

Religio munda & immaculata apud Deum & patrem, hac eſt: viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Iac. 1. 27.

Milites in illis bonam militiam. 1. Tim. 1. 18.

Nunc lege, nunc ora, nunc cum fervore labora; ſic erit hora brevis, ſic labor ille levis.

Digitized by Google

paſcas & relaxatione reficias, quo manibus opereris; hoc equidem S. Ambroſii conſilium eſt.

Hoc itaque utere, ut, quam debes, ſerves continentiam, cui otium juratus eſt hoſtis, utque tempus redimas, quod tam malè fortè dilapidaſti. *Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.* Epheſ. 5. 16.

MEDITATIO CIX.

De secundo gradu Castitatis, *Qui eſt, ut ſingulari in hanc virtutem quis feratur affectu.*

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſticis omnis opera impendenda, ut hanc virtutem acquirant conſerventque.
2. Quæ notæ, ex quibus ſingularis erga hanc virtutem dignoſcitur affectus.

Obſecro vos, inquit Apoſtolus, *ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.* Rom. 12. 1.

PUNCTUM I.

Hæc eſt virtus, ſine qua quis factus eſt omnium reus, quæ nos Deo commendat, quæ nos Angelos facit, & ſine qua vaſa Dei ferre non poſſumus. S. Aug. ſer. 27. ad frat.

Flos eſt ille Eccleſiaſtici germinis, decus atque ornamentum gratiæ ſpiritualis, Dei imago reſpondens ad ſanctimoniam Domini, illuſtrior portio gregis Chriſti. Cypr. de diſc. Virg.

Nunquid ignoras Dei Filium adeò carnis elegiſſe munditiam, ut ne quidem de pudicitia conjugali, ſed de clauſula po-

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſiaſticis omnis opera impendenda eſt, ut excellentem hanc virtutem caſtitatis acquirant conſerventque. Prima eſt, quòd multa bona in animam invehat, mentem reddat liberiorem divinique luminis capaciorem, magnam cordi afferat tranquillitatem, multumque conducat ad cæteras virtutes acquirendas. Altera eſt, quòd ad Dei gloriam maximopere faciat; utpote cum votum caſtitatis ſacrificium ſit, quod ſummum ei honorem deferat, quoque non animantium; ſed noſtra ipſorum corpora offerimus, *hoſtiam*, inquam, *viventem, ſanctam, Deo placentem*, ut S. Apoſtolus loquitur, ut hanc inter & hoſtiam veteris legis diſcrimen inſinuet, quâ caro mor-

Digitized by Google

mortua beſtiarum offerebatur, nonniſi externâ atque typicâ ſanctitate præfulgens. Tertia eſt, quòd hæc virtus præ cæteris omnibus Salvatori arrideat; quod vel ex eo pateſcit, quòd natus de Virgine Patre eligens & Virginem matrem, ignotum antea hunc florem caſtitatis ſeminaverit, velut grandem perfectionem verbis extulerit, per ſe, per matrem ſuam, per Eccleſiaſticos, quos caſtos eſſe deſiderat, per Eccleſiam ſuam, quam Patri ſuo offert non habentem maculam neque rugam, honoraverit;

Nonne virtus hæc amabilis eſt, cum ex corpore noſtro ſacrificium efficiat, cum Deo Salvatori noſtro Jesu Christo pergratos reddat, ejuſque ſanctæque Matri ejus ſancto fœdere jungat?

PUNCTUM II.

Considera notas, è quibus ſincerus erga virtutem caſtitatis affectus dignoſcitur. Prima eſt, eaque præcipua, ſi diligenter cordi noſtro invigilemus, atque adeò viſum avertamus ab iis omnibus, quæ vel minimam nobis tentationis occaſionem ſubminiſtrare poſſunt; quantulacumque ſiquidem curioſitas magno ſæpiùs nos periculo exponit. Altera eſt, ſi occaſiones quaſcumque, quas nobis experti ſumus periculoſas, evitemus. Tertia eſt, ſi nec manum cujuſquam nec vultum attingamus, nec ſimilem noſtri attactum permittamus. Quarta eſt, ſi neque noſipſos nec alios niſi grandi urgente neceſſitate & comite circumſpectione aſpiciamus. Poſtrema eſt, ſi tentationibus quibuſque atque commotionibus, quantumcumque levibus, quantocyùs reſiſtamus, quemadmodum ſcintillam ignis, quæ noſtram forte in manum decidit, mox excutimus.

Examina te ſuper notis hiſce, & vide, num hoc caſtitatis amore reverà inflammeris, ac in corpore mundo cor immundum impurumque deſideria non aliquando delituerint. Animadverte,

...tiùs incarnatus ſit virginali? Et ne hoc ſufficere videatur, ut tantummodò virgo ſit mater, Eccleſiæ fides eſt, quòd virgo fuerit & is, qui ſimulatus eſt Pater. Si igitur Redemptor noſter tantoperè dilexit floridi pudoris integritatem, ut non modò de virgineo utero naſceretur, ſed etiam à nutritio virgine tractaretur, & hoc cum adhuc parvulus vagiret in cunis, à quibus nunc obſecro tractari vult corpus ſuum, cùm jam immenſus regnat in cælis? Si mundis attingi manibus volebat in præſepio poſitus; quantam corpori ſuo nunc vult adeſſe munditiam, jam in paterna majeſtatis gloria ſublimatum? Pet. Dam. opuſc. 7. de cælibat. ſac. c. 3.

O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate; immortalis enim eſt memoria ejus, quoniam apud Deum nota eſt, & apud homines. Sap. 4. 1.

Omni cuſtodia ſerva cor tuum, ex ipſo enim vita procedit. Proverb. 4. 23.

Averte oculos meos, ne videant vanitatem. Pſ. 118. 37.

Oculus meus deprædatus eſt animam meam. Thren 3. 51.

Cum fœmina frequenter eſſe & fœminam non tangere, nonne plus eſt quàm mortuum ſuſcitare? Quod minus eſt, non potes. Quod majus eſt, vis tibi credam? Semper

verte, quod dico; neque enim voto caſtitatis corpus dumtaxat, ſed & cor Deo conſecratum eſt.

Latus tuum ad latus mulieris in menſa, oculi tui ad oculos ejus in colloquio, manus tua ad manus ejus in opere & continens vis putari? Eſto ita ſit, ſcandalum tu mihi es, ſcandalizas Eccleſiam Dei. Scriptum eſt autem: væ homini illi per quem ſcandalum venit. S. Bern. ſerm. 61. in Cant.

Omnis autem qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Matth. 5. 28.

✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣

MEDITATIO CX.

De mediis, quibus caſtitas & acquiritur & conſervatur.

1. Oratio.
2. Humilitas.
3. Divina præſentia.

Nemo poteſt eſſe continens, niſi Deus det; & hoc ipſum ſcire, donum Dei eſt. Sap. 8. 21.

PUNCTUM I.

Et idcircò adii Dominum, & deprecatus ſum illum, dixi ex totis præcordiis meis: Deus Patrum noſtrorum, &c. Sap. 8. 21.

Inter hæc media ad obtinendam caſtitatem, imò, & ante hæc omnia, de divinis caſtris auxilium petendum eſt. San. Cypr. de l. bono pudic.

Charitas Deus meus accende me: continentiam jubes, da quod jubes, & jube quod vis. S. Auguſt. lib. 10. Conf. c. 18.

CONSIDERA, Spiritum ſanctum hiſce verbis nos edocere, quòd primum mediorum ad acquirendam caſtitatem conducibilium ſit oratio, cùm Deus dare non ſoleat niſi rogatus: *Petite & accipietis.* Joan. 16. 24. Ratio verò eſt, ut deſperantes penitùs de nobis ipſis, à gratia ejus toti pendeamus. Hoc remedium, quo adversùs vehementes, quibus invadebatur, tentationes utebatur Apoſtolus, quoque gratiam divinitùs impetrabat, quâ ſi non penitùs abgendis, at certè non citrà meritum his reſiſtendo par erat. *Propter quod*, inquit, *ter Dominum rogâvi*, id eſt, ſæpè ſæpiùs. 2. Cor. 12. 8.

Hæccine tibi veritas antè perſpecta eſt, quòd continentia Dei donum ſit? Hanccine unquam popoſciſti? Annè ad preces recurriſti, ſimulatque tentationem perſenſiſti? Hoc tamen tibi ſit azylum neceſſe eſt.

PUNCTUM II.

Si vel caſtitatem humilitas deſerat, vel humilitatem caſtitas relin-

ALiud medium ad caſtitatem ſervandam idoneum eſt humilitas, quia *virginitatem cùm non*

non poteſt libido, inquiunt SS. PP. ***ſolet impugnare ſuperbia***, quâ fit, ut quaſi in gratia quis foret confirmatus, nihilque eſſet quod vereretur, periculoſis ſæpè occaſionibus ſe exponat, ſuſpectam non metuat familiaritatem, liberiori oculo quævis aſpiciat atque adeò ſenſim ſine ſenſu in malum corruat.

quæ apud authorem humilitatis quid prævalet vel ſuperba caſtitas vel humilitas inquinata? S.Greg. l.21.Mor.c.8.

Niſi antea fundata ſit humilitas vera, nullus poterit vitii unquam triumphus acquiri. Caſſian. lib. 6 Inſtit. c.1.

Quòd ſi itaque hoc præcipitium effugere cupias, opinioni iſti, quam de viribus tuis concepiſti, humilitatem oppone, quæ omnium virtutum cuſtos eſt, & quæcumque bona propoſita cumulaveris, ſemper tamen tibi ipſi diffide, memor utique, quòd vel peccata priora vel præſentem noſtram ſuperbiam puniturus Deus, carnales ſæpe tentationes nobis ſuboriri permittat; propterea ſiquidem ***tradidit illos Deus***, de quibus Apoſtolus ad Rom. 1. 24. ***in deſideria cordis, in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis.*** Si uſque huc tentationibus non ſuccubueris, gratia Dei eſt quæ te ſuſtinuit; at verò quis certum te reddat, quòd eam tibi continuaturus ſit? Tune S. Jacobo Eremitâ ſanctior, qui poſt ductam triginta annos vitam Angelicam, poſt tot miracula tam fœdè lapſus eſt, ut mundum univerſum horrore perculerit?

Hic monitor Paulo datus eſt ad premendam ſuperbiam, ut in curru triumphali, triumphanti datur monitor ſuggerens: hominem te eſſe memento. S. Hier. Ep. 25. ad Avilam.

PUNCTUM III.

TERTIUM medium caſtitati ſervandæ idoneum, ut cum hac noſtri ipſorum diffidentia atque in Deo confidentia, ejus quoque præſentiam nobis familiarem reddamus, erga Sacro-ſanctum Euchariſtiæ Sacramentum & Domini noſtri JESU CHRISTI humanitatem magna feramur devotione, erga Divam verò Virginem filiali amore, cor & corpus noſtrum ſæpiùs ei commendantes; quamdiu enim tam firmis baſibus innitemur, nunquam profectò corruemus.

Memoria Dei excludit omnia peccata. S. Hier.

In Deo ſperavi, non timebo quid faciat mihi homo. Pſalm. 55. 11.

Cùm ceciderit, non collidetur; Dominus enim ſupponit manum ſuam. Pſalm. 36. 24.

AGE gratias Deo, quòd tot tantaque media tibi præſtiterit, quibus ſanctum te corpore &

Digitized by Google

ſpiritu coram oculis ejus conſerves, & proco-ferventi conclude: ut, cùm caſtitatem, quam voviſti, inviolatam ſervari velit, gratiam quoque ad hoc neceſſariam adjicere dignetur, dicens cum Auguſtino. *Continentiam jubes Domine, da quod jubes & jube quod vis.*

MEDITATIO CXI.

De medio ultimo ad acquirendam ſervandamque Caſtitatem idoneo, Id eſt, mortificatione ſenſuum.

1. Neceſſitas mortificationis Eccleſiaſticis incumbens.
2. In quo conſiſtat hæc mortificatio.

Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, concupiſcentiam malam.

PUNCTUM I.

Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Mat. 11. 12.
Omnis in illud vim facit. Luc. 16. 16.
Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. 1. Cor. 9. 25.
Aſcendit mors per feneſtras. Ier. 9. 21.

CONSIDERA ad ſervandam Caſtitatem eſſe neceſſariam Eccleſiaſticis mortificationem. Prima ratio eſt, quòd nulla virtus citra moleſtiam acquiratur, uti & Salvator in Evangelio & verbis jam citatis ſimul & exemplo ſuo nos docet Apoſtolus. Altera eſt quòd ſenſus exteriores quaſi januæ ſint, quibus voluptas carnalis ad nos ſubintrat, quas proinde niſi probè obſeraverimus, quid niſi funeſtos expectemus eventus?

PUNCTUM II.

Venter enim mero æſtuans deſpumat in libidinem. Hier.
Sine Cerere & Baccho friget Venus. Nam quæ in deliciis eſt vivens mortua eſt. 1. Tim. 5. 6.
Deponite turpem ſer-

CONSIDERA, qua in re potiſſimum mortificare ſe debeant Eccleſiaſtici, ut theſaurum hunc caſtitatis inviolatum cuſtodiant. Mortificandi generatim ſunt ſenſus omnes, non excedendum imprimis in cibo potuve ſumendo, nec cibis veſcendum delicatioribus, nec iis, qui libi-

di-

dinem provocent; à verbis non modò inhoneſtis aut æquivocis abſtinendum eſt, ſed & quantulùmcumque dedecentibus, ludicris, ridiculis, nugatoriis.

Præterea quod ad viſum attinet, cùm perſonis alterius ſexûs loquendum eſt, nunquam fixis oculis aut in faciem aſpiciendæ ſunt: nec domi noſtræ, nec alienæ, ubi noſtra viget authoritas, pictura parum honeſta relinquenda eſt: profanarum lectio comœdiarum nec nobis nec aliis indulgenda, ſed neque librorum quorumdam Medicorum, qui agunt de Anatomia; immò verò nec Caſuiſtæ legendi ſunt, ubi agunt de Matrimonio, niſi magna cum circumſpectione, niſi implorato prius Divino auxilio, excitatâque adverſus futuras forte commotiones imaginationeſve diſplicentiâ. Vitandæ verò præ omnibus choreæ atque Comœdiæ, eoque loci, quo reſidemus, quoquo modo arcendæ, ob extremum periculum, quod ab aſpectu concurrentium illuc fœminarum, à ſermonibus ibidem miſceri conſuetis, ab imaginationibus, quas res atque perſonæ iſtic repræſentatæ menti imprimunt, formidandum eſt. Hinc enim eſt, ut Theatra impudicitiæ conſiſtoria Tertullianus appellet: Hieronymus verò nunquam ſe crediturum affirmet ei, qui hujuſmodi ſpectaculis incorruptum ſe exiiſſe gloriaretur. Quoad auditum denique, verbum nunquam quantulumcumque inhoneſtum audiendum eſt, cujus diſplicentia non illicò oſtendatur, cujuſque prolator non ſuaviter deinde, aut, ſi opus eſt, non ſine acrimonia atque indignatione mox corripiatur.

Vide modò, quî in ſenſuum tuorum cuſtodia te geſſeris; quantum enim his adhibuiſti mortificationis, tantum habuiſti & caſtitatis. Quomodò os tuum, oculos, manus, linguam, aures tuas refrenaſti? Siquid defuerit, ingemiſce, Deumque rogita deinceps cum Propheta: *Averte*

...monem de ore veſtro. Col. 3 8.

Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. Ep. 4 29.

Omnis immunditia nec nominetur in vobis, aut turpitudo, aut ſtultiloquium. Eph. 5. 3.

Profana & vaniloquia devita. 2. Tim. 2. 16.

Quippe animum ipſum ferit ac commovet, non impudica tantùm, ſed etiam pudica mulieris oculus. S. Chryſ. lib. 6. de Sacerd c. 6.

Ab omnibus, quæcumque ad aurium & oculorum pertinent illecebras, unde animi vigor emolliri poſſe credatur, quod de aliquibus generibus muſicorum aliiſque nonnullis rebus ſentire poteſt, Dei Sacerdotes abſtinere debent, quia per aurium oculorumque illecebras vitiorum turba ingredi ſolet: Hiſtrionum quoque turpium & obſcenorum inſolentias locorum omnino effugere, cæteriſque fugiendas prædicare debent. Conc. Tur 3. ſub Leon. III. an. 811. can 7. *Idem ſtatuitur in* Conc. Aquiſ. can. 83. Carth. 9. can. 11. Venet. ann. 453. can. 11. Agath. can. 29. Brach. 2 can. 59. Later. ſub Innoc. III. can. 5.

Sepi aures tuas ſpinis. Eccli. 28. 28.

te oculos meos, ne videant vanitatem. Pone Domine cuſtodiam ori meo. Pſal. 140. 3. & 118. 37. Atque ita de cæteris ſenſibus, quos ideo JESU CHRISTO ſanctificandos offeres.

Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem: itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit Spiritum ſuum ſanctum in nobis. 1. Theſ. 4. 7. & 8.

ME-

MEDITATIONUM DE VITA ECCLESIASTICA PARS QUINTA,

UBI AGITUR DE DIACONATU,

De meritis ejus, muniis atque virtutibus.

MEDITATIO CXII.

De excellentia Diaconatûs deducta à materia ejus & forma principali.

1. Quibus ceremoniis in Diaconatu utatur Epiſcopus?
2. Quid ſignificet impoſitio manuum, quæ eſt principalis ejus materia.
3. Quid hæc verba: *Accipite Spiritum Sanctum*, quæ eſt forma ejus principalis.

Orantes impoſuerunt eis manus. Act. 6. 6.

Hoc eſt, quod in primorum Diaconorum ordinatione agebatur, quodque agitur etiamnum; hoc tamen diſcrimine, quòd tum non eſſet niſi una materia, unaque forma, nunc autem duplex; manuum ſiquidem impoſitioni Librum inſuper Evangeliorum adjunxit Eccleſia, ut per illam poteſtas innuatur, quam in Corpus Chriſti naturale Diaconus accipit, per hunc verò, quam in Corpus Myſticum.

Poſtulat ſancta mater Eccleſia, ut hos præſẽtes Subdiaconos ad onus Diaconi ordinetis. Commune votum, communis oratio proſequatur, ut hi totius Eccleſiæ prece qui ad miniſterium præparantur, Levitica benedictionis ordine clareſcant, & ſpiritali converſatione præfulgentes gratiâ ſanctificationis eluceant. Pont.

Pontificia manus impoſitio, ſimul quidem manifeſtat ſacramentalem protectionem, qua tanquam ſancti pueri pater-

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd poſtquam Diaconis obligationem non unam propoſuit Epiſcopus, quam ordinem hunc ſuſcipiendo contrahunt, poſtquam & virtutes adjunxit, quibus eos eſſe

Digitized by Google

na adeptione ſpectant, quæ quidem ſacerdotalem det eis habitum & virtutem, contrarias autem poteſtates ab eis expellat. Docet etiam omnes functiones ſacri ordinis obire eos, qui conſecrati ſunt ut ſub Deo agentes, eumque omnium ſuarum actionum ducem habentes, in omni operis inſtitutione, &c. S. Dioni Eccleſ. Hier.

eſſe ornatos oportuit, poſtquam populi requiſivit approbationem atque univerſę Eccleſiæ hanc ob cauſam preces impendit, manum dexteram ſingulorum capitibus imponendo: *Accipe*, inquit, *Spiritum ſanctum ad robur. Ad reſiſtendum diabolo & tentationibus ejus.* Ut verò ordinis hujuſce excellentia ex ceremoniarum ejus ſanctimonia cognoſcatur,

PUNCTUM II.

Conſidera, quid harum potiſſima, id eſt, manuum impoſitio ſignificet. Significat imprimis, quòd Diaconus ſingulari Dei protectioni, favori atque cuſtodiæ commiſſus ſit. Deindè quòd Spiritu Divino ſe in omnibus dirigere atque humiliare ſe ſub potenti manu Dei debeat. Tertiò quòd, ſi fideliter muneri ſuo ſatisfaciat, à quo eadem laborum ſuorum mercedem exſpectare debeat; ſin autem, ſeveriſſimam ultionem. Denique quòd, quemadmodùm immolandæ quondam victimæ manûs imponebantur, ita & ipſe viva ſit quodammodò victima cum corpore & anima & tempore & labore Divino cultui obſequioque conſecranda. Quanta myſteria ſub cæremonia tantilla delitescunt!

Vide, nùm omnes haſce ſignificationes tu adimpleas, nùm in ſpiritu vivas Sacrificii Holocauſtique ſempiterni, nùm talis ſis, qualem eſſe te jubet Epiſcopus, id eſt, *nitidus, purus, caſtus, mundus, ſicut decet Miniſtros Chriſti.* Qualis ut magis eſſe ſatagas,

PUNCTUM III.

Conſidera, hanc ob cauſam te Spiritum ſanctum accepiſſe, cum Ordinato dixit Epiſcopus: *Accipe Spiritum ſanctum ad robur.* Hiſce ſiquidem verbis, præter gratiam ſanctificantem atque habitualem, omnibus communem Sacramentis, præter gratiam ſacramentalem illi annexam, ut arctiùs ſervetur cælibatus, muniaque

quo Diaconatûs digniùs obeantur, ipſe Spiritus ſanctus realiter ac ſubſtantialiter impertitur, ut in anima Diaconi æternùm commoretur, non eo tantùm modo, quo per immenſitatem ſuam ubique eſt, ſed modo quodam ſingulari, ut operetur in eo producatque actiones, quarum ei exercendarum poteſtatem largitus eſt; hujus ſanè veritatis Scripturæ ſacræ loco non uno nobis fidem faciunt.

Aug. ſer. 75. de temp. S. Leo ſerm. 2. Pont. S. Thomas 1. q. 38. a. 1. & q. 33. a. 3.

Deduc indè, quantam Deo injuriam irrogent, qui Ordinibus initiati corpus proſtituunt, in quo perſonaliter reſidet Spiritus ſanctus, quique animam ſuam carnis ſordibus inquinant. Cave, cave, ne Spiritum hunc Divinum in te extinguas.

Quia comminiſtri & cooperatores eſtis Corporis & Sanguinis Domini, eſtote ab omni illecebra carnis alieni, cogitate Beatum Stephanum, merito præcipuè caſtitatis ab Apoſtolis ad officium iſtud electum. Pont.

Spiritum nolite extinguere. 1. Theſſ. 5. 19.

Immò verò cave, ne hunc vel contriſtes. Contriſtabis autem, ſi vel minimâ creaturis quibuſcumque affectione inhæreas.

Nolite contriſtare Spiritum ſanctum. Eph. 4. 30.

MEDITATIO CXIII.

Excellentia Diaconatûs, quatenùs Levitis confertur Teſtamenti *Veteris, quibus in Eccleſia Diaconi ſucceſſere.*

1. Eccur Diaconi Levitarum Succeſſores dicti ſint? Hos inter & iſtos ſimilitudo.
2. Horum inter & illorum miniſteria diſcrimen.
3. Atque adeò diſcrimen, quod horum inter & illorum virtutes intercedere debet.

Tuli Levitas de medio populi, ut ſerviant mihi in tabernaculo. Num. 8. 18. & 19.

Ita Deus familiæ Levi, quam ad Altaris Miniſterium ſpeciatim elegerat, præfigurans utique, quod in perſona Diaconorum aliquando complendum erat, quos veterum Levitarum filios ac ſucceſſores Eccleſia nuncupat.

Vos qui ab hæreditate paterna nomen accipitis. Pont.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, cur Diaconi Levitarum ſucceſſores dicti ſint. Ob nominis imprimis communionem: Quòd ſi enim juxta Pa-

Tribum Levi noli numerare, neque pones ſummam eorum cum filiis Iſraël: ſed conſtitues ſuper Tabernaculum teſti-

monii, & cuncta vaſa ejus, & quidquid ad cæremonias pertinet. Numer, 1. 49. & 50.

Patrum interpretationem, *Levi* idem ſit quod *aſſumptus vel appoſitus*, de numero quoque Clericorum aſſumpti ſunt Diaconi, ut Ordinum Hierarchicorum reddantur participes, regendiſque animabus conſecrentur. Deinde quòd perſimilia ſint horum atque illorum miniſteria, ut vel ideò Diaconis dicat Eccleſia: *Quorum nomen & officium tenetis.* Quemadmodùm enim præcipua Levitarum munia, portare imprimis Arcam fœderis cum omnibus utenſilibus vaſiſque Tabernaculi, vigilare inſuper in templo atque excubare, Sacerdotibus ſacrificantibus miniſtrare, & populo nomine Dei benedicere; ita & Diaconorum eſt, ſacroſanctam, quam Arca repræſentabat, Euchariſtiam portare ac diſtribuere, Sacerdoti ſeu celebranti ſeu Sacramenta adminiſtranti aſſiſtere, populo denique tum publicis, quas offerunt precibus, tum verbis illis; *Dominus vobiſcum*, quæ in ore illorum Eccleſia collocat, benedicere.

PUNCTUM II.

Deus non ex genere carnis & ſanguinis, ſicut erat primum ſecundum ordinem Aaron, ſed ſicut oportebat in teſtamento novo, ubi ſecundum ordinem Melchiſedech, ſummus Sacerdos eſt Chriſtus, pro cujuſque merito, quod in eo divina gratia contulerit, Levitas & ſacerdotes erigit. S. Aug.

CONSIDERA, quòd licet non una ſit Levitarum inter & Diaconorum Ordinem ſimilitudo; hi tamen in Novo Teſtamento multò illos antecellant, ac imprimis idcircò quòd Levitæ olim ad munia tam ſancta ſucceſſione pertingerent; Diaconi verò electione: illi via carnis & ſanguinis; iſti Divinâ electione atque vocatione. Præterea omne illorum miniſterium nonniſi circa res corporales atque materiales, e. g. Templum ac Tabernaculum verſabatur; iſtorum verò, cùm circa Corpus Domini noſtri JESU CHRISTI, quod verum eſt Tabernaculum in viſceribus Glorioſæ Virginis Spiritûs ſancti operatione formatum, nonniſi ſpirituale eſt.

PUNCTUM III.

EX hoc diſcrimine honoris & dignitatis collige & diſcrimen virtutum, quod hos inter

&

& illos intercedere debet. Quàm oportet te alienum eſſe ab axiomatibus, deſideriis & cupiditatibus ſæculi, undè aſſumptus es ut collocareris ſuper candelabrum Eccleſiæ, nec niſi cum Deo converſareris! Quantùm debes reverentiæ Majeſtati ejus, qui ſui te dignatur obſequio, quantùm puritatis puriſſimis ejus oculis!

Eſtote aſſumpti à carnalibus deſideriis, à terrenis concupiſcentiis, quæ militant adverſus animam ut hæreditas & tribus amabilis eſſe mereamini. Pont.

Vide, quid tibi deſit, ut hoc impetres, & frequens tibi memoria ſubeat illius, quod de Levitis quondam Deus enuntiavit:

Sanctificabor in eis, qui appropinquant ad me. Lev. 10. 3.

Memento, quòd ſi hunc non ſanctificâris, id eſt, cogitationibus, verbis operibuſque tuis non glorificaveris, quemadmodùm olim non ſemel, ita & modò exactâ de te vindictâ ſemetipſum ſanctificabit.

MEDITATIO CXIV.

Excellentia Diaconatûs, ex eo deducta, quod ſit Ordo Hierarchicus.

1. Quinam propriè loquendo ſint Ordines Hierarchici?
2. Quid Hierarchia Cæleſtis aut Eccleſiaſtica?
3. Hanc inter & illam comparatio.

Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram. Pſalm. 44. 17.

Principes illi, quos conſtituendos ſuper omnem terram promittit Deus, juxta Sanctorum Patrum explicationem non ſunt niſi Epiſcopi, Presbyteri atque Diaconi, qui Hierarchiam conſtituunt Eccleſiaſticam.

Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica, non eſſe Hierarchiam divina ordinatione inſtitutã, quæ conſtat Epiſcopis, Presbyteris & Miniſtris, anathema ſit. Conc. Trid. ſeſſ. 23. can. 6.

PUNCTUM I.

Conſidera, quòd licet ordines omnes quodam loquendi modo dici poſſint Hierarchici, quatenus in eumdem omnes ſcopum collimant, id eſt, Eccleſiæ regimen ac fidelium perfectionem, juxta Sanctorum Patrum

Digitized by Google

tamen Conciliorumque ſententiam nonniſi tres ſunt propriè loquendo Hierarchici, Epiſcopatus videlicet, Presbyteratus & Diaconatus, qui propterea majori cum ſolemnitate conferuntur, utpote quibus inſigniendi nomine Eccleſiæ præſententur hiſce verbis: *Poſtulat ſancta Mater Eccleſia &c.* Hic autem præſentandi modus in Diaconis inchoatur, non Clericis inferioribus, quia à Diaconatu *ad Eccleſiæ regimen* Clerici *aſſumuntur*. Ut vero Diaconorum excellentia meliùs hac in parte percipiatur,

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quid ſit Hierarchia. Hierarchia propriè loquendo nihil eſt aliud, quàm Sacro-ſanctum quoddam officium, ſervitium aut miniſterium, ſacrum regimen, ſacer quidam principatus, principatus, inquam, qui inter Angelos imprimis reperitur in cælis, hujus deinde adinſtar inter Eccleſiæ miniſtros reperitur in terra, unde duæ illæ excellentes conflantur Hierarchiæ, Hierarchia cæleſtis & Hierarchia Eccleſiaſtica: Quas inter talem Deus conſtituit ſimilitudinem, ut, quemadmodum in cælis, ubi eſt Eccleſia triumphans, plures ſunt beatorum SpiritumOrdines ab ipſis Seraphim ad ultimum uſque chorum Angelorum; ita & in Eccleſia Militante à Summo Sacerdote ad uſque Diaconum plures ſunt ſacri Ordines, qui ſacram conſtituunt Hierarchiam & quorum ſingulis, teſte Concilio Tridentino, ſua quæque munia Divinâ ordinatione ſtatuta ſunt. Diaconi quidem eſt, purgare & parare fideles, Presbyteri illuminare, Epiſcopi denique perficere, atque hæ tres ſunt Eccleſiaſticorum Ordinum proprietates atque operationes, quemadmodùm, quæcumque cæleſtes agunt intelligentiæ, ad purgationem, illuminationem & perfectionem reducuntur.

Quantus honor, per Ordinem Diaconatus ad participationem tam ſacram admitti! Quis

Quis ſicut Dominus? ... Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem, ut collocet eum cum principibus populi ſui? Pſ. 112. 5. & ſeq.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, ut clariùs etiam eluceſcat inter duas haſce Eccleſias, inter duas haſce Hierarchias, Cæleſtem & Eccleſiaſticam analogia, quàm ſibi reſpondeant utriuſque inſtitutio, utriuſque operatio atque ordinum utriuſque concatenatio. Ordines Angelici diſtinguuntur in cælis & varietate naturæ & differentiâ dignitatis, cumque œconomiâ tam admirabili, tamque accurratâ alterius cum altero convenientiâ ſuis funguntur muniis, ut ſpirituum ſuperiorum virtute, lumine atque influentiâ purgentur, illuminentur & perficiantur inferiores, qui ſe aliis imprimunt communicantque, ut eos divino lumine atque amore replentes, ad Deum attrahant uniantque: in Eccleſia verò Ordines Clericales ſpecie ſua, perfectione & ſingulari ſua excellentia diſtinguuntur, atque ita ſibi invicem colligantur, tamque myſticâ concatenatione alii pleniſſimè dependent ex aliis, ut ſuperiores, id eſt Epiſcopatus atque Presbyteratus ſacrâ quâdam influentiâ in omnes redundent inferiores, hique ab illis puritatem ſuam, illuminationem atque perfectionem mutuentur.

S. Dion. c. 7. & 8. cæl. Hier.

OBSTUPESCE divinam hanc harmoniam in ſubordinatione ordinum tam myſticâ relucentem; ſed & contremiſce, dum ſcopum ac finem intueris Hierarchiæ, qui profectò non eſt alius, quàm ut ad Dei cognitionem atque ſimilitudinem animæ perducantur. Tu vero quid iſtuc confers? Quomodo alios purgaturus es, qui ſordibus ipſe plenus es? Quomodò alios ad Deum pertrahes, à quo ipſe quàm longiſſimè diſſides?

Ab immundo quid mundabitur? Eccli. 34. 4.

Alienati à vita Dei. Epheſ. 4. 18.

Adverte, quod dico; hanc enim ob cauſam in Hierarchiam tranſlatus es, ut te perficias primum,

Digitized by Google

mum, deinde verò ad aliorum perfectionem allabores, quod hiſce verbis complexus nobis commendat Apoſtolus:

Docentes omnem hominem in omni ſapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in CHRISTO JESU. Coloſſ. 1. 28.

✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤

MEDITATIO CXV.

De præcipuis muniis Diaconatûs, ex Pontificali depromptis.

1. Munia ad Corpus naturale Chriſti pertinentia.
2. Munia ad Corpus ejus myſticum pertinentia.
3. Obligatio conſectanea hiſce fungendi.

Oportet Diaconum miniſtrare ad Altare, prædicare & baptizare. Pont.

Hæc tria ſunt munia, quæ Diaconis Pontificale attribuit.

PUNCTUM I.

Miniſtrare ad altare. Selecti Liturgiæ miniſtri S. Dion. c. 3. Eccl. Hier. *Columna altaris, angelicæ virtutes.* Epiſt. 5. ad Trallian. S. Ign.

Miniſtri Chriſti, cooperatores atque commiſtri Corporis & Sanguinis Domini. Pont.

Accipe poteſtatem legendi Evangelium in Eccleſia Dei, tam pro vivis quam pro defunctis. Offerimus tibi Domine calicem ſalutaris, &c. Diſpenſatorem myſteriorum Dei, cui commiſiſti Dominici ſanguinis diſpenſationem. S. Laur. ad Sixtum. S. Ambr. habet, *conſecrationem.*

CONSIDERA, quòd, quemadmodùm Hierarchia hinc Corpus JESU CHRISTI naturale, inde Myſticum reſpicit; ita & Diaconi, qui vi Ordinis ſui ad muniorum Hierarchicorum communionem admittitur, alia quoque munia circa Corpus Chriſti naturale, alia circa myſticũ verſantur. Quæ circa Corpus Chriſti naturale ſacrificiumque verſantur, per miniſterium denotantur, quod ad Altare præſtandum eſt, ſub quo ſequentia, quorum adhuc aliqua in uſu ſunt, munia comprehenduntur. 1. Convocare & admittere populum ad Sacrificium, ſuo quemque ordine collocare, in officio continere, finitâ Miſsâ dimittere. 2. Preces publicas denuntiare atque ad has excitare fideles. 3. Celebrantem ad Altare deducere, ei miniſtrare & cum eo offerre. 4. Populo benedicere. 5. Canere Evangelium. 6. Panem & vinum conſecrandum ad Altare offerre. 7. Offerentium nomina recitare. 8. Cor-

Digitized by Google

8. Corpus & Sanguinem Domini diſtribuere. 9. Arcere indignos, quamobrem olim exclamabat: Sancta Sanctis. 10. Panem benedictum diſpertiri. 11. Pacem à Sacerdote ſuſceptam aliis impertiri.

Quod ſi omnes hi honoris tituli non abs re Diacono dati ſunt, vide quid tibi agendum ſit, ne iis fruſtra gloriêre.

PUNCTUM II.

ALIA Diaconi munia quoad Corpus JESU CHRISTI myſticum, id eſt fidelem populum, hæc ſunt: Prædicatione aut certè Catechiſmo inſtruere, unde & *Doctores Evangeliſtæ* vocati ſunt: in caſu neceſſitatis permiſſu Paſtoris ſolemniter baptizare, unde & *Sacerdotes* quandoque nuncupati ſunt, tamquam muniis Sacerdotalibus admodùm propinqui.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quòd ſi verum eſt, non dari poteſtatem niſi exercendam ac præſertim in Eccleſia, ubi nihil inutile aut ſuperfluum Deus fecit ſtatuitve, quanta tibi obligatio incumbat, omnibus hiſce muniis fungendi. Ac imprimis quàm Altaris miniſterio devotum, quàmque ſollicitum te eſſe oporteat, ut tam excellenti Diaconi officio, cujus ordine inſignitus es, ritè fungaris, atque adeò ſervandas ibidem cæremonias accuratè ediſcas, ut eas non citra modeſtiam ac gravitatem adhibeas. Deinde quàm inſtituendo rectè Catechiſmo tibi ſtudendum ſit, ut eo, quo par eſt, modo erroribus & ignorantiis ſuis mundum expurges, atque adeò lumini gratiæ ſuſcipiendo idoneum reddas.

Omnia in pondere, & numero, & menſura diſpoſuiſti. Sap. 11, 21.

ISTHUC hodie decerne, niſi ſocius eſſe malis illius, cui datum talentum, quia non juxta mentem ejus impenſum, Deus abſtulit ablatumque tradidit alteri: *Omni enim habenti dabitur &*

abundabit & ei qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo. Matth. 25. 29.

MEDITATIO CXVI.

De conditionibus ad ſuſcipiendum Diaconatûs Ordinem requiſitis.

1. Conditiones, quas in primis Diaconis requirebant Apoſtoli, requirendæ etiamnum in iis, qui ad ſuſcipiendum Diaconatum hodie ſeſe offerunt.
2. Animadverſio.

Conſiderate viros boni teſtimonii ſeptem, plenos Spiritu ſancto & ſapientiâ, quos conſtituamus &c. Act. 6. 3.

Hæc ſunt, quæ in ordinandis olim Diaconis requirebant Apoſtoli, requirenda etiamnùm in iis, qui Diaconatûs gratiam dignè nec ſine plenitudine recipere geſtiunt.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, pauculis hiſce verbis quatuor præſtantiores denotari conditiones, quæ Diaconum conſtituunt omnibus numeris abſolutum. Prima eſt, ut viri ſint: *conſiderate viros*, non ut fœminæ modò excludantur, utque oſtendatur maturæ ætatis eos eſſe debere, quam viginti trium annorum Concilium exigit Tridentinum; ſed ut præcipuè demonſtretur, quàm forti animo eſſe debeant, Stephani inſtar atque Laurentii, ad ardua quæque capeſſenda rudioreſque aſſultus ſuſtinendos. Altera eſt, ut *boni* ſint *teſtimonii*, id eſt ut vitam duxerint ſine querela, quam conditionem verbis his generalibus Apoſtolus exprimit: *ſine crimine, irreprehenſibilis, inconfuſibilis*, tales à Diaconis, quales ab Epiſcopis, virtutes exigens, ut videlicet *pudici ſint, non bilingues, non multo vino deditis, non turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei in conſcientia pura. Et hi,* inquit poſt hæc

Quomodo enim poteſt obſervari à populo, qui nihil habet ſecretum à populo, diſpari multitudine? Quid enim in te miretur, ſi nihil in te aſpiciat, quod ultra ſe inveniat? Si, qua in ſe erubeſcit, in te quem reverendum arbitratur, offendat. Orig. lib. 1. cont. Celſum.

Diaconos ſimiliter, id eſt, ut Epiſcopos, *pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei in conſcientia pura; hi autem probentur primum, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes.* 1. Tim. 3. 8. & ſeq.

Plenos Spiritu ſancto & ſapientia. Act. 6. 3.

Digitized by Google

hæc omnia, *probentur primùm, & ſic miniſtrent nullum crimen habentes*, crimen utique ſcandaloſum, quod apud populum malo eos odore ingratos reddat. Tertia eſt, ut *pleni ſint Spiritu ſancto*, quod imprimis ſignificat, eos eſſe debere in ſtatu gratiæ atque innocentiæ, ubi enim Spiritus Sanctus, ibi & gratia; uti & ex adversò ubi peccatum eſt, ibi & Spiritus Sanctus commorari non poteſt. Quod ut in veteri Lege prænotaretur, varias inter cæremonias, quæ in ordinatione Levitarum adhibebantur, erant & hæ: Aſpergebantur aquâ luſtrationis, omnes pili eorum radebantur, etiam veſtimenta eorum lavabantur; ut omnibus hiſce lotionibus illa puritas innoteſceret, quam vocatos ad miniſterium tam ſublime afferre oportuit. Præterea plenitudo illa Spiritûs ſancti non apparentem dumtaxat; ſed veram, ſolidam, excellentemque eorum denotat ſanctitatem, quam Spiritus ſanctus interiùs infundit.

Non introibit in malevolam animam ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Sapient. 1. 4.

Tolle Levitas de medio filiorum Iſraël, & purificabis eos juxta hunc ritum. Aſpergantur aqua luſtrationis, & radant omnes pilos carnis ſuæ, cumque laverint veſtimenta ſua, & mundati fuerint, &c. Num. 8. 6. & ſeq.

PUNCTUM II.

INGEMISCE hìc errori plerorumque Eccleſiaſticorum, qui ex quo Subdiaconi initiati ſunt, jus ſe habere exiſtimant ad Diaconatum, tametſi ulterius ſemetipſos non probent, quique ad eum accedere non vereantur, tametſi neque hanc Spiritûs fortitudinem, neque vitam illam irreprehenſibilem nec iſtam denique conſcientiæ puritatem; at verò contrariam potius animi diſpoſitionem in ſe offendant. Anne horum è numero & tu non fuiſti? Sanè, ſi omnes hæ conditiones neceſſariæ ſint, eſt unde tibi formides. Memento quoque nonniſi ſeptem Diaconos in primitiva Eccleſia fuiſſe propoſitos; quòd nimirum paucos admodum reperire ſit, in quibus illas omnes reperire eſt. Quid? quòd ne unus quidem eorum ſemetipſum ad Diaconatum obtulerit? nemo ſcilicet virtutes illas habere ſe præſumebat.

Decet actuum operumque noſtrorum teſtem eſſe publicam exiſtimationem & atteſtationem, ne derogetur muneri, & qui videt miniſtrum altaris congruis ornatum virtutibus, authorem prædicet, & Dominum veneretur, qui tales ſervulos habet. S. Ambr. l. 1. de off. c. 5

Digitized by Google

Magna ſublimitas magnam debet habere cautelam: honor grandis grandiori debet ſollicitudine circumvallari. Enitendum eſt, ut dignè noſcamus quid ſumus & quod ſumus profeſſione, actione potius quàm nomine demonſtremus, ut nomen congruat actioni, actio reſpondeat nomini, ne ſit nomen inane & crimen immane. S. Ambr. de dig. c. 5.

Pudeat te igitur, cùm te iis annumeratum cùmque ad dignitatem tam ſublimem ſine ullis meritis tuis evectum te conſpicis: obſtupeſce Dei patientiam, quâ loco te Angelorum perſiſtere ſuſtinet, qui æterno damnatis ſodalitio ſociari meruiſti. Quàmlibet verò bonam attuleris diſpoſitionem, contremiſce ſemper, dum vel inter ſeptem primos Diaconos Apoſtatam vides. Quòd ſi enim unus eſſet inter ſeptem, cum tamen eos ex cæteris elegiſſent Apoſtoli, bonumque de iis teſtimonium populus præbuiſſet, nonne majoris tibi cauſa metûs atque tremoris eſt, qui cum pluribus Diaconus ordinatus es?

Itaque cum metu & tremore ſalutem veſtram operamini: Deus eſt enim, qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. Philip. 2. 12. & 13.

MEDITATIO CXVII.

De Diaconi obligationibus.

Obligatio prima, ut cæremonias calleat, & ritè exerceat.

1. Quàm ob cauſam inſtitutæ ſint cæremoniæ?
2. Obligatio, quâ eas & quoad ſubſtantiam & quoad ſignificationem ſcire tenentur Eccleſiaſtici.
3. Methodus reddendi eas populo venerabiles nobiſque utiles.

Omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant.
1. Corinth. 14. 40.

PUNCTUM I.

Conſidera, quam ob cauſam & in Sacroſancto Miſſæ Sacrificio & in Sacramentorum adminiſtratione & in officii Divini celebratione inſtitutæ ſint cæremoniæ. Prima eſt, ut notæ ſint exteriores Religionis, quam profitemur; nulla enim Religio fuit unquam ſine cære-

cæremoniis : quemadmodum itaque falſa Religio impias ac ſuperſtitioſas, Judaïca carnales, ita & ſpiritales & ſanctas habet Evangelica. Altera eſt, ut humanæ condeſcendatur infirmitati ; utpote quæ non niſi per exteriora ac ſenſibilia in cognitionem interiorum ac ſpiritualium venire poſſit. Tertia eſt, ut excitetur devotio populi, qui cæremoniis noſtris, velut in imagine quadam, depicta videns maxima Religionis noſtræ myſteria, perfectiſſimos Religionis interioris actus exercendi occaſionem hinc arripit.

PUNCTUM II.

CONCLUDE hinc imprimis, quàm neceſſariò pernoſcendæ quàmque exactè adhibendæ ſint Eccleſiaſticis cæremoniæ ; utpote quæ totidem ſint actus exteriores Religionis, quibus Dei profitemur Majeſtatem, debitumque ei honorem ac reverentiam reddimus.

Audi Iſraël cæremonias, atque judicia quæ ego loquor in auribus veſtris hodie, diſcite ea & opere complete. Deut. 5. 1.

Cuſtodi præcepta ac cæremonias & judicia quæ ego mando tibi hodie, ut facias. Deut. 7. 11.

Deinde quanta cum gravitate ac modeſtia adhibendæ ſint ; cum enim ad ſublimiſſima denotanda myſteria, mentes ad ſanctos auguſtoſque affectus & actus latriæ, quibus ipſam immediatè Divinitatem honoramus, elevandas inſtitutæ ſint, niſi decenter atque maturè adhibeantur, adeò inſtrumenta pietatis ac Religionis futuræ non ſunt, ut ex adverſò impietatis potius ac ſcandali occaſionem ſubminiſtraturæ ſint.

Quanta denique cum circumſpectione atque exactitudine in Sacro-ſancto præſertim Miſſæ Sacrificio obſervandæ ſint, ubi cæremoniæ & ſignificatione ſublimiores & inſtitutione vetuſtiores & authoribus venerabiliores, magìs firmatæ Canonibus, majori cura ordinatæ, ſeveriori rigore mandatæ.

Quanto tibi in pretio huc uſque fuêre ? diſcute temetipſum, ut & accuratam impoſterùm earum obſervantiam tibi perſuadeas, & majorem apud populum, cujus obtutui ſunt expoſitæ ve-

Digitized by Google

venerationem concilies, tibiq́ue ipſi utilitatem acquiras.

PUNCTUM III.

Diſtrictè præcipimus, ut Epiſcopi promovendos Sacerdotes diligenter inſtruant & informent per ſeipſos vel per alios divinis officiis & Eccleſiaſticis Sacramentis, qualiter ea ritè valeant celebrare. Satius eſt enim, maximè in ordinatione Sacerdotum, paucos bonos quàm multos malos habere miniſtros. Con. Lat. 4. ſub Innoc. III. c. 17.

Quod ſi audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut cuſtodias & facias omnia mandata ejus, & cæremonias, quas ego præcipio tibi, venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ & apprehendent te. Deuter. 28. 15. Deut. 7. 8. 10. 11. 28.

CONSIDERA hujuſce methodum præſtantiſſimam ab ipſis Conciliis commendatam eſſe hanc, ut nulli ordini aut miniſterio ſe quis ingerat, priuſquam cęremonias ejus apprimè noverit, quòd ſi verò antè eas edoctas ſe ingeſſerit, errorem iſtum quantocyùs reparet. Nonne res deploranda eſt, quòd Sacerdotes biennes trienneſve reperire eſt, qui non modò Breviarii Rubricas & Miſſæ neſciant cæremonias, ſed & negligant, quod pejus eſt, & nihili faciant? Altera methodus eſt, ut ſignificationes earum atque myſteria ediſcantur, tum ut populus de iis edoceatur, tum etiam ut eo tempore, quo adhibentur, conformes illis affectus in corde excitentur.

Quam operam antehac Rubricis tuis ac cæremoniis ediſcendis impendiſti? Anne Rubricas unquam Breviarii tui pervolviſti, ex quo Subdiaconus es? Nonne hæ ſunt, quas te nôſſe oportuit? Quòd ſi Diaconus es, an ejus unquam miniſterio functus es? Noſtíne, in quo conſiſtat? At nonne ex contemptu provenit, quòd hæc omnia diſcere negligas? ratus utique, non tantam in miniſteriis noſtris à Deo requiri exactitudinem. Quòd ſi ita eſt, errorem hunc diſcuſſurus vetus pervolve Teſtamentum, vide ibidem, quàm ſollicitè cæremonias commendet, quas pœnas intentet infligatq́ue iis, qui non accuratè eaſdem obſervant. Semper tempus eſt eas ediſcendi; ne ultra differas:

Nullus propter opprobrium ſenectutis aut juventutis vel nobilitatem generis, à parvulis & minùs eruditis, ſi quid fortè eſt utilitatis aut ſalutis, inquirere negligat. S. Clem. Epiſt. 9.

ME-

MEDITATIO CXVIII.

Altera Diaconi obligatio inſtituendi Catechiſmum.

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſtici ad hoc obligantur.
2. Quid Catechiſmus?
3. Catechiſmi utilitas ac neceſſitas.

Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis, Thren. 4. 4.

Hoc eſt, quod Eccleſiaſticis Catechiſmum negligentibus per Prophetam exprobrat Dominus, quodque in die judicii eos rubore ſuffundet.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes ob quas Eccleſiaſtici Catechiſmum inſtituere tenentur. Prima eſt, quòd Paſtores idcircò, quòd Patres appellentur; quis verò pater liberos ſuos fame emori patiatur? Altera eſt, quòd hanc ob cauſam clavem ſcientiæ geſtent, à quibus proinde ratio erit reddenda de ignorantia populi, quique adverſus illos aliquando inſurget, ſi inſtructus non fuerit. Tertia eſt, quòd tales plerumque ſint homines, quales in juventute formati ſunt; omninò proinde expedit, animæ illorum virtutem opportunè inſerere, quòd utique non fit niſi Catechiſmis. Unde & Verbum Dei ſemen dicitur à Salvatore; quemadmodum enim tota ſpes opimæ meſſis in agricola à ſemine pullulat, quod terræ ſuæ bonæ fertilique mandavit; ita & fructus omnis ſpiritalis gratiæ atque gloriæ, qui expectatur, è verbi Divini ſemine germinet neceſſe eſt.

Nonne greges à Paſtoribus paſcuntur? Ezech. 34. 2.

Interroga patrem tuum & majores tuos. Deut. 32. 7.

Filioli, quos iterum parturio. Gal. 4. 19.

Tuliſtis clavem ſcientiæ. Luc. 11. 52.

Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. Mal. 2. 7.

Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Proverb. 22. 6.

Semen eſt verbum Dei. Luc. 8. 11.

Fili à juventute tua, excipe doctrinam, quaſi is qui arat, & qui ſeminat, accede ad eam, & bonos fructus ab ea expecta. Eccli. 6. 18.

PUNCTUM II.

CONSIDERA per Catechiſmum nihil aliud intelligi, quàm familiarem quamdam de

Digitized by Google

præcipuis Doctrinæ Chriſtianæ capitibus inſtructionem. *Inſtructionem*, inquam *familiarem*, quia Catechiſmos ſine ſermonis ornatu inſtitutos oportet, ut ab omnibus capiantur. Addidi verò, *Doctrinæ Chriſtianæ*, quia imprimis ipſius Jesu Christi ore promanavit, deinde docemur per illam ducere vitam Chriſtiano homine dignam.

Anne ulterioribus opus eſt, ut Catechiſmus nobis in pretio ſit? Quòd ſi tamen non ſufficiat ad hoc neceſſitas:

PUNCTUM III.

Si quis erraverit à veritate & converterit quis eum: ſcire debet, quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ſuam a morte, & operiet multitudinem peccatorum. Iac. 5. 19. & 20.

Conſidera utilitatem, quam affert, imprimis ipſi Catechiſtæ, quatenùs maximum eſt opus miſericordiæ, maximèque ſatisfactorium, quem itidem omnium bonorum operum participem reddit, quæ inſtructione adjuti Catechiſticâ auditores efficiunt. Utilitas verò, quam ipſis affert auditoribus, hæc eſt: diſcunt in Catechiſmo credere, ſperare, diligere, orare Deum, divino ſe cultui dedere, Sacramenta, ſicut oportet, frequentare. Utilitas denique, quam familiis affert, iſta eſt, quòd omnes ibidem in amore degant & timore Dei, quòd munere ſuo fungantur domeſtici, alter alterum in pace conſervent. Quid? quòd Catechiſmus univerſæ Eccleſiæ ſplendorem ſuum reſtituit, qui profectò nonniſi inſtructionis inopiâ offuſcatus eſt.

Ecquid jam ſupereſt, niſi ut Catechiſmi, cujus de neceſſitate ſimul atque utilitate non unâ convictus es, inſtituendi te ſubeat animus? Adde his negotii hujus exequendi & addiſcendi ſimul facilitatem, & pulcherrima hæc Apoſtoli verba animo tuo quam altiſſimè inſculpe:

Ego libentiſſimè impendam & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris. 2. Cor. 12. 15.

ME-

Digitized by Google

MEDITATIO CXIX.

De excellentia Catechismi. *Optima atque utiliſſima methodus hunc inſtituendi.*

1. ExcellentiaCatechiſmi ab authore ejus ac fine deducta.
2. Quanti hunc ſancti omnes ac præſertim Salvator fecerint?
3. Methodus utiliſſima hunc inſtituendi.

Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos. Marc. 10. 14.

PUNCTUM I.

CONSIDERA præter neceſſitatem, de qua meditatione præcedenti, & excellentiam Catechiſmi. Deus imprimis eſt, qui ejus author eſt, Verbum Dei eſt, quod ibidem annuntiatur, fractum utique & diſtributum, ut quemadmodum panis corporalis corporibus, ita & illud pabulum ſit animabus noſtris. Præterea proximè reſpicit ſalutem animarum, quæ citra notitiam eorum, quæ traduntur in Catechiſmo, ſalvæ eſſe non poſſunt. Unde nihil adeo exhorret diabolus, probe ſciens, quòd abſque eo perditionis via ineatur: maximàque quam idcircò in Eccleſia ſuſcitavit, perſecutio fuit Juliani Apoſtatæ, qui Scholas obſerari, pelli Magiſtros, bonos comburi libros, inque combuſtorum locum Hæreticos ſubſtitui juſſit.

Cum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud, non ut verbum hominum, ſed ſicut & verè, verbum Dei. 1. Theſſ. 2. 13.

Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Matth. 4. 4.

Fides enim ex auditu auditus autem per verbum Chriſti Rom. 10.17

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quanti propterea hunc fecerint Sancti omnes, Paulus, Dionyſius, Ignatius, Franciſcus Xaverius, magnus Gerſon. S. Hieronymus matronæ cuipiam Romanæ ſcribens, cui nomen Læta: *ipſe*, inquit, *ſi Paulam miſeris, & magiſtrum me & nutritium ſpondeo.* ge-

Ipſe ſi Paulam miſeris, & magiſtrum me, & nutritium ſpondeo, geſtabo

geſtabo humeris, balbutientis ſenex verba formabo: Quanti verò præ omnibus Catechiſmum fecerit Salvator noſter, vel inde colligendum, quòd tribus Evangelii locis acriter legatur objurgaſſe Diſcipulos, cum parvulos ab eo arcerent, quòd eis mandaverit: *euntes docete omnes gentes* Mat. 28. 19. quòd ipſe denique Philippum, Nicodemum, cæcum natum, Chananæam, Magdalenam, ac præſertim flagitioſam viliſſimamque Samaritanam itinere fatigatus, ipſo meridie, detecto capite tres horas integras catechizare dignatus eſt.

humeris, balbutientis ſenex verba formabo. San. Hier. Ep. ad Lætam.

Cum videret IESUS, *Diſcipulos ſuos comminantes offerentibus ſibi parvulos, indignè tulit, & ait illis; ſinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos.* Marc. 10. 14.

Nolite prohibere eos. Matth. 19. 14.

Nolite vetare eos. Luc. 18. 16.

QUID TIBI VIDETUR? an hic homo Deus æquum rebus pretium ponere noverat? Tune eo ſapientior, ſtemmate nobilior? Anne talenta tibi ſublimiora? Reſponde obſecro; ſed reſponde rubore perfuſus, certuſque hac in re pro viribus hunc imitari deinceps. Si verò ſcire aves optimam utiliſſimamque ſeu majores ſeu minores catechizandi methodum,

PUNCTUM III.

NOVERIS, hanc non in longo elaboratoque ſermone conſiſtere, at in elaboratis, ſi ita vis, quæſtionibus atque reſponſis, ſed familiaribus. Hæc primitivæ eſt Eccleſiæ methodus, pluribus Scripturæ locis etiam commendata. Hâc uſus eſt quoad illos, de quibus ſupra, Salvator noſter. Meliùs ſic auditur atque percipitur, quod docetur, cum mens pluribus non prægravatur. Panem integrum porrige infanti, niſi illum fregeris, hic fame morietur. Hâc & Apoſtolus uſus eſt: a *Lac vobis potum dedi*, inquit, *non eſcam.* Et alibi: b *Facti ſumus parvuli in medio veſtri, tanquam ſi nutrix foveat filios ſuos.*

Exod. 13. Pſalm. 77. Deut. 23. Luc. 2. ℣. 46.

a 1. Cor. 3. 2.

b 1. Theſſ. 2. 7.

QUÒD SI OMNIA hæc exempla conſideres, non erit tibi difficile, ſimplici nativoque idiomate uti, omnibuſque omnia fieri, ut omnes Chriſto lucrifacias, juxta exemplum dicentis Apoſtoli:

Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos. 1. Cor. 9. 22. *Omnium me ſervum feci, ut plures lucrifacerem.* Ibid. 19.

MEDITATIO CXX.

De conditionibus ad Catechiſtam requiſitis.

1. Quoad Deum.
2. Quoad ſeipſum.
3. Quoad proximum.

Qui ad juſtitiam erudiunt multos, fulgebunt ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates.
Daniël. 12. 3.

Hæc Angelus Daniëli, quibus ſingularem ei exhibet mercedem, quam aureolam Theologi appellant, promiſſam iis qui alios erudiunt. Hanc autem promerituris virtutes quædam neceſſariæ ſunt, quoad Deum, quoad noſipſos & quoad proximum.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, virtutem Catechiſtæ neceſſariam quoad Deum eſſe orationem; hujus ſiquidem lumine niſi nos repleti fuerimus, non eſt quod boni aliquid à nobis expectetur. Repleti ſunt Apoſtoli Spiritu ſancto, atque hinc fructis omnis, quem produxêre: nonniſi duodecim univerſum mundum converterunt; hujus verò ſpiritûs gratiæque inopiâ, quamquam hodie milleni ſint Prædicatores & Catechiſtæ, fidem atque animas perire ſinunt. Neceſſe eſt itaque, ut hoc negotii Salvatori noſtro quotidie Catechiſta commendet, ſique fieri poſſit, nonnihil meditationis docendis explanandiſve Myſteriis impendat.

Optavi, & datus eſt mihi ſenſus. Sap. 7. 7. *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Ioan. 15. 5. *Si quis veſtrûm indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter & non improperat.* Iac. 1. 5.

PUNCTUM II.

QUALITATES Catechiſtæ quoad ſeipſum quatuor ſunt. Prima eſt; ut ſpectatâ Catechiſmi neceſſitate atque excellentiâ, magni faciat Ca-

Quandiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Matt. 25. 40.

Digitized by Google

Servi inutiles ſumus. Luc. 17. 10.
Elegi abjectus eſſe in domo Dei. Pſal. 83. 11.
Caſtigo corpus meum & in ſervitutem redigo. 1. Cor. 9. 27.

Catechiſmum, utpote quo plures ſæpè quàm prædicatione filii Deo pariantur, atque hæc fortaſſis eleëmoſyna eſt, quam ſibi Dominus impenſam reputet. Altera eſt profunda humilitas, ad provocandam divinæ gratiæ abundantiam, quæ vel pellendo tædio, quod ex eo provenire conſuevit, quòd munus hoc abjectum in ſpeciem & contemptibile ſit, vel arcendæ vanæ gloriæ neceſſarium eſt, dum res Catechiſtica ex voto ſuccedit. Tertia caſtitas eſt, quas pueris, quibuſcum converſatur, imprimat neceſſe eſt: unde & Paulus ad tertium uſque cælum abreptus corpus ſuum nihilominus caſtigabat. Quarta prudentia eſt, ne quem offendat, placeat omnibus.

PUNCTUM III.

Hilarem datorem diligit Deus. 2. Cor. 9. 7.
Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. 2. Cor. 12. 14.
In hominibus, non naturam, quia ad imaginem Dei facti ſunt, ſed honores & divitias venerantur. Redemptor vero noſter ut oſtenderet quia quæ alta ſunt hominum deſpicienda ſunt, & quæ deſpecta ſunt hominum deſpicienda non ſunt, ad filium Reguli ire noluit ad ſervum centurionis ire paratus fuit. S. Greg. hom. 18. ſuper Evang.

QUALITATES Catechiſtæ quoad proximum tres ſunt. Bonum imprimis exemplum, quod in modeſtia atque affabilitate ſine affectatione & adulatione conſiſtit. Gaudium deinde ac lætitia ſpiritalis. Tanta denique proprii commodi negligentia, ut nulla avaritiei vel ſuſpicio ſubeat.

FRUCTUS hujus geminæque meditationis præcedentis ille ſit oportet, ut nullo prorſus locorum, perſonarum temporumve ſpectato diſcrimine, ſive in urbe, ſive rure ſive apud divites ſive pauperes Catechiſmum habere paratiſſimus ſis. Nonne hujus tibi animus eſt? Si exiguum hoc obſequii ipſe Salvator noſter à te poſcere dignaretur, anne repulſam pateretur? Atqui ipſe eſt, qui tibi in Evangelio inclamat: *Meſſis quidem multa; operarii autem pauci.* Matth. 9. 37. Idcircò & tu Eccleſiaſticus es; hujus tibi injecit obligationem, cum charactere ac poteſtate inſignivit JESUS CHRISTUS. Quod ſi remoram tibi injiciat, quòd pauperes ſint ac rudes, famuli & ancillæ qui catechizandi ſunt, conſidera propter eos potiſſimum veniſſe Salvatorem: *Evangelizare pau-*

Talium eſt regnum cælorum. Matth. 19. 14.

pauperibus miſit me, inquit Luc. 4. 18. Si pueri ſunt, *Talium*, ait, *eſt regnum Cœlorum.* Si moleſtiæ tuæ non videatur auditorum reſpondere profectus, non eſt muneris tui, ut omnes proficiant; immò verò ſi ne vel unus proficeret, *curam exigeris, non curationem.* Si verbum tuum nihil efficiat modò, efficiet aliàs. Quamquam nihil proficiant Angeli cuſtodes, non eos tamen piget uſque ad mortem animabus aſſiſtere. Hac in re illos imitare, gratiamque ad hoc neceſſariam per pretium valoremque animarum à Deo depoſce, memor terribilis iſtius comminationis, quæ de ſpiritali æquè atque corporali eleemoſyna poteſt intelligi:

Fac quod tuum eſt, & Deus, quod ſuum eſt, faciet abſque tua ſollicitudine, & anxietate curabit: planta, riga, fer curam & tuas expleviſti partes: ſane incrementum Deus quando voluerit dabit: Deus inquam non tu, quod ſi forte noluerit, tibi deperit nihil. Bern. 4. de conſid. c. 2.

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum...; eſurivi enim & non dediſtis mihi manducare. Matth. 25. 41. & ſeqq.

MEDITATIO CXXI.

De præcipuis Diaconi virtutibus: ac imprimis de zelo animarum, quo flagrare debet.

1. Rationes, quæ zelum hunc in Eccleſiaſticis accendere poſſunt.
2. Quid zelus hic? actus ejus potiſſimi.
3. Animadverſiones.

Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi ut accendatur? Luc. 12. 49.

Ignis iſte, quem tanto ardore in fidelium ac præſertim Eccleſiaſticorum cordibus accenſum vult Dominus noſter, nihil eſt aliud quàm zelus animarum, quarum ergò in terram venerat, juxta illud Prophetæ vaticinium: *Accendetur velut ignis zelus tuus.* Pſalm. 78. 5.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, quæ zelum hunc in Eccleſiaſticis accendere, affectumque eis atque animum erga ſanctum hoc exercitium addere poſſunt. Prima ab excellentia ejus

Nullum omnipotenti Deo tale eſt ſacrificium, quale eſt, zelus animarum. S. Greg. l. in Ezech. hom. 12.

Eleëmoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam & vitam æternam. Tob. 12. 9.

Non dixit, Petre, ſi me amas, jejunia exerce, ſuper nudam humum dormi, vigila continenter, injuria preſſis patrocinare, orphanis patrem te exhibe, viduæ item te maritorum loco habeant, ſed prætermiſſis omnibus, ait, paſce oves meas. San. Chr. l. 2. de Sac. c. 1.

ejus deſumetur, cum, teſte Dionyſio, nihil ſit divinius, quàm cooperari Deo ad ſalutem animarum; teſte vero Gregorio, *Nullum omnipotenti Deo tale ſacrificium, quale eſt zelus animarum.* Ratio autem manifeſta eſt, quia nihil toto terrarum orbe anima rationali nobilius Deoque pretioſius. Altera eſt, quòd actio hæc miræ ſit utilitatis ſummique meriti; quod ſi enim tanti Deo ſit eleëmoſyna corporalis, ut animam peccatis emundet, Deique miſericordiâ & vitâ æternâ dignam reddat; quanti tandem erit eleëmoſyna ſpiritualis, quæ quantò anima corpore, tantò & corporali præſtantior eſt? Tertia amor eſt Jesu Christi; hunc enim quiſquis amaverit, neceſſe eſt ut & animas diligat, quæ tanti ipſi ſteterunt; qui propterea & Petro dicebat. *Simon Ioannis diligis me plùs his? paſce agnos meos.* Joan. 21. 15. Perinde atque ſi diceret: ſi verè me diligis, *paſce agnos meos*, hoc dilectionis teſtimonium eſt, quod requiro.

PUNCTUM II.

Cadit aſina & eſt qui reputet, &c. S. Bernard. lib. 4. de conſid.

Argue, obſecra, increpa in omni patientia. 2. Tim. 4. 2.

Non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes ut impleamini agnitione voluntatis ejus, &c. Col. 1. 9.

Sollicitudo omnium Eccleſiarum. 2. Cor. 11. 28

Omnibus omnia factus ſum ut omnes ſalvos facerem. 1. Cor. 9. 22.

In laboribus plurimis in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, in labore, in ærumna, in vigiliis, in fa-

Considera, zelum hunc non eſſe aliud, quàm fervens quoddam deſiderium vera bona, id eſt gratiam atque gloriam animabus procurandi, atque adeò peccato & inferno eas eximendi. Actus ejus præcipui ſunt, Conciones, Catechiſmi, collationes, Sacramentorum adminiſtrationes. Correctiones deinde, vitiorumque redargutiones charitate pleniſſimæ. Oratio etjam pro ſalute animarum, ſimul & pro iis qui huic allaborant. Converſatio præterea cum proximo ſalutaris atque exemplaris, quâ cum Apoſtolo quis omnibus omnia fit, ut omnes lucrifaciat. Animus denique moleſtias quaſcumque & corporis & animæ, quæ iſti negotio indiviſè cohærent, fortiter tolerandi; ſæpius enim hîc jejunandum, vigilandum, aëris intemperies ſuſtinenda, perferendæ cum patientia eorum, quos lu-

Digitized by Google

lucrari eſt animus, ruditas, repulſa, complexióque moleſta, multis etiam carendum neceſſariis, immò verò & ſanguis & ſpiritus pro eorum ſalute inpendendus eſt.

me & ſiti, in jejuniis multis, in frigore & nuditate, &c. 2. Cor. 11. 23. & ſeq.

Optabam ego ipſe eſſe anathema pro fratribus meis. Rom. 9. 3.

PUNCTUM III.

EXAMINA modò temetipſum, & conjice ex hiſce notis, num zelo tu flagres animarum. Nonne hoc veriſſimum eſt, quòd multùm ſimus ab eo remoti? Adeò ſcilicet modicùm pro animabus agimus patimurque, adeò ſegnes ſumus ad earum auxilium, adeò formidamus incommoda noſtra. Ubi preces quas pro earum ſalute fundimus? ubi auxilia obſequiave quæ iis impendimus? quot ea quantaque ſunt?

Ubi eſt qui flectat iram? Ubi eſt qui prædicet annum placabilem Domino? S. Bern. in Conc. Rhemenſ.

PŒNITEAT præteritorum, decernamus deinceps, quod hiſce verbis de ſeipſo aſſeverat Apoſtolus, qui morti ſe quotidianæ exponebat, ut Deo ac JESU CHRISTO Corinthios conciliaret, gloriâque æternâ dignos redderet:

Quotidie morior per veſtram gloriam, fratres, quam habeo in CHRISTO JESU *Domino noſtro.* 1. Cor. 15. 31.

MEDITATIO CXXII.

De comitibus ad zelum hunc legitimum utilemque reddendum requiſitis.

1. Quatuor virtutes ſeu proprietates, quibus zelum hunc, ut ritè ordinatus ſit, præditum eſſe oportet.
2. Exemplum Salvatoris noſtri, noſtrique cum ipſo comparatio.

Æmulationem Dei quidam habent; ſed non ſecundùm ſcientiam. Rom. 10. 2.

Duplicem hiſce verbis zelum, falſum utique atque legitimum, Apoſtolus innuit, quorum alterum ut ab altero ſecernas,

PUNCTUM I.

CONSIDERA, zelum, ut legitimus ſit atque ritè compoſitus, quatuor virtutibus ſequentibus, ceu totidem proprie-

Teſtis mihi eſt Deus, quomodo cupiam omnes vos in viſceribus JESU CHRISTI. Phil. 1. 8.

Digitized by Google

Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror? 2. Cor, 11. 29.

Bene patientes erunt, ut annuntient. Pſal. 91. 15. & 16.

Scientia Sanctorum, prudentia. Prov. 9. 10.

Oportet innoteſcat tibi zelus tuus, clemētia tua, diſcretio quoque moderatrix earundem virtutum. S. Bern l. de conſi. c. 11

Zelum amarum habetis. Iac. 3. 14.

Nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Iesu Christi *gloria &c Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & hæredes regni? Vos autem exhonoraſtis pauperem.* Iac. 2. 1. & 5. 6.

tatibus atque ornamentis prædítum eſſe oportere. Prima eſt, ut purus ſit & ſincerus, ab omni commodo proprio, honore atque utilitate remotus, nihil quærens niſi Dei gloriam proximique ſalutem. Talis erat zelus Apoſtoli, cum teſtem ſibi Deum adſciſceret, *quomodo cuperet* Philippenſes *omnes in viſceribus Ieſu Chriſti*: Hinc zelum aſſumpſerat, quo ſalutem eorum deperibat, hinc eis loquebatur, hinc eis ſcribebat, hinc eos docebat; atque ita cum proximo nobis agendum eſt. Altera eſt, ut fervens ſit uſque adeò, ut nullis omninò difficultatibus moleſtiiſque occurrentibus cedat. Tertia eſt, ut diſcretus ſit prudentiâque directus, qualem Apoſtolus nominat *ſecundum ſcientiam*, ne quis inconſideratè ſe negotiis intricet, quibus ſe poſtea extricare non poſſit, neve faciat dicatvè quod obſit potiùs quàm proſit. Quam ob cauſam juniores parumque experti in magnos ſæpè labuntur errores, pluſque mali quàm boni faciunt, non ſine impetu, cholerâ, inconſtantiâ atque inconſideratione in omnem ſe actionem præcipitantes, quem *zelum amarum* Scriptura nuncupat. Quarta denique, quæ non corporis exteriora; ſed animæ interiora concernit, ut cum Deo omnes æquè pretioſi ſint, eique pretio omnes æquali ſteterint, curas ſuas in omnes citra diſcrimen extendat.

PUNCTUM II.

Propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet dives. 2. Cor. 8. 9.

Et erat pernoctans in oratione Dei. Luc. 6. 12.

Sanans omnem languorem. Matth. 4. 23.

Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Luc. 6. 19.

O generatio incredula & perverſa, quonſque ero

Considera, quî omnes hæ virtutes excellentiſſimè reperiantur in zelo, quem erga animas Salvator oſtendit. Cum eſſet in hoc mundo, quid commodi aut utilitatis capere poterat ex eo, quòd dies integros in templo atque alibi locorum docendis hominibus, noctes verò fundendis pro iiſdem precibus conſecraret? quòd corporibus eorum mederetur, ignorantiam tolerаret ac ruditatem, pro iis denique moreretur, ſuam

ſuam in eos benedictionem, eorum verò in ſe maledictionem transfunderet? Quo verò fervore ardebat, cum zelum hunc ubique locorum exhibebat, in urbibus, in pagis, in itinere, in ædibus privatis, palam & clam, erga omnes, majores & minores, pauperes & divites, ſenes & pueros, viros & fœminas, uſque adeò ut & cibi & potûs oblivisceretur? Hîc zelus hæc ei verba ad Apoſtolos directa exprimebat: *Cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.* Hoc igne torrebatur, cùm in cruce clamabat; *ſitio:* ut flagrans demonſtraret ſalutis noſtræ deſiderium, deſiderium, inquam, plura pro nobis patiendi, ſi ita neceſſitas poſtularet.

vobiſcum? Uſquequò patiar vos? Matt. 17. 16.

Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Gal. 3. 13.

Nec ſpatium manducandi habebant. Marc. 6. 31.

Ioan. 4. 32.

CONFER te modo Salvatori, zelum illius cum zelo tuo: quid ille egerit pro animarum ſalute; quid tu agas: quid ille tulerit; quid tu ſufferas, etiam atque etiam vide. Quid conſiderationis adhibemus, ut nihil noſtri ſeſe miſceat auxilio, quod ſolius honoris aut commodi ergò animabus impendimus? Nonne Salvatorem deinceps imitari tibi animus eſt? O utinam ſit! eique dicas cum Apoſtolo:

Optabam ego ipſe eſſe anathema à Chriſto pro fratribus meis. Rom. 9. 3.

MEDITATIO CXXIII.

De cura pauperum, quæ Diacono propria eſt.

1. Rationes, quæ curæ pauperum Diaconos obſtringunt.
2. In quo conſiſtat hæc cura? Hujus exemplum nobis à Salvatore relictum.

Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter cæleſtis miſericors eſt. Luc. 6. 36.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, licet miſericordia Chriſtianis omnibus communis ſit virtus; magìs tamen Eccleſiaſticis, ac præſertim Dia-

Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis, conſiderate ergo viros &c. quos conſtituamus

ſuper hoc opus. Act. 6. 2. & 3.

Cui Levita caſtiſſimus, ubi eas repoſitas haberet oſtendens, numeroſiſſimos ſanctorum pauperum obtulit greges, in quorum victu atque veſtitu inamiſſibiles condiderat facultates. S. Leo in natal. S. Laur.

Beati pauperes. Matt. 5. 3.

Venite benedicti, &c. Eſurivi enim & dediſtis mihi Matth. 25. 34 & 35.

Filius hominis non habet, ubi caput reclinet. Luc. 9. 58.

Tantum ut pauperum memores eſſemus. Gal. 2. 10.

Diaconis præ cæteris commendanda eſt; utpote qui ex vi primævæ ſuæ inſtitutionis eum partim ob finem ſtabiliti ſint, ut pauperum curam gererent. Ita videmus à S. Papa Evariſto ſeptem ordinatos in Urbe Roma, quam in ſeptem partes diſpartitus eſt, ut in quaque parte Diaconus unus occurrentium ibidem pauperum curam gereret. Idcircò & bonorum Eccleſiæ temporalium, tamquam eorum procurator, receptor & præfectus generalis, adminiſtrationem olim habebat Diaconus, quæ pro arbitrio Epiſcopi diſpenſabat diſtribuebatque, pauperum omnium catalogum penes ſe aſſervans, ut omnium neceſſitatibus ſubveniret. Hoc ipſum cernimus in S. Laurentio, qui ante Martyrium ſuum theſauros Eccleſiæ pauperibus diſtribuebat, quos à D. Sixto cuſtodiendos acceperat. Altera ratio, quæ magnam pauperum curam Eccleſiaſticis imponit, pretium eſt, in quo Deus eos ſemper habuit, cum & benedictos & beatos appellat, qui pauperibus faciunt benè; iis verò, qui malè, minas intentat, cum etiam ſimilis illis factus eſt, *factus*, inquam, *egenus, ut nos illius inopiâ divites eſſemus.* Tertia ratio cura ſingularis eſt, quam imprimis divina benignitas, atque hujus deinde exemplo Apoſtoli omneſque viri Apoſtolici pauperum ſemper habuerunt, quorum in perſona quibuſcumque Eccleſiaſticis munus hoc Salvator noſter Teſtamento reliquiſſe videtur, cum paulò ante mortem eis diceret: *pauperes ſemper vobiſcum habetis.* Joan. 12. 8.

PUNCTUM II.

Honorat autem eum, qui miſeretur pauperis. Prov. 14. 31.

Qui habet duas tunicas, det non habenti, &c.

CONSIDERA, in quo conſiſtat hæc cura, quæ pauperum Eccleſiaſticis gerenda eſt. In eo imprimis, ut magno eos in pretio habeant, tamquam fratres, cohæredes & membra JESU CHRISTI. Deinde ut in neceſſitatibus eis temporalibus ſuccurrant, eleemoſynam pro facultate ſua imper-

pertientes, eamque ab aliis impertiendam procurantes. Tertiò, ut eos ægrotos inviſant, medicum quempiam aut Chirurgum aut Apothecarium inducant ad impendendum eis ſuæ artis auxilium. Maximè verò in eo, ut in ærumnis eos conſolentur, exhortentur ad patientiam, ſolliciti, ne, ut ſolent, paupertatis prætextu in ignorantia deliteſcant, nunquam proinde eleëmoſynam impertientes corporalem, niſi adjungant & ſpiritualem, iis ut minùs compatientes, precibuſque, quantum poſſunt, ſubvenientes, quando aliter ſubvenire non poſſunt.

qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Luc. 3. 11.

SUSPICE hac in re exemplum Salvatoris noſtri, qui ore prophetico D. Jobi de ſe vaticinatus eſt: *Ab infantia mea mecum crevit miſeratio, & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum.* Job. 31. 18. & , ſi prædeſtinatorum vis eſſe de numero, memento eos *Vaſa miſericordiæ* ab Apoſtolo, *filios* verò *olei* à Zacharia nuncupari; utpote quibus balſamum charitatis, atque oleum miſericordiæ Spiritus Sanctus infuderit, in proximum deindè transfundenda.

Ab infantia mea crevit mecum miſeratio, & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum. Iob. 31. 18.

Vaſa miſericordiæ. Rom. 9. 23.

Iſti ſunt filii olei. Zachar. c. 4. 14.

VIDE itaque, quî erga pauperes te habueris; de his ſiquidem Salvator:

Amen dico vobis, quamdiu feciſtis uni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis... quamdiu non feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Matth. 25. 40. 45.

Digitized by Google

MEDITATIO CXXIV.

De obligatione dandi Eleëmoſynam incumbente Eccleſiaſticis.

1. Rationes, quæ ab Eccleſiaſticis Eleëmoſynas exigunt.
2. Quæ conditiones ad Eleëmoſynam, ut ritè fiat, requiruntur?
3. Quæ mala Deus comminetur iis, qui Eleëmoſynam negligunt?

Propter mandatum aſſume pauperem: & propter inopiam ejus ne dimittas eum vacuum. Eccli. 29. 12.

Ex hoc patet, quòd non conſilium dumtaxat; ſed & præceptum ſit, dare Eleëmoſynam, hiſce Salvatoris noſtri verbis in Evangelio confirmatum: *Quod ſupereſt, date Eleëmoſynam. Luc.*11.41.

PUNCTUM I.

Gloria Sacerdotum eſt pauperum inopia providere. S. Hier. epiſt. ad Nepot. diſt. 16.

Aurum Eccleſia habet non ut ſervet, ſed ut eroget, & ſubveniat in neceſſitatibus. S. Amb. 22. q. 2. c. eod.

Nocte ac die operantes ne quem fortè gravaremus. 1. Theſſ. 2. 9.

Qui furabatur, jam non furetur; magis autem laboret manibus ſuis, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti. Eph. 4. 28.

CONSIDERA rationes, quæ ab Eccleſiaſticis Eleëmoſynas exigunt. Prima eſt, quòd Patres pauperum à Conciliis appellentur; *& ſi hoc non habent*, inquit Canon, *vanum nomen habent*. Altera eſt, quòd eorum ſit, bonum præbere exemplum, quod efficaciùs præbere non poſſunt, quàm dando Eleëmoſynam. Tertia ingentia bona ſunt, quæ dantibus Eleëmoſynam obveniunt, quæ hiſce verbis Salvator complectitur: *Date Eleëmoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis:* Eleëmoſyna ſcilicet ad emundandam peccatis omnibus animam, ſublimemque acquirendam ſanctitatem mirè conducit. Quarta denique Sanctorum omnium virorumque verè Apoſtolicorum exemplum eſt: manibus ſuis laborabat Apoſtolus, ut haberet undè tribueret neceſſitatem patienti: catalogum pauperum omnium in Urbe Romana degentium penes ſe Gregorius habebat, quorum duodecim

ſin-

ſingulos in dies ipſe in menſa miniſtrabat. Similia in SS. Ludovico, Carolo aliiſque ſexcentis videre fuit.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quæ conditiones ad Eleëmoſynam, ut ritè ac meritoriè impendatur, requirantur. Prima eſt, ut rectâ fiat intentione, præſertim ſi palàm fiat, quemadmodùm ab Eccleſiaſticis ſæpè fieri neceſſe eſt, id eſt, non fiat, ut videantur atque adeò honorificentur ab hominibus. Altera eſt, ut hilari ac bono animo fiat. Tertia, ut promptè. Quarta denique, ut liberaliter juxta facultates, quas unicuique donavit Deus.

Cum facies eleëmoſynam, noli tuba canere ante te...... Sed neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. Matth. 6. 2. & 3.

Receperunt mercedem ſuam. Ibid. 6. 5.

Non ex triſtitia aut neceſſitate; hilarem enim datorem diligit Deus. 2. Cor. 9. 7.

Qui miſeretur, in hilaritate. Rom. 12. 8.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, tamquam ultima Eleëmoſynæ incitamenta, ingentia mala, quæ Deus comminatur iis, qui Eleëmoſynam negligunt. In precibus imprimis ſuis non exaudientur: ***Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit & non exaudietur.*** Divitiæ inſuper eorum non augebuntur, ſed minuentur: ***Qui deſpicit pauperem, ſuſtinebit penuriam.*** Gratiæ quoque eis negabuntur: ***Non eſt benè ei Eleëmoſynas non danti.*** Quodque omnium malorum cumulus eſt, à Paradiſo velut reprobi arcebuntur.

Non protrahas datum anguſtiati. Eccli. 4. 3.

Qui parcè ſeminat parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. 2. Cor. 9. 6.

Prov. 21. 13. Ibid. 28. 27. Eccli. 12. 3.

Nonnè iſta teſtimoniorum farrago ex ſacris paginis deprompta ad perſuadendam tibi hanc obligationem ſufficit? Vide igitur, quid Eleëmoſynarum eroges. An erogas juxta tuas facultates? annè cum conditionibus requiſitis? Neceſſaria tibi ſubtrahenda forent pauperibus ſubventuro; quibus tamen nè ſuperfluum quidem fortaſſis impendis. Nè tibi hac in re blandiare; at verò cùm propria ſæpiùs in cauſa cæcutiamus, conſule directorem tuum, ut nôris, quantùm ſingulos in annos pauperibus debeas. Memento denique, quòd ex quo Clericus factus es, id eſt, pars & hæreditas Domini, non bona

Non memini me legiſſe, mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit. S. Hier. Ep. ad Nepot.

Væ, væ, tibi Clerice, mors in olla, mors in tuis deliciis eſt, &c. ſumptus Eccleſiaſticos gratis habere te putas: cantando, ut aiunt, tibi provenire videntur: bonum erat magis fodere aut mendicare; peccata enim populi comedis; &c S. Bern. decl. in illud. Ecce nos.

Si privatim poſſidemus, quod nobis ſufficiat, non illa noſtra ſunt, ſed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem

nobis uſurpatione damnabili vindicamus. San. Aug. Ep. 50. ad Bonif.

dumtaxat Eccleſiaſtica ſine controverſia pertineant ad pauperes; ſed & bona tua patrimonialia pauperum hæreditas facta ſint, cum quibus proindè dividenda ſunt.

Theſaurizate vobis theſauros in cælo &c. Matth. 6. 20. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Luc. 16. 9.

MEDITATIO CXXV.

De virtute fortitudinis Diacono propria.

1. Quæ fortitudo hæc in Eccleſiaſticis requiſita, & in quo conſiſtat?
2. Rationes, ob quas hæc virtus tam neceſſaria eſt.
3. Quando & quâ occaſione fortitudinem hanc exhiberi oporteat?

Accipe Spiritum ſanctum ad robur.

Hæc verba ſunt, quibus in Ordinatione Diaconi Epiſcopus utitur, quæque nobis ob oculos ponunt, quantùm ei fortitudinis atque animi ad Ordinis ſui obeunda miniſteria neceſſarium ſit.

Emitte in eos quaſumus, Domine, Spiritum ſanctum, quo in opus miniſterii tui fideliter exequendi ſeptiformis gratia munere roborentur. Pont in Ord. Diacon.

Ne formides à facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum, ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam æneam. Ierem. 1. 17. & 18.

Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Act. 6. 8.

Verſa, jam aſſatum eſt, manduca.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, fortitudinem, de qua hîc, in Eccleſiaſticis ac præſertim Diaconis requiſitam nihil eſſe aliud, quàm firmitudinem quamdam animi atque conſtantiam, adoriendi moleſta quæque ac difficilia, ubi de gloria Divina agitur, ſuſtinendique reſiſtentiam quamque atque oppoſitionem, quam inimici ſalutis noſtræ machinantur: adeò ut gemina ſint virtutis hujus officia, adoriri ſcilicet & ſuſtinere, agere & pati. Hâc fortitudine plenus erat Stephanus, cùm tanta Hieroſolymæ faciebat prodigia: Hâc præditus erat S. Laurentius, cum tormentis circumdatus tortoribus inſultabat.

Non carebis infinitis detractoribus & adulatoribus: hi oblivioni tra-

PUNCTUM II.

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſiaſticis tam neceſſaria hæc virtus eſt. Prima eſt, quòd

quòd res ſæpiſſimè contradictionibus refertas aggredi debeant, e.g. ſi abuſus quiſpiam abolendus, aut boni quidpiam in Parochia inſtituendum eſt, ſi Toparchæ cujuſdam tyrannidi occurrendum eſt, ut jura Eccleſiæ manuteneantur & ſimilia. Altera eſt, quod potentes ſint admodùm, qui nobis ad manum ſunt, inimici; hinc ſiquidem modis omnibus Diabolus inſtat, ut nos dejiciat: indè verò Mundus falſis ſuis ac damnabilibus axiomatibus, objectis ſenſibilibus ac illecebroſis, humanis quoque reſpectibus à bono, quod agendum decrevimus, nos avocat: Caro denique rudibus aſſiduiſque aſſultibus promiſſam impetit caſtitatem; adeò ut aſſiduo naufragii periculo exponamur, niſi Divinâ quadam fortitudine fulciamur, quâ fultos nihil ſtupefacit, nihil concutit, nihil evertit.

dendi; illi diſſimulandi. S. Bern. ſerm. 63, ſuper Cant.

Qui obſervat dicta hominum, nunquam aliquid bene faciet. Iuxta illud: qui obſervat ventos, non ſeminat. S. Tho. ſup. c. 11. Matth.

Per bonam, & malam famam, à dextris, & à ſiniſtris, Chriſti miles graditur, nec laude extollitur nec vituperatione frangitur. S. Hieron. in Prol. Eſth.

Non idcirco relinquenda eſt nobis Eccleſiaſtica diſciplina, aut Sacerdotalis ſollicitudinis cenſura, quoniam convitiis infeſtamur, aut terroribus quatimur. Sacerdos Dei Evangelium tenens, & Chriſti præcepta cuſtodiens occidi poteſt, non poteſt vinci. S. Cyp. ep. 5. ad Cornel. adver. minas Tyr.

Confortamini in Domino & in potentia virtutis ejus. Eph. 6. 10.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quòd, licet hæc animi fortitudo quâcumque occaſione exhibenda ſit; in eo tamen quàm maximè, ut bona propoſita cum vigore, conſtantiâ, atque robore animi executioni mandentur, nè vel latum unguem, quidquid occurrerit, ab eis recedendo. E. g. decreviſti, deinceps quocumque loco togam geſtare talarem, mentalem quotidie orationem inſtituere, compoſitam magìs, quàm antehac, ut verbo abſolvam, vitam ducere, regula tibi à te ipſo præſcripta exactè ſervanda eſt, nec quidquam tibi indulgendum eſt, qualecumque tandem tædium faſtidiumque ſe offerat.

EHEU! quantùm ad ſingulas actiones noſtras deſidiæ afferimus! quantulùm animi atque fervoris ad promiſſa Deo exoluenda! nonnè veriſſimum, quòd omnes defectus noſtri exiguæ fortitudini aſſcribendæ ſint? *Vſquequò marcetis ignaviâ?* quærit Spiritus ſanctus Joſuë 18. 3. Evigilemus ad verba iſta, atque ſurgamus ab ig-

Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis. Prov. 18 9.

S 5 na-

Sine me nihil poteſtis facere. Ioan. 15. 5.

navia noſtra, & fortitudinem tam neceſſariam obtineamus, geminam hanc methodum adhibeamus. A Deo imprimis, ſine quo nihil poſſumus facere, hanc poſtulemus. Nobis deindè ipſis violentiæ nonnihil inferamus; nihil enim ſine gratia poſſumus; ita quidem ut niſi illa nos faciat facere, nihil boni faciamus; nec tamen gratia facit nos facere ſine noſtra operatione, ad quam ipſa movet: adeoque non niſi natura noſtra corrupta aliquid violentiæ ſibi inferat.

Vos ergo confortamini & non diſſolvantur manus veſtra. 2. Par. 15. 7.

Nondùm enim uſque ad ſanguinem reſtitiſtis. Heb. 12. 4.

MEDITATIO CXXVI.

Quale ſibi exemplar Diaconi proponere debeant in muniis ſuis obeundis vitâque ducendâ.

1. Exemplar Diaconis proponendum Angeli ſunt.
2. In quo Diaconi Angelos imitari ac referre debeant?
3. Animadverſio.

Converſatio noſtra in cælis eſt. Phil. 3. 20.

PUNCTUM I.

Viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli ſtantis inter illos. Act. 6. 15.

CONSIDERA, cùm Diaconi omneſque Eccleſiaſtici facti ſint cives cælici, quatenus recepti in Hierarchiam, atque adeò vitam planè cæleſtem agere debeant; aptiorem actionum Regulam eis præſtitui non poſſe, quàm Angelos ipſos; quod etenim hi in cęlis, hoc ipſi in terris agunt: unde & Virtutes Angelicæ Diaconi nuncupantur à Patribus, & patronus eorum Stephanus in medio Synagogæ facie ſpecioſâ ac reſplendente tamquam Angelicâ viſus eſt. Hoc poſito,

PUNCTUM II.

Miniſtri Domini facientes verbum illius. Pſal. 102. 20. 2. Cor. 10.

CONSIDERA, qua in re Diaconi Angelos imitari ac referre debeant. In puritate impri-

primis, nullum in anima quantulumcumque inordinatum ferentes affectum, caſtitatemque inviolatam ſervantes in corpore, ut cum Apoſtolo dicere eis liceat: *In carne ambulantes non ſecundum carnem militamus*. Deindè in obedientia exacta, quam Spiritus illi beati, citra locorum perſonarumvè diſcrimen cæco quodam modo mandatis divinis deferunt: Ita ſcilicet & Eccleſiaſticis non alius debet eſſe animus, quàm ut Dei voluntatem quocumque modo cognitam in omnibus & ubique citra ullam moram adimpleant. Tertiò in reverentia, quam Divinæ Majeſtati cæleſtes illæ Intelligentiæ deferunt, utpotè coram qua aſſiduo cum tremore aſſiſtant. Quartò in perſeverantia; ſicut enim Spiritus iſti penitùs ignei laudem Deo cantare non ceſſant, neque aliud totius æternitatis decurſu acturi ſunt; ita & deliciæ Diaconi ſint oportet, precibus converſari cum Deo, Officium Divinum ritè recitare, omniaque munia ſua rectè obire: ſique cum hominibus quandoque agendum eſt, fiat hoc in conſpectu ac præſentia Dei, eamque ob cauſam, ut gratia & amor & Spiritus JESU CHRISTI eis inſpiretur.

Ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni ſapientia & in intellectu ſpirituali. Col. 1. 9.

Ut probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta. Roman. 12. 2.

Tremunt poteſtates.

Requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, &c. Apoc. 4. 8.

Abundet in eis totius forma virtutis, authoritas modeſta, pudor conſtans, innocentia puritas, & ſpiritualis obſervantia diſciplinæ. In moribus eorum præcepta tua fulgeant, ut ſuæ caſtitatis exemplo, imitationem ſanctam plebs acquirat, & bonum conſcientiæ teſtimonium præferentes, in Chriſto firmi, & ſtabiles perſeverent. Pont.

PUNCTUM III.

NONNE hoc veriſſimum eſt, quòd, ſi cogitationes hujuſmodi frequenter in mente noſtra verſarentur, noſtro meliùs officio faceremus ſatis? Diſcute hanc ſimilitudinem, quæ te inter & Spiritus illos beatos intercedere debet. Quid puritatis in corde & corpore tuo eluceſcit? Quid obedientiæ Deo reddis ac ſuperioribus tuis? Quàm fidelis hæc, quàm exacta eſt? Quid reverentiæ Majeſtati illi ſupremæ exhibes? Quoties non dico die, ſed horâ unâ extra Dei præſentiam conſtitueris? Ingemiſce præteritis: & cum deinceps ordinis cujuſcumque miniſterio fungeris, dicito temetipſi: quomodo

Digitized by Google

modo Angelus meus cuſtos ſeſe gereret, ſi hujuſcemodi actio ei incumberet? Hæc methodus eſt non citra affectum meritumque agendi quod agis, atque avertendæ à te maledictionis, quam incuriè ac negligenter ſibi ſervientibus Deus intentat:

Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter. Jerem. 48. 10.

Digitized by Google

MEDITATIONUM
DE VITA
ECCLESIASTICA
PARS SEXTA,
UBI AGITUR
De Sacerdotio, meritis, muniis & virtutibus ejus.

MEDITATIO CXXVII.

De excellentia Sacerdotii, ex etymologia ejus deducta.

1. Quid ſignificet vocabulum *Presbyter?*
2. Quid ſignificet vocabulum *Sacerdos.?*

Vos eſtis Presbyteri in populo Dei. Judith.8.21.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quid ſignificet vocabulum *Presbyter*. Si conſideretur ſecundum Regulas Grammaticales, ſignificat hominem ſenem atque ætate provectum; ſenſu verò accommodatitio ſignificat hominem ſapientiâ, prudentiâ, conſilio, majeſtate præditum, judicio maturum, juvenilis impetûs prorsùs expertem, cujuſmodi plerumque ſunt ii, qui muniis publicis admoventur, qui à Sanctis Patribus *Majores* appellantur; non quod tales reipſa ſint, ſi ſpectes ætatem; ſed quòd mente, judicio moribuſque majores ſint. Duplex ſiquidem, uti ſapiens advertit, ſenectus eſt, altera annorum numero computatur, al-

S. Auguſt. ſerm. 36. de verb. Domini.

Senectus enim venerabilis eſt non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. Sap. 4. 8. & 9.

Digitized by Google

altera ex vitæ integritate deſumitur; adeò ut non hominem ætate ſemper & barbâ canum denotet, qui Presbyterum nuncupat, ſed vitâ immaculatum. Atque hinc eſt, ut Venerabiles ac Diſcretæ Perſonæ, ut Patres, ut Reverendi denique Presbyteri appellentur.

Examina hîc temetipſum, num hiſce ſenioribus & tu accenſendus ſis, id eſt, num prudentiâ, ſapientiâ, aliiſque ſis virtutibus præditus, quæ populo te venerabilem exhibent. Quantum fortè levitatis geſtuumque juvenilium, quæ majeſtatem dedecent gravitatemque Sacerdotalem, in ſodalitiis quotidiè præ te fers? Quam paſſiones tuæ etiamnùm vehementes ſunt? Ingemiſce defectibus hiſce, modumque deinceps impone.

PUNCTUM II.

Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro omnibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona, & ſacrificia pro peccatis. Heb. 5. 1.

Sacerdos dicitur, quaſi ſacrum dans: dat enim ſacrum de Deo, id eſt, prædicationem, ſacram Deo orationem, ſacrum Dei in carnem & ſanguinem: da ſacrum pro Deo vivendi exemplum. Petr. Bleſ. ſer. 2. de vita & off. præſul. & Cler.

Considera, quid ſibi velit vocabulum, *Sacerdos.* Si accipiatur quoad Deum, Sacrificatorem ſignificat; ſi quoad populum, idem eſt, quod ſacra dans, ſacra docens, ſacer dux aut ſacra dos: quibus utique non obſcurè innuitur, totum Sacerdotis negotium in eo eſſe debere, ut totus Deo totuſque populo conſecratus ſit: Deo, inquam per ſacrificia, quæ offert; populo verò per Sacramentorum verbique Divini adminiſtrationem: Deo per commercium, quod in precibus cum eo habet; populo verò per communicationem ſpiritûs ac gratiæ, quæ alterius inſtar Moyſis in precibus impetravit: Deo denique, debitam ei gloriam honoremque reddendo ſupremum; populo verò, Religionis exercitiis animas eorum ſanctificando.

Eheu! quàm ab hoc negotio procul abſumus, toti mundo, toti rebus creatis, toti nobiſmetipſis, toti denique voluptatibus ac oblectamentis noſtris dediti ſumus. Nonne hoc veriſſimum, paucos admodùm eſſe, qui, cum Sacerdotes, conſecrantur, omnibus cogitant renuntiandum

eſſe,

Digitized by Google

eſſe, ut toti Deo atque ejus Eccleſiæ devoti ſint? Diſce hodie, non ſic filium patris, non ſic mariti eſſe uxorem, ut Dei atque Eccleſiæ Sacerdotem: adeò ut de te aliiſque Sacerdotibus quàm veriſſimè dici poſſit:

Non eſtis veſtri. 1. Cor. 6. 19.
Nemo veſtrum ſibi vivit. Rom. 14. 7.

MEDITATIO CXXVIII.

Excellentia Sacerdotii, ex præcipuis deducta ceremoniis Ordinationis Sacerdotalis.

1. Prima cæremonia vocatio eſt & præſentatio.
2. Altera teſtimonium bonum, quod Epiſcopus expetit.
3. Tertia manuum unctio. Quid hæc ſibi velit?

Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis, ungeſque eos & ſanctificabis, ut Sacerdotio fungantur mihi. Exo. 28. 1. & 4.

Ita Deus Moyſi, cum Aaronem eligeret Sacerdotio initiandum, atque hæ partim cęremonię, quas ibidem obſervatas cupiebat. Elucet hîc typus eorum, quæ in Sacerdotum Evangelicorum Ordinatione aguntur. Cum verò nihil adeò, ut cæremoniæ, Religionis noſtræ abſcondita pandat,

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd prima cæremonia vocatio ſit & pręſentatio Ordinandorum, quâ nomine Eccleſiæ per Archidiaconum offeruntur Epiſcopo. Atque hæc cæremonia inſpirationem denotat & interiorem Dei motionem, quæ in ſacros Ordines ſuſcepturo requiritur. Quæ proindè cæremonia, cùm prima ſit & fundamentalis, quàm maximè obſervanda eſt; licet enim aliis quoque Ordinibus ſit vocatio communis, magis tamen ſeriò examinanda eſt, ubi agitur de Sacerdotio. Sacerdotium imprimis Status Eccleſiaſtici caput eſt, ſtatus eſt perfectionis acquiſitæ & conſummatæ, Divina prorſus

Sanctam graduum, ad quos promovendi ſunt, & nominum ordinandorum ſignificationem Pontifex proclamat, hoc myſterio ſignificante, quòd Pontifex Dei amans interpres ſit divinæ electionis, qui non ex favore proprio eos qui ordinandi ſunt, ad divinam ordinationem adducat, ſed à Deo impulſus. S. Dionyſ. c. 5. Eccl. Hierar.

Sacerdos ſi pariter cum ſubditis peccat, non eadem, ſed acerbiora patie-

Digitized by Google

ſus tamque ſupra humanam elevata conditionem profeſſio eſt, ut proprio illud motu deſiderare, quærere, ambire, immò & vovere non liceat. Præterea majus in Sacerdotio, quàm in alio quovis Ordine periculum eſt: undè & Sancti plurimi, qui ad Ordines quandoque inferiores induci ſe paſſi ſunt, ſuſcipiendo ſemper Sacerdotio quàm maximè reluctati ſunt.

Tu verò quomodò huc intraſti? An non teipſum ad Sacerdotium tu ipſe vocaſti? O te felicem, quiſquis Sacerdotio nondùm initiatus es! Habes ſcilicet opportunitatem ſeriò de eo cogitandi.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quòd, poſtquam cautionem, ut ita dicam, ab Archidiacono pro capacitate ac meritis Ordinandorum fidejubente accepit, atque adeò ad cæteras eos cæremonias admiſit Epiſcopus: populi imprimis teſtimonium expetit, oſtenſurus utique, quàm innocentem oportuerit eſſe vitam illius, qui Ordines ſuſcepturus eſt, quàm non modò à malo ſed & ab omni ſpecie mali immunem. Ratio verò, ob quam populi expetitur teſtimonium, hæc eſt, quòd Sacerdos virtutum omnium bonorumque operum exemplo ſæcularibus prælucere, quodque actionibus ſuis, verbis, quin & ipſo ſilentio, bonum Chriſti odorem, quo plenus ſit oportet, in omni loco diſpergere debeat.

Profectò, an non mendacium Archidiacono extorſiſti, quando hoc de te teſtimonium: *Scio & teſtificor eum dignum eſſe?* Ecquam vitam duxeras? Expende nonnihil; ſed ut temeritatis tuæ te pudeat, veniamque à Deo depreceris,

PUNCTUM III.

CONSIDERA, aliam Ordinationis cæremoniam præcipuam eſſe Unctionem, quâ Ordinandi manus unguntur; quando & Epiſcopus ſignum Cru-

tur. S. Chryſ. hom. 27. in Matth.

Si peccas privatim, nihil tale paſſurus es; ſi in Sacerdotio, periſti. Sanc. Chryſ. hom. 3. in Act.

Poſtulat ſancta Mater Eccleſia, &c. Neque enim fuit fruſtra à patribus inſtitutum, ut de electione illorum, qui ad regimen altaris adhibendi ſunt, conſulatur etiam populus, quia de vita & converſatione præſentandi, quod nonnunquam ignoratur à pluribus, ſcitur à paucis: & neceſſe eſt ut facilius ei quis obedientiam exhibeat ordinato, cui aſſenſum præbuerit ordinando. Horum ſiquidem Diaconorum in Presbyteros auxiliante Domino ordinandorum converſatio, quantum mihi videtur probata, & Deo placita exiſtit & digna, ut arbitror, Eccleſiaſtici honoris augmento. Sed ne unum fortaſſe vel paucos aut decipiat aſſenſio, aut fallat affectio, ſententia eſt expetenda multorum. Itaque quid de eorum actibus, aut moribus noveritis, quid de merito ſentiatis; libera voce pandatis, & his teſtimonium Sacerdotii magis pro meritis quam affectione aliqua tribuatis; ſi quis igitur aliquis habet aliquid contra illos; pro & propter Deum, cum fiducia exeat & dicat de eo, veruntamen memor ſit conditionis ſuæ. Pont.

Oleum liquoribus aliis ſuperfertur, oleum ignem

Digitized by Google

Crucis à dextera ad ſiniſtram efformans, dum canitur hymnus: *Veni Creator*, ita dicit: *Conſecrare & ſanctificare digneris, Domine, manus iſtas per iſtam Unctionem & noſtram benedictionem.* Atque hâc cæremoniâ gratiæ imprimis plenitudo notatur, quæ tum pro ſe tum pro aliis Sacerdoti donatur. Significatur item zelus fervidus, viſcera miſericordiæ, bonitatis ac manſuetudinis, quæ virtutes juxta Patrum ſententiam oleo adumbrantur, quibus præditum eſſe oportet Sacerdotem. Denotatur denique hâc unctione, quod unctionis ſacro-ſanctæ Filii Dei Sacerdos reddatur particeps, Regumque ſimul & Sacerdotum, qui olim ſolebant injungi, dignitate donetur. At verò quàm pauci gratiæ hujus plenitudinem atque abundantiam accipiunt! Quàm pauci manſuetudine iſtâ atque patientiâ aliiſque virtutibus unctione illâ ſignificatis eluceſcunt!

Cave, ne modicùm unctionis interioris, id eſt, ne modicùm gratiæ in Ordinatione acceptæ, æternæ tuæ reprobationis argumentum ſit; ſic enim de Saüle, quia uncto dumtaxat *lenticulâ olei*, 1. Reg. 10. 1. ratiocinatur Gregorius. Cujus unctioni modicam plurimorum Eccleſiaſticorum gratiam comparat:

Quid eſt, quòd lenticulâ Saül ungitur, niſi quia in fine reprobatur?

fovet, oleum vulnera curare conſuevit: per illud ergo miſericordia bonum ſignificatur, quia ſcriptum de Domino eſt: Miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus: quia ignem fovet, prædicationis gratiam deſignat, quæ electorum mentes illuminat: quia vero vulnera per oleum curantur, hoc profectò inſinuat, quòd detergenda ſunt vulnera peccatorum. Ungatur ergo caput Regis, quia ſpiritali gratia mens eſt replenda doctoris: habeat in unctione ſuaoleum, habeat miſericordiam abundantem qua ſibi virtutibus aliis præferatur; habeat nihilominus oleum medicinæ, ut ſapienter diſponat, qualiter fœtores peccatorum tergat, & ægras mentes ſaluti reſtituat. S. Greg. l. 4. c. 5. in 1. Reg. c. 9.

T ME-

MEDITATIO CXXIX.

CONTINUATIO MEDITATIONIS PRÆCEDENTIS.

De cæremoniis, quibus ordinis Sacerdotalis meritum innoteſcit.

1. Poteſtas Sacerdoti hiſce verbis collata: *Accipe poteſtatem offerre*, &c.
2. Manuum impoſitio & ſignificatio verborum, quæ in earum impoſitione ab Epiſcopo proferuntur.

Poſt manuum inunctionem, Calicem vino plenum & patenam hoſtiâ onuſtam, tamquam partialem atque eſſentialem Ordinationis materiam, Ordinando Epiſcopus offerens, hæc verba ſubjungit:

Accipe poteſtatem offerre ſacrificium Deo, miſſaſque celebrare tam pro vivis quam pro defunctis, &c.

PUNCTUM I.

CONSIDERA collatam Sacerdoti hiſce verbis poteſtatis magnitudinem atque excellentiam; accipiendo ſiquidem poteſtatem offerendi Deo Sacrificium, in Sacrificii ſimul victimam atque hoſtiam jus accipit, id eſt, in JESUM CHRISTUM, ut ubicumque & quandocumque & quotieſcumque illi libuerit, de cælo eum in terram, ut ita dicam, accerſat, *obediente Deo voci hominis*, atque adeò Patri eum offerat holocauſtum, populoque deindè diſtribuat.

O poteſtas ineffabilis, quæ in nobis habitare dignata eſt per impoſitionem ſanctorum Sacerdotum! O quam magnam in ſe continet dignitatem formidabile & admirabile Sacerdotium! S. Ephrem.

Ecquæ poteſtas huic valeat comparari, quâ Regale JESU CHRISTI Sacerdotium commune fit homini? Huic ille ſuam provinciam ad Altare demandat, ut ſuo nomine loquatur, ſacrificet atque operetur. Sicui novi cæli novorumque ſiderum creandorum facultatem tribuiſſet, quo tandem in pretio ab hominibus homo ille haberetur? Quid verò hæc poteſtati collata, quâ Sacerdos in Altari cæli terræque ſiſtit Conditorem?

Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei. Iob. 41. 24.

Legatione pro Chriſto fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. 2. Cor. 5. 20.

Chriſtus ipſe eſt qui offert, ipſe qui offertur S. Chryſ. in Liturgia ſua.

rem? Ecquis credat, niſi fides doceret, eum, quem ab omni retrò æternitate tamquam Deum Deus Pater genuit, quemque Diva Virgo tamquam hominem in tempore peperit, tamquam Deum ſimul atque hominem à Sacerdote produci? Gratês habe Deo pro favore tam ſingulari. Veniam ab eo pete defectuum potiſſimorum, quos contra hanc dignitatem admiſiſti.

Verè veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manibus Dei filius velut in utero virginis incarnatur. S. Auguſt. Conc. 2. ſup. Pſal. 37.

O miraculum! ô benignitatem! qui cum patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo Sacerdotum manibus pertractatur. S. Chryſ. lib. 3. de Sac.

PUNCTUM II.

ALTERA cæremonia, quæ Sacerdotis dignitatem mirum in modum extollit, impoſitio manuum eſt, quas dum imponit Epiſcopus, ait: *Accipe Spiritum ſanctum*, &c. Quæ altera materia atque forma eſſentialis eſt, juxta exemplum Summi Sacerdotis dicentis Apoſtolis: *Accipite Spiritum ſanctum*, in Eccleſia ſemper uſitata. Cujus myſteria ut meliùs innoteſcant,

Quem effudit in nos abundè. Tit. 3. 6.

Suar. l. 12. c. 5. in 1. part. Alenſ. 1. par. q. 75 4. c. 1. Salmeron in c. 5. ad Rom.

COGITA, quid ſignificetur per Spiritum ſanctum. Significatur imprimis plenitudo gratiæ, ut præcedenti meditatione viſum eſt, Ordinando collata, non ad ejus dumtaxat, ſed & aliorum utilitatem. Significatur deindè poteſtas atque character, quæ velut emanationem quamdam authoritatis ſupremæ JESU CHRISTI, ad producendos effectus ſupernaturales, e.g. remiſſionem peccatorum gratiæque infuſionem, Sacerdos accipit. Significatur denique, non gratiam modò ſanctificantem atque gratis datam Ordinando conferri, ſed & gratiarum omnium Authorem ac ſcaturiginem, id eſt, Spiritum ſanctum, æternum cum eo commoraturum; adeò ut, quemadmodum Sacerdotis criminibus non abolêtur character, ita nec animâ ejus pelli queat Spiritus ſanctus, ſed ſemper in eo commoretur, non eum quidem, ſi ſe reddat indignum, ſed alios per eum ſanctificaturus. Vide, quid verbis illis, *accipite Spiritum ſanctum*, ſignificetur. Illa ſunt quorum virtute portas inferni obſerare, reſerare

Quidnam hoc aliud eſſe dicas, niſi omnium rerum cæleſtium poteſtatem illis à Deo conceſſam? Quorumcumque enim, ait, retinueritis peccata, retenta ſunt: quænam obſecro poteſtas hac una major eſſe queat? S. Chryſ. lib. 3. de Sac.

cæli, diabolicæ captivitati hominem eripere, Dei filium adoptare, à peccato, quod omnium eſt malorum maximum, liberare, gratiaque donare Sacerdos valet.

NUMQUID hæc urgentia ſatis argumenta ſunt, quæ Sacerdotii noſtri excellentiam nobis perſuadeant? noſque revocent intra noſipſos, diſpecturos utique, quoties Divinum hunc Spiritum contriſtaverimus, atque adeò piaculi hujus veniam quàm humillimè deprecaturos, cum Propheta dicentes:

Ne projicias me à facie tuá: & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me. Pſalm. 50. 13. 14.

MEDITATIO CXXX.

Excellentia Sacerdotii deducta ex collatione cum Sacerdotibus veteris Teſtamenti.

1. Diſcrimen, quod eorum inter ſacrificia & noſtrum intereſt.
2. Diſcrimen, quod eorum inter noſtramque ſanctitatem intereſſe oportet.

Lex per Moyſen data eſt; gratia & veritas per JESUM CHRISTUM *facta eſt.* Joan. 1. 17.

Id eſt, quantùm Legem inter & Evangelium, vetus inter novumque Teſtamentum, Moyſen inter & IESUM CHRISTUM intereſt; tantum quoque vetus inter Sacerdotium atque Evangelicum intereſſe neceſſe eſt. Ita ut ſi

Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſerviunt. Heb. 13. 10.

Reprobatio fit præcedentis mandati propter infirmitatem ejus & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex; introductio verò melioris ſpei, per quam proximamus ad Deum. Heb. 7. 18. 19.

PUNCTUM I.

CONSIDERES imprimis, quid eorum Sacrificia fuerint, nonniſi umbram figuramque noſtrorum ea vocet Apoſtolus, quæ nec Deo grata, nec ulla erant perfectione prædita, niſi quatenus illud, quod nos modò habemus, præſagiebant. Unde & Patri Cæleſti Salvator noſter: *Holocauſtum pro peccato non poſtulaſti,*

Digitized by Google

laſti, Tunc dixi: Ecce venio. Pſal. 39. 7. & 8. perinde atque ſi diceret: ſcio, Pater, nec hoſtias pacificas, nec holocauſta, nec hoſtias pro peccato nec alias tibi placere oblationes, atque ideo ego ipſe venio, in locum horum ſacrificiorum ſubſtituendus. Quòd ſi inſuper ſacrificiorum eorum conſideres victimas, invenies has nonniſi tauros fuiſſe atque hircos, agnos, oves, volucres, ſimiliaque animalia, quæ immolabant; at verò in noſtris quotidiè Altaribus Corpus & Sanguis ipſius Dei offertur. Quod denique ad efficaciam eorum attinet, hanc nullam habebant in ſemetipſis: unde & *infirma & egena elementa* illa vocat Apoſtolus, utpote quæ non poſſent auferre peccata; hæc verò virtute infinitâ Sanguinis JESU CHRISTI, quibus applicatur, efficaciſſimè remittit Sacrificium noſtrum, quippe quod unum idemque ſit cum eo, quod in Cruce oblatum eſt.

PUNCTUM II.

HOc poſito, quod veriſſimum eſt, ſi tanta à te exigatur ſanctimonia, quanta à veteribus illis Sacerdotibus, anne hæc nimia erit? Vides, in quo munus eorum verſaretur, in bobus utique mactandis, jugulandis animalibus, iiſque diſpertiendis, in portionibus ſeparandis, quæ vel offerendæ erant in Altari, vel Sacerdoti donandæ, in accendendo denique igne, lignis afferendis, aliiſque ſimilibus, quæ lanionum potiùs atque coquorum erant, quàm Sacerdotum; & tamen ne minimum quidem ſordium in iis patitur, ut ſancti ſint ſine intermiſſione commendat: *Sancti eſtote; quia ego ſanctus ſum. Sanctificabor in iis, qui appropinquant ad me: omnis homo de ſemine tuo*, inquit Aaroni, *qui habuerit maculam, non accedet ad Altare. Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, ſanctificentur.* Minas addit, exequitur, quod minatur, in aliorum exemplum; & nos interim, qui quotidie Agnum offe-

In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Mal. 1. 11.

*Umbram lex habens futurorum bonorum, non ipſam imaginem i. ſub*ſtantiam *rerum.* Hebr. 1. 10.

Impoſſibile eſt ſanguine hircorum & taurorum auferri peccata. Heb. 10. 4.

Terribilia atque horrifica fuerunt, quæ gratiam tempus præceſſerunt, quod genus fuerunt tintinabula, mala punica, lapides pectori Sacerdotis ſuperpoſiti, mytra, cydaris, &c. at vero ſi quis ea, quæ gratiæ tempus advexit, examinet, terribilia, atque horrifica quæ dixi, judicabit eſſe admodum levia, ac quod de lege à Paulo dictum eſt, hic demum verum eſſe comperiet, quandoquidem ne glorificatum quidem fuit, quando glorifi-

Digitized by Google

catum eſt in hac parte propter eminentem gloriam. Nam cum conſpicis Dominum immolatum, & illic ſitum Sacerdotem ſacrificio incumbentem, preces fundentem; etiamne te inter mortales verſari, atque in terram conſiſtere cenſes? Et paulò pòſt,

Adeſt Sacerdos non ignem geſtans, ſed Spiritum ſanctum, is preces diuturnas fundit; non ut flamma cælitus delapſa, ſacra appoſita abſumat; ſed ut gratia influens in ſacrificium, per illud ipſum omnium animos inflammet & puriores reddat argento igne examinato purgatòque. S. Chryſ. l. 3. de Sac. l. 5.

Filii Belial, neſcientes Dominum, neque officium Sacerdotum. 1. Reg. 2. 12. & 13.

Si in figura tanta obſervantia: quanta in veritate? S. Ambroſ. l. 1. de off. 30.

offerimus ſine macula, Sanctum Sanctorum, Deum cæli & terræ, qui eumdem intra nos ſumimus, in ſtatu ſalutis verſari nos arbitramur, ſi modò peccatis lethiferis enormioribus ac ſcandaloſis reperiamur immunes.

Væ iis, qui miniſterii ſui majeſtatem non ſatis attendunt! Emendemus nos atque emendationem illam à magno exordiamur pretio, quod miniſterio noſtro deinde ponamus, non noſtri gloriam ſed majorem inde ſanctimoniam nobis conciliaturi, neque in creaturarum amorem atque adeò ſervitutem tam facilè deinceps abjiciendi.

Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & revertamur ad Dominum. Thren. 3. 40.

MEDITATIO CXXXI.

Excellentia Sacerdotii deducta ex comparatione cum gratia Chriſtianiſmi.

1. Bona, quæ in animam Chriſtiani gratia invehit Chriſtianiſmi.
2. Quantum hanc excellat gratia Sacerdotii.

Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Coloſſ. 3. 3.

Hoc gratia efficit Chriſtianiſmi, elevat hominem ſupra ordinem naturæ corruptæ, eùmque novam in Deo efficit creaturam: at verò Sacerdotium ſupra communem gratiæ ordinem elevat Sacerdotem, ut ſingulari quadam unione Jesu Christo conjungat. Quæ comparatio ut clariùs eluceſcat,

PUNCTUM I.

Considera imprimis bona, quæ in anima Chriſtiani gratia operatur Chriſtianiſmi, videbis profectò veriſſimum eſſe, quòd factam peccato ruinam quamcumque reſtauret, quòd à ſervitute concupiſcentiæ liberet ani-

animam, quòd tenebras intellectu ejus, quòd voluntate infirmitatem exturbet, quòd à philautia eam expurget, quòd ab amore creaturarum avellat, ut novo eam amore repleat, qui ad ſummo Bono perfruendum adducat, quòd denique in ſuis eam infirmitatibus roboret: utque verbo uno complectar omnia, ex homine, qui naturâ ſuâ Deo inimicus eſt, efficit hæc gratia JESU CHRISTI membrum atque adeò Dei Filium ac hæredem.

Vide, quid gratia operetur Chriſtianiſmi.

PUNCTUM II.

AT vide exadversò, quantùm hanc excellat gratia Sacerdotii; quod ſi enim juxta Apoſtoli axioma dignitas membrorum JESU CHRISTI penes dignitatem deſumenda ſit loci, quem in corpore ejus occupant, peneſque majòrem aut minorem ſpiritûs ac vitæ ejus participationem, prima utique nobilioraque JESU CHRISTI membra ſunt Sacerdotes; hi enim non modò corporis ejus oculi ſunt, ut illuminent alios conducantque, non modò manus & brachia ſunt, ut cæteras corporis partes, id eſt, Laicos protegant; ſed & capita ſubalterna ſunt, quatenùs participes ſunt Sacerdotii JESU CHRISTI, qui caput ejus primitivum eſt. Sacerdotes ſunt, quorum ille miniſterio gratiam ſuam fidelibus in Sacramentis infundit: Sacerdotes ſunt, quorum miniſterio eos docet: Sacerdotes ſunt, quorum miniſterio eos format, dum naſcuntur in Baptiſmo, morbidos ſanat in Sacramento Pœnitentiæ, corpore ſuo naturali paſcit in Sacramento Euchariſtiæ. Quanta dignitas! quanta majeſtas! quanta creaturæ vilis evectio!

Sine his (Presbyteris) neque ſalutis, neque promiſſorum bonorum compotes fieri poſſumus; nam ſi non poteſt quis regnum cælorum ingredi, niſi per aquam & Spiritum ſanctum regeneratus fuerit, & qui non manducat carnem Domini, æternâ vitâ privatur, & omnia hac haud aliter quàm per manus Sacerdotum perficiuntur; quî fiet, ut citra illorum opem, aut gehennæ ignem evitare quis poſſit, aut repoſita in cælo corona merita aſſequi? Hi enim ſunt quibus tum concredita ſunt ſpirituales parturigines, tum etiam baptiſmatis partu à Deo eſt commiſſus. Per hos ipſos Chriſtum induimus, unà cum Dei filio ſepelimur, & beati illius capitis membra efficimur. S. Chryſ. lib. 3. de Sac. cap. 4.

CONCLUDE hinc, quàm magna quàmque cumulata eſſe debeat gratia Sacerdotis, cujus utique eſt, alios ſanctificare. Multum eſt, gratiâ præditum eſſe Chriſtiani; at verò Sacerdos, qui hâc majorem adeptus non eſt, in ſtatu ſalutis non verſatur.

 Fru-

Fruſtrà ſiquidem tantum circumſpectionis poſtularet Apoſtolus, quando vel ii ſunt Ordinandi, qui qualitates ad hoc afferunt exteriores, niſi & ampliori eis gratiâ opus eſſe cenſeret, cùm dicit:

Manus nemini citò impoſueris, &c. 1. Tim. 5. 22.

Animadverte, quod dico, & vide, quid ſupra vulgum agas Chriſtianorum.

Cui enim commendaverunt multùm, plùs petent ab eo. Luc. 12. 48.

MEDITATIO CXXXII.

Excellentia Sacerdotii deducta ex collatione cum Dignitate Matris Dei.

1. Similitudo Sacerdotis inter & Matris Dei miniſteria.
2. Circumſtantiæ, quæ dignitatem illius hujus quodammodò dignitate mirabiliorem reddunt.
3. Quid noſtram inter & Matris Dei vitam ſimilitudinis intercedere debeat?

Beatus venter, qui te portavit; & ubera, quæ ſuxiſti. Luc. 11. 27.

Dignitatem Matris Dei non abs re tam altè extollit Evangelium, cui nihil quidem comparatum derogatumque volumus; ſed idem tamen, proportione ſervatâ, de dignitate Sacerdotii cum Auguſtino dicere poſſumus. Huic ut videas applicatum.

PUNCTUM I.

Licet beatiſſima Virgo Maria, dignior & excellentior fuerit Apoſtolis univerſis; non tamen illi, ſed iſtis Dominus claves regni cælorum commiſit. Innocent. III. de pœnit. c. rem. c. nova quæ quam.

CONSIDERA ſimilitudinem Sacerdotis inter & Matris Dei miniſteria: Si hæc caſtis concepit viſceribus Verbum Incarnatum; ipſum hoc Verbum eſt, quod verbis conſecratoriis in Altari ſiſtunt Sacerdotes: Si hunc unicum Dei Filium peperit, ſi lactavit, ſi geſtavit in ulnis; idem quodammodò quotidie agunt Sacerdotes, dum Corpus illud pretioſum tractant, dum manducant, dum circumferunt, dum pe-

Digitized by Google

petentibus diſtribuunt. At verò inter duas haſce præſtantiſſimas dignitates hanc præſertim ſimilitudinem attende: Quemadmodùm imprimis ad producendum formandumque Corpus Filii Dei in utero ſacratiſſimæ Virginis, ſupervênit in eam Spiritus ſanctus; idem quoque Spiritus ſanctus, cùm in Ordinatione dictum eſt: *Accipe Spiritum ſanctum*, Sacerdoti donatus eſt, hujus ſcilicet miniſterio idem Filii Dei Corpus in Altare producturus. Quemadmodùm itidem quinque hiſce verbis: *Fiat mihi ſecundùm Verbum tuum*, Myſterium Incarnationis completum eſt; ita & quinque hiſce: *Hoc eſt enim Corpus meum*, Conſecratio perficitur.

Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Luc. 1. 35.

Ibid. Luc. 1. 38.

Sacerdotum mirare majeſtatem; ſed & mirare grandes non rarò peccatores ex ſemetipſis citra ullam prorsùs vocationem ad eam aſpirare dignitatem, quæ & Angelos tremore, & ſanctiorum quorumque mentes terrore percellit.

PUNCTUM II.

QUÒD ſi verò gemini hujus myſterii, Incarnationis utique atque Euchariſtiæ, circumſtantias expendis, in hac profectò mirabilius aliquid quàm in illa perſpicies. In illa procul dubio caſtis ſe clauſit viſceribus puriſſimæ Virginis Dei Filius; in hac verò polluti ſtomachum peccatoris ingreditur. Illîc paſſibilis etiamnùm atque mortalis erat; hîc verò humanæ cujuſque expers infirmitatis, &, quemadmodùm in cælo, gloriæ compos eſt. Illa non contigit niſi ſemel; hæc verò quotidie non ſemel. Illîc pabulum ipſe ſumebat à Virgine Matre; hîc verò ſuo ipſius Corpore ac Sanguine pretioſo ipſum paſcit Sacerdotem. Illîc à ſacratiſſima Virgine accepit humanitatem; hîc verò Sacerdoti junctam humanitati Divinitatem impertit.

Quis audivit unquam tale? aut quis vidit huic ſimile? Iſa. 66. 8.

Quàm mirabilia! quantus Dei erga creaturas tam caducas exceſſus amoris! Quidquid enim

Omnium quidem donorum magna eſt gratia; inter omnes autem ma-

nima eſt ſacerdotalis dignitas. S. Chryſ. hom. 15. in Matth.

pro univerſa natura humana in Incarnatione egit Dei Filius, hoc ipſum eſt, quod in Myſterio Euchariſtiæ pro quoque egit individuo, atque adeò pro te, & ſigillatim quidem, dum ad Sacerdotium vocavit, id eſt, quemadmodùm ſui erga naturam humanam amoris ſpecimen luculentius præbere non potuit, quàm hominem ſe reddendo, nec erga quodque individuum luculentius quàm ſacrâ Communione; ita nec luculentius edere potuit erga te, quàm vocando ad Sacerdotium.

PUNCTUM III.

CONCLUDE modò, cùmque dignitas tua ad Matris Dei dignitatem nonnihil accedat, quid tuam inter atque hujus vitam ac ſanctimoniam ſimilitudinis intercedat, etiam atque etiam vide. Sique poſt virtutes ejus tam eximias, dicere de eo Domino noſtro JESU CHRISTO Filio ejus non vereatur Eccleſia: *Non horruiſti Virginis uterum*; ecquid tu tandem, qui à perfectionibus ejus immenſùm diſſides, ecquid, inquam, opinionis de teipſo efformes?

PUDEAT te, perque merita ejus atque interceſſionem, quod tibi deeſt, à Domino poſtula, cùmque tam ſingulare te inter atque ipſam commercium intercedat, duo hæc impoſterùm te acturum decerne, devoturum te imprimis, quoad vixeris, ejus obſequio, nunquam deindè ad Altare te acceſſurum, niſi ejus implorato auxilio; de ea ſiquidem Spiritus ſanctus:

Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino. Prov. 8. 35.

ME-

MEDITATIO CXXXIII.

Excellentia Sacerdotii deducta ex comparatione ejus cum dignitate Regia.

1. Diſcrimen hoc Regiam inter atque Sacerdotalem dignitatem ex earum imprimis fine deducitur.
2. Deinde ex earum authoritate.
3. At verò Regnum Sacerdotum *non eſt de hoc mundo.*

Ecce conſtitui te ſuper gentes, & ſuper regna. Jerem. 1. 10.

Quod hiſce verbis promiſit olim Ieremiæ Dominus, in Sacerdotum perſona completum hodie reperitur. Cujus veritas ut perſpiciatur,

PUNCTUM I.

NON niſi finis attendendus eſt, ob quem & Reges & Sacerdotes inſtituti ſunt. Reges, Apoſtolo teſte, divinitùs inſtituti ſunt, ut bonos cuſtodiant, malos reprimant, ut opera perverſa gladio puniant, populum in pace conſervent, inimicos ejus arceant, bonorum ſocietatis civilis, quæ nonniſi carnalia atque adeò nonniſi caduca eſſe poſſunt, eum participem reddant; at verò inſtituti ſunt Sacerdotes, ut ad ſocietatem Patris & Filii & Spiritus ſancti, ad æternam adoptionem homines perducant, Corporis JESU CHRISTI atque adeò vitæ ejus conſortes efficiant, quæ omnia bona ſempiterna ſunt atque incomprehenſibilia.

NONNE jam tùm manifeſtum eſt, quòd Chriſtianorum Sacerdotum dignitati Regum dignitas hac in parte primas concedat? Sed etiam plùs ultra perge,

Vid. diſt. 96. à Can. 19. ad 114. præclara.

In novo teſtamento Sacerdotium præminet regno, ſicut ſpiritus corpori; in veteri verò regnum præeminebat Sacerdotio. S. Tho. in ep. 1. Pet. c. 2.

Non ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt: vindex in iram ei, qui malum agit. Roman. 13. 4.

Quantò anima corpore præſtantior eſt, tantò Sacerdotium excellentius regno: ſolvit enim, aut ligat ſupplicio, vel remiſſione dignos. S. Clement. de conſt. Alp. l. 2. c. 14.

Per eos regenerati eſtis æterna regeneratione, per ipſos vobis portæ cælorum aperiuntur. S. Chryſoſt. hom. 10 in ep. ad Theſ.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quò uſque utrorumque ſe extendat authoritas. Rex, teſte Chryſoſtomo, ditionibus ſuis ſubditum poteſt exigere; Sacer-

Alii ſunt termini regni, alii Sacerdotii: hoc regnum illo majus eſt, Sacerdotii jus è ſupernis deſcendit, &c. Regi ea

Digitized by Google

cerdos verò paradiſi fores obſerare; huic enim ad ligandum æquè atque ſolvendum claves datæ ſunt: Regi corpora commiſſa ſunt; Sacerdoti animæ: huic proindè adgeniculantes vel ipſi Reges reverentiam exhibent. Quodque rei caput eſt, vel à ſua nativitate vel certè populi electione, quæ corrumpi poteſt, ſuam ſortiuntur Reges dignitatem; ſuam verò Sacerdotes ex vocatione Jesu Christi, qui delectu ſapientiâ ſimul & bonitate pleniſſimo ab aliis eos ſegregavit, quique eos deligendo eo, ad quod evehit, miniſterio dignos reddit.

quæ hic ſunt, commiſſa ſunt; mihi cæleſtia, mihi cum dico, Sacerdotem intelligo. S. Chryſ. hom. 4. in illud Iſa. In anno quo mortuus eſt Rex Oſias. L. 1. de Sac. c. 4.

Regi corpora commiſſa ſunt; Sacerdoti animæ: Rex maculas corporum remittit; Sacerdos autem maculas peccatorum: ille cogit; hic exhortatur: ille neceſſitate; hic conſilio: ille habet arma ſenſibilia; hic arma ſpiritualia: Ille bellum gerit cum barbaris; mihi bellum eſt adverſus dæmones: major hic principatus, propterea Rex caput ſubmittit manui Sacerdotis, & ubique in veteri ſcriptura Sacerdotes inungebant, Reges. S. Chryſ. ibid.

Anne modò hanc Ambroſii ſententiam quis obſtupeſcat: ***Aurum non tam pretioſius eſt plumbo, quàm Regia poteſtate altior eſt dignitas Sacerdotalis?*** Illa ſcilicet terræ anguſtia concluditur; iſta verò ad cælos uſque atque inferos protenditur, de qua proindè quodam loquendi modo dici poteſt: *Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus.* Ne verò fulgor dignitatis iſtius te excæcet,

PUNCTUM III.

Considera ſimul atque memento te Regem imò Rege ſublimiorem, quatenùs Sacerdotem, quia eatenùs Jesu Christi in terris vices geris: Atqui dicit ipſe in Evangelio: ***Regnum meum non eſt de hoc mundo:*** Unde & tu mundo mortuus ſis oportet; oportet, inquam, ut nihil tibi cum eo, id eſt, cum vanitatibus, pompis, voluptatibus atque honoribus ejus commercii ſit. Hoc verò eſt eſſe Regem, hæc methodus unica & Dei & hominum, Principum etiam ſæcularium gratiam ſibi conciliandi, ſi mundi honores, divitias atque oblectamenta quis deſpiciat pedibuſque proculcet.

Aurum non tam pretioſius eſt plumbo, quàm regia poteſtate, altior eſt dignitas Sacerdotalis. S. Ambr. de dign. Sac c. 2. Pſalm. 8. 8.

Regnum meum non eſt de hoc mundo. Ioan. 18. 36.

Examina temetipſum, an nihil in te reſideat adhæſionis, quæ huic ſpiritui mortis, in quo quoad omnes res mundanas te vivere oportet, adverſetur. Scrutare præ omnibus occultas animi

Digitized by Google

mi adhæſiones, quibus vel aliis prætextu boni ſpiritualis, vel tibimetipſi quoad opiniones, ſtudia, exercitia & judicia proximi nimis adhæreſcis: inquire earum cauſas, occaſiones remediaque opportuniſſima, lumen Sancti Spiritus hanc ob cauſam implorans, totumque te illi committens, ut ipſe in te ſcrutinium hoc inſtituere dignetur:

Emitte lucem tuam & veritatem tuam, &c. Pſalm. 42. 3.

MEDITATIO CXXXIV.

Excellentia Sacerdotii ex nominibus deducta, quibus Sacerdotes Scriptura Sacra condecorat.

1. In veteri Teſtamento Mediatores, Chriſti, Angeli, Dii nuncupantur.
2. In novo Sal, Lumen, Dei adjutores, Homines Dei, Vicarii atque Legati Jesu Christi.

Scrutamini Scripturas. Joan. 5. 39.

PUNCTUM I.

Considera, honoris inter titulos, quibus in Veteri Teſtamento Sacerdotes Scriptura Sacra condecorat, quatuor aut quinque eſſe potiſſimos, quibus & Sacerdotii meritum & dignitas perfectiſſimè nobis innoteſcit. Mediatores imprimis nuncupantur Deum inter & populum, quales ut ſint, vi precum & ſacrificiorum ſuorum, intentatas peccatis populi divinitùs plagas avertere omniaque ad ſalutem ejus neceſſaria à Divina benignitate impetrare tenentur. Appellantur deindè Chriſti, quia unctionem recipiebant exteriorem, typum utique interioris atque divinæ, quâ Summus novæ Legis Sacerdos Dominus noſter Jesus Christus abun-

Tulis Levitas ut orent pro eis, ne ſit in populo plaga. Num. 8. 18. & 19.

Nolite tangere Chriſtos meos. 1. Par. 16. 22.

Unxit te Deus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Pſalm. 44. 8.

Angelus Domini exercituum eſt. Mal. 2. 7.
Quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum. Iſa. 58. 1.
Super muros tuos, poſui cuſtodes. Iſa. 62. 6.
Sacerdotes intelligentes, qui propter excellentiam ordinis, & officii dignitatem, Deorum nomine nuncupantur. Innoc. III. de hoc. c. cum ex injuncto.
Inter veſtibulum & altare plorabunt Sacerdotes, miniſtri Domini. Ioël. 2. 17.

abundè fuit inſtructus, & cujus Sacerdotes modò Evangelici participes efficiuntur. Dicti etiam ſunt Angeli; quia Angelorum adinſtar Dei voluntatem populo manifeſtant Sacerdotes. Nunc inſuper tubis ſine intermiſſione clangentibus, nunc cuſtodibus ſuper muros civitatis cujuſdam conſtitutis, nunc lapidibus Sanctuarii conferuntur. Perindè denique atque hiſce omnibus nihil omninò Scriptura dixiſſet, complexura verbo unico omnia, Deos illos appellare non dubitat: *Diis non detrahes.* Exod. 22. 28. Quod quidem nomen nonniſi Sacerdotibus congruit Evangelicis, ob poteſtatem utique remittendi peccata, quæ ſoli Deo reſervanda, nullique omninò alteri communicanda videbatur. Ecce nomina aliquot, quæ in Veteri Teſtamento Sacerdotibus tribuuntur.

Vide nunc, an nominum iſtorum ſignificationem adimpleas. Vide imprimis, an Deum pro populo depreceris, deindè nùm vitam ducas Angelicam, denique nùm quantùm divinæ poteſtatis, tantùm habeas & ſanctitatis.

PUNCTUM II.

Vos eſtis ſal terræ, lux mundi. Matth. 5. 13. 14.

Considera, quòd, licet univerſa hæc nomina extollendæ Sacerdotii dignitati pluſquàm ſufficiant; alia nihilominùs his ſuperaddere in Evangelio Salvatori placuerit, dum *ſal terræ* & *lumen mundi* appellavit Apoſtolos, oſtenſurus utique, quòd, quemadmodùm rebus inſipidis ſaporem ſal affricat, & corruptionem arcet, dum corruptionis originem exſiccat humorem; ita & Sacerdotis ſit, ſapidam reddere populo pietatem Evangelicam, atque hoc agere doctrinâ ſimul bonoque exemplo, ne pravis moribus dogmatibuſque perniciofis corrumpatur: undè & lucernas ardentes & lucentes eos alibi nuncupat: Sanctus verò Paulus in Epiſtolis ſuis *Dei adjutores*, quia nimirùm his velut inſtru-

Lucerna ardens, & lucens. Ioan. 5. 35.
Dei adjutores ſumus. 1. Cor. 3. 9.

ſtrumentis ſalus perficitur animarum, quod, teſte Dionyſio, negotiorum omnium divinissimum eſt. Vocat eos Homines Dei, id eſt, quorum eſt rem Dei curare, quemadmodùm Regis miniſtros dicere ſolemus, quibus Regiam tueri authoritatem in votis eſt. Milites eos denique atque alibi Vicarios dicit & Legatos Jesu Christi: *Pro Chriſto Legatione fungimur:* quod infinitis paſſibus mentem, capacitatemque humanam ſupergreditur.

1. Timoth. 1. 18.
2. Timoth. 2. 4.
1. Timoth. 1. 12.
2. Timoth. 2. 3.
Epheſ. 6. 20.
2. Corinth. 5. 20.

Annè jam capis, quid ſit Sacerdos? Ejuſne percipis dignitatem? Ne verò Sacerdotalis contemplatio majeſtatis uſque adeò te occupet, ut tuipſius obliviſcare, obliviſcare, inquam, univerſa hæc nomina tibi applicare atque videre, num eorum ſignificatio compleatur in te. Cave tibi, ſi enim, lumen mundi cum ſis, in tenebras nihilominùs ſis converſus, ecquis illuminare te poterit? ecquid erit, ſi penitus ipſe ſis corruptus, cùm ſalis inſtar corruptionem arcere te oporteret?

In quo ſalietur? ſi ſal infatuatum fuerit, ad nihilum valet ultra, niſi ut conculcetur ab hominibus? Matth. 5. 13.

ME-

MEDITATIO CXXXV.

Excellentia Sacerdotii deducta ex ſententiis SS. Patrum.

1. Varia Elogia, quibus Sacerdotium Evangelicum ſancti Patres condecorant.
2. Sententiæ eorum firmatæ exemplis eorum.

Interroga Patres tuos & annuntiabunt tibi; majores tuos & dicent tibi. Deut. 32. 7.

Si nôſſe cupimus, quid quoad Sacerdotium ſancti Patres ſenſerint, nonniſi ſcripta eorum pervolvenda atque exempla ſpectanda ſunt, quorum breve compendium ut hic tradamus,

PUNCTUM I.

CONSIDERA & attentâ mente expende, quidquid hîc proferendum eſt. Sanctus Ephrem affirmat, quod Sacerdotium ſit *Stupendum miraculum & inexplicabilis poteſtas:* S. Iſidorus, *Divinum quoddam ac rerum omnium præſtantiſſimum & omnium, quæ inter homines expetuntur, velut extrema meta.* S. Ignatius, *Omnium bonorum, quæ in omnibus ſunt, apex.* S. Ambroſius, *Deifica poſſeſſio.* S. Cyrillus, *Res magna & pretioſa in conſpectu Domini.* Concilium Sardicenſe, *Divinum atque imprimis venerandum Sacerdotii nomen.* S. Chryſoſtomus, *Sacerdotium in terra quidem peragitur; ſed in rerum cæleſtium Ordinem revocatur.* Tertulliano Sacerdotes dicuntur, *Hæreditarii diſcipuli & Apoſtolici ſeminis frutices.* Sanctis Maximo & Dionyſio, *Interpretes & Internuntii Divinitatis.* Sanctus Bernardus Sacerdotes compellans ait: *Quanta eſt prærogativa Ordinis veſtri! prætulit vos Deus Regibus & Imperatoribus, prætulit ordinem veſtrum omnibus, imò, ut altius loquar, prætulit vos Angelis & Archangelis, Thronis & De-*

Lib. 2. de dign. Sac. Epiſt. 32.

Epiſt. ad Satyrum, de dign. Sac. cap. 5.

Glaphire lib. 4. canon. 20.

Lib. 3. Sacerd. in Scorp. c. 9.

Serm. ad Paſt. in Syn.

Digitized by Google

Dominationibus; ſicut enim non Angelos, ſed ſemen Abrahæ apprehendit ad faciendam redemptionem; ſic non Angelis ſed hominibus ſoliſque Sacerdotibus Dominici Corporis & Sanguinis commiſit conſecrationem. Pervolviſſe oportuiſſet ſex Libros D.Chryſoſtomi *de Sacerdotio*, Paſtorale Gregorii, opera omnia Bernardi, Proſperi, Auguſtini, Hieronymi, Ambroſii, Petri Damiani, Petri Bleſenſis, Salviani ſexcentorumque aliorum, ut Sanctorum Patrum hac in parte ſententiam noviſſemus; at verò tametſi nihil aliud haberetur, quàm id quod prælectum eſt, nonne hoc pluſquam ſatis eſt, ut dignitatis Sacerdotalis pretium tibi inculcet? Annè forſitan hyperbolicè locutos exiſtimes Sanctos Patres, quando tot tantiſque honorum titulis Sacerdotium condecorarunt? Abſit profectò: aliud enim penſe tulerunt, cum illud ſubterfugere omnimodè niſi ſunt. De quo ne dubites,

PUNCTUM II.

CONSIDERA reluctationem, quam exhibuere S. Chryſoſtomus, Gregorius, Ambroſius, Martinus, Marcus quidam, pollicem ſibi amputans, Ammonius itidem, qui poſt reſectas ſibi aures nareſque, linguam inſuper, ſi premeretur ulteriùs, amputaturum ſe minabatur: idem planè præſtiterunt Sanctus quidam Paulus Eremita, Antonius, Hilarion, Paphnutius, Macarius, Arſenius, Benedictus, Franciſcus, aliique innumeri, quorum memoria in benedictione eſt. Quòd ſi modò ſententiam, ſimul atque praxim Sanctorum Patrum, Canones Eccleſiæ, primumque Dei ſcopum in Eccleſiaſticæ Hierarchiæ inſtitutione, vitæ conferas moribuſque Clericorum ac vulgi opinioni, qui nos maximis ſuis corrumpit carnalibus, uti nos ipſum conditione noſtrâ; nonne jure merito cum Apoſtolis exclamemus?

Quis ergo poterit ſalvus eſſe? Matth. 19. 25.

Profectò quidquid ad noſtri ipſorum ſolatium dicere poſſumus, hoc eſt, quod hac ſuper re Salvator reſpondit Apoſtolis: *Apud homines hoc impoſſibile eſt; apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.* Impoſſibile eſt, moraliter loquendo, ut in ſtatu illo ſanctitatis atque perfectionis, à quo tantùm diſſidemus, ſalutem noſtram operemur, ſolus id Deus poteſt, potentiâ abſolutâ, potentiâ extraordinariâ, miraculis gratiæ, quibus ſublatis

Apud homines impoſſibile eſt. Matth. 19. 26.

MEDITATIO CXXXVI.

De ſanctimonia Sacerdotum reſultante ex iis, quæ adhuc de Sacerdotio dicta ſunt.

1. Rationes ob quas hâc ſanctimoniâ præditos eſſe oportet Sacerdotes.
2. In quo conſiſtat hæc ſanctimonia?
3. Propoſita tria hinc eliciendo.

Sancti eſtote; quia ego ſanctus ſum. Lev. 11. 44.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, juxta hæc verba primam eamque potiſſimam rationem, ob quam ſanctimoniâ tantâ præditos eſſe oportet Sacerdotes, eſſe unionem, quâ JESU CHRISTO conjunguntur, utpote cujus fratres & quoad officium ſocii vi Ordinis effecti ſint. Quæ quidem unio arctior eſt iſtâ, quæ inter corporis ejuſdem officium gerentes reperitur: iſta ſiquidem rumpi poteſt, non verò illa, cum ſtabiliter Deo conſecrati ſint Sacerdotes; id eſt, ita obligati atque aſtricti, ut vi conditionis ſuæ nunquam eam à ſe abdicare, nunquam deſerere poſſint. Unde fit, ut & Chriſti nomen ſortiantur, nec modò Chriſtiani, ſed &, ejus adinſtar, Chriſti dicantur:

Sempiternum habet Sacerdotium. Hebr. 7. 24.

De

De genere Sacerdotum Christorum. 2 Machab. 1, 10. Adde his, quæ adhuc de Sacerdotio dicta ſunt: nonne veriſſimum eſt, quod tituli iſti honorifici, quibus Sacerdotes condecorantur, nonniſi ſanctimoniam quoad Deum, quoad noſipſos & quoad proximum nobis inculcent? Atque hinc eſt, ut & Ambroſio *Dux ſanctitatis* Sacerdos nuncupetur. Hæc verò in quo conſiſtat, ſi nôſſe cupis,

Qui in erudiendis atque inſtituendis ad virtutem populis praeerit, neceſſe eſt ut in omnibus ſanctus ſit & in nullo reprehenſibilis habeatur. S. Iſidor. de offi. l. 2. de Sacerd.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, ſanctimoniam hanc in tribus conſiſtere. In immunitate imprimis ab omni peccato atque imperfectione; quemadmodum Salvator noſter in Scriptura dicitur *ſegregatus à peccatoribus.* Hebr. 7. 26. Secundò in aggregatione virtutum omnium, quemadmodum de Jesu Christo ſecundum humanitatem legimus: *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei.* Coloſſ. 2. 3. *Omnes theſauri*, inquit Apoſtolus, ut plenitudinem denotet atque divitias, quæ in eo concurrunt. Tertiò ſanctimonia conſiſtit in aggregatione virtutum non qualiumcumque, ſed ſummè perfectarum, quemadmodum in gradu heroïco reperiuntur omnes in Salvatore, charitas & obedientia ad mortem uſque pro inimicis oppetendam, humilitas omnigenæ confuſioni expoſita.

Elegit Sacerdotes ſine macula, voluntatem habentes in lege Dei. 1. Machab. 4. 42.

In ipſo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Col. 2. 9.

In me omnis ſpes vitæ & virtutis. Eccli. 24. 25.

Humiliavit ſemetipſum . . . uſque ad mortem, mortem autem crucis. Phil. 2. 8.

Didicit ex iis, quæ paſſus eſt, obedientiam. Heb. 5. 8

Perfectus eris, & abſque macula cum Domino Deo tuo. Deut. 18 13.

EXAMINA nunc temetipſum, num ab omni imprimis peccato tùm mortali tùm veniali atque ab omni erga hoc atque illud affectu immunis ſis. Anne etiam virtutibus Eccleſiaſtici, e. g. charitate, patientia, humilitate, paupertate &c præditus ſis. Ne verò dicas, te Religioſum non eſſe; Religioſi enim ſanctimoniâ tua perfectior ſit oportet. Vide denique, an in gradu tam ſublimi tibi ſint virtutes. Ut verò concludamus,

Eos qui Sacerdotum munere funguntur, ſanctiores ac puriores illis eſſe oportet, qui ad montes ſe contulerunt, id eſt Religioſis. S. Iſidor. Peluſ. l. 2. ep. 284.

Qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc: & ſanctus, ſanctificetur adhuc. Apoc. 22. 11.

PUNCTUM III.

TRIA hodie decerne. Decerne imprimis, peccata, adhæſiones atque imperfectiones tuas

 aſſi-

aſſiduè expurgare. Decerne inſuper, exercitio pœnitentiæ, mortificationis, præſentiæ divinæ &c. ad acquirendas virtutes conditioni tuæ conformes ſine intermiſſione allaborare. Decerne denique, deſiderare ut minùs in gradu ſublimi illas obtinere. Ad quod hiſce verbis nos invitat Apoſtolus:

Concupivit anima mea deſiderare juſtificationes tuas. Pſalm. 118, 20.

Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei. 2. Cor. 7. 1.

MEDITATIO CXXXVII.

De diſpoſitionibus ad Sacerdotium requiſitis.

1. Diſpoſitiones proximæ & remotæ.
2. Excitamenta ad hujuſmodi diſpoſitiones.

Sacerdotes... qui accedunt ad Dominum, ſanctificentur, ne percutiat eos. Exod. 19. 22.

Vides hinc, non eos dumtaxat, qui jam tùm Sacerdotes ſunt; ſed & eos, qui Sacerdotium cogitant, ſanctificationem ſui, velut primam diſpoſitionem, debere præmittere, utpotè cum & ipſi *accedant ad Dominum.* Itaque

PUNCTUM I.

Sola humilitas eſt officii Sacerdotalis erectio. S. Greg. Paſt.

Hortatur hac Synodus omnes qui ad Subdiaconatus aut Presbyteratus ordines promovendi ſunt, ut antequam accedant, de peccatis ſuis omnibus totius anteactæ vitæ generaliter confiteantur, ac ſpirituales quaſdam exer-

CONSIDERA, in quo conſiſtat hæc ſanctificatio in Diacono, præter diſpoſitiones generales Vocationis atque ſcientiæ, requiſita, ut Sacerdotio initiandum ſe offerat. Sanctificatio hæc non in eo dumtaxat conſiſtit, ut in ſtatu gratiæ ſis (hoc enim minimum eſt, quod tibi incumbit) at verò, ut præcedenti meditatione viſum eſt, conſiſtit in aggregatione virtutum omnium, quæ ſanctificationem perficiunt, e. g. patientiæ, manſuetudinis, devotionis, ac præſertim humilitatis. Hæc diſpoſitio eſt, in qua ſancti quilibet inventi ſunt, hæc eſt, quam Eccleſia maximè expetere videtur, cum olim nonniſi menſe Decembri Ordines collatura,

Do-

Digitized by Google

Dominicâ Ordinationem proximè præcedenti illud delegit Evangelium, quod ſemper deindè retinuit, quo Pontifices Joanni in deſerto legationem hanc deſtinaſſe leguntur: *Tu quis es?* Joan. 1. 19. & ſeqq. perinde atque ei, qui Sabbatho deinde ſequenti ad Sacerdotium ſuſcipiendum ſeſe diſponit, ita loqueretur: Tu, qui de Meſſia loqueris, qui eum prædicaturus es, qui ad Corpus ejus velut Aquila convolaturus, tu, qui eum voci tuæ mox obedire & quinque verbis producere deſideras. *Tu quis es? Elias es tu?* Eliæve te zelus inflammat? *Propheta es tu?* an, quod olim Prophetis, donum tibi orationis? *Quid ergo?* Non eſt quod hiſce quæſtionibus aptius reſpondeamus, quàm ut ſincerè atque veraciter indignitatem noſtram profiteamur.

Alia diſpoſitio ſolitudo eſt certo quodam tempore à Directore ſpirituali præſcribenda, ut ſeriò in conſpectu Dei diſcutiantur rationes, quæ ad Sacerdotium nos impulerunt, expendatur illius dignitas (quod fieri poterit, legendo ac meditando ea, quæ hac de re tradit Pontificale) ut denique preces noſtræ jungantur iis, quas hanc ob cauſam inſtituit Eccleſia, Quatuor Temporum ſtipatæ jejunio, quo utique fortiores efficacioreſque reddantur. En diſpoſitiones remotas, id eſt in Diacono requiſitas, priuſquam ad Ordinem Sacerdotii ſuſcipiendum ſeſe offerat. Ipſo autem Ordinationis decurſu hoc requiritur, ut juxta Eccleſiæ intentionem totos Deo nos conſecremus, non modò ut Sacrificatores, ſed etiam ut Sacrificium ſeu victimam cum Salvatore noſtro nos offeramus; ut corpori noſtro iterato caſtitatis voto, animæ noſtræ voto obedientiæ, quo Epiſcopo nos obſtringimus, mundo denique, id eſt, inordinatis ejus deſideriis atque cupiditatibus, quin & ipſis fortunæ bonis, paupertate ſaltem in affectu conſiſtente denuò moriamur.

citationes ab Epiſcopo præſcribendas obeant, adhibito ſibi duce & moderatore viro Religioſo, quem Epiſcopus præfecerit, quod ſi præſtiterint, id teſtatum afferant. Synod. Aquenſ. tit. de his qui ad Sacro-ſanctæ Ordin.

Ac ut ſubſequens zelus priori reſpondeat, exuatque promovendus ad Presbyteratum veterem hominem cum actibus ſuis, ad anteriora ſe extendens, ſintque oculi ejus ante & retro ad munia ſacerdotii debitè peragenda, admiſſus vacet exercitiis ſpiritualibus octo dierum, conſcientiam diſcutiat, mandata implendi ſuperna poſtulet gratiam, enixè monemus. Syn. Burdig. ult. cap. 6. de ord. num 6.

Hoc eſt enim ſacrificium primitivum, quando unuſquiſque ſe offert hoſtiam, & à ſe incipit ut poſtea munus ſuum poſſit offerre. S. Ambr. l. de Abel. c. 6.

ANIMADVERTE, num diſpoſitionibus hiſce præditus ſis? Ad quas ut efficaciùs permoveare

PUNCTUM II.

Exod. 19. 22.

EXPENDE verba hæc ultima Scripturæ jam allegatæ: *Ne percutiat eos Dominus*, pœnas utique denotantia, quas temeritatis tuæ daturus es, ſi alium in modum ad Dominum accedas. Pœnas haſce ſi nôſſe cupis, conſule Auguſtinum. Non erunt hæ aut mors corporalis, aut ignis, aut terræ hiatus, ut olim; at verò tanta cæcitas, ut neque crimina tua, neque minas criminibus tuis intentatas, neque exhibitas tibimetipſi moleſtias neque injuriam ſtatui tuo irrogatam cogniturus ſis, atque adeò, ut verbo abſolvam, incorrigibilis evaſurus.

Oculum cordis amiſit. S. Auguſt. Pſalm. 97. 2. Reg. 6. Lev. 10.

CAVE tibi, ne in extremum hoc prolabaris exitium, atque ideo cor tuum præpara atque ſanctifica:

Qui enim *timent Dominum, præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas.* Eccl. 2. 20. Hoc eſt, quod ſibi vult Epiſcopus, quando in ſua ad Diaconos exhortatione proloquitur:

Cum magno quippe timore ad tantum gradum aſcendendum eſt, quatenus nec nos de veſtra provectione, nec vos de tanti officii ſubverſione damnari à Domino, ſed remunerari potiùs mereamur.

ME-

MEDITATIO CXXXVIII.

De exiguo Sacerdotum numero, qui ſalvabuntur.

1. Rationes, ob quas Sacerdotes tam pauci ſalvabuntur.
2. Sanctorum Patrum quoad hoc ſententiæ.

Quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt, qui inveniunt eam! Matth. 7. 14.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, licet verba hæc terribilia omnibus omninò Chriſtianis dicta voluerit Salvator noſter; Sacerdotibus tamen magis, quàm cæteris Chriſtianis, formidanda ſint: inter omnes ſiquidem hujus mundi conditiones ſoli ſunt Eccleſiaſtici, quorum pauciſſimi ſalvabuntur. Cujus rei cauſam ſi nôſſe deſideres, prima ex iis deducitur, quæ de requiſita in Sacerdotibus excellentia, dignitate atque ſanctimonia adhuc dicta ſunt, quâ ſine dubio multùm præcellere debent Laicis, quibus tamen pauci admodùm præcellunt. Altera verò ratio ex eo deducitur, quòd pauciſſimæ Vocationis notæ in pleriſque reluceant Sacerdotibus, qui in munus Eccleſiaſticum velut in artem ſeſe mechanicam ingerunt, ſeu tamquam cupiditatis ſuæ nutrimentum. Tertia ratio eſt, quòd crimina Sacerdotum criminibus ſæcularium multò ſint enormiora: quamobrem idem omninò ſacrificium pro Sacerdotis unius, quod pro populi totius peccato Deus olim exigebat. Quarta denique ratio eſt, quòd Sacerdotibus pro aliorum operibus reddenda ſit ratio, atque adeò, tametſi ipſi privatim ſine crimine vitam ducerent; à crimine tamen futuri non ſint immunes, ſi ſæculares non

Cum augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum S. Greg. hom. 9. in Evang.

Cæleſte tenet officium Sacerdos: Angelus Domini exercituum factus eſt, tanquam Angelus aut eligitur aut reprobatur, inventa quippe in Angelis pravitas & diſtrictius judicetur neceſſe eſt, & inexorabilius quam humana. S Bern. decl. in illud Ecce nos.

Quod quidem quid aliud ſignat, quam Sacerdotis vulnera majori medicamento, atque auxilio indigere, atque adeo tanto, quanto conjuncta ſimul univerſi populi vulnera indigent? Porro nequaquam ea majori indigerent, niſi graviora forent. S. Chryſ l. 5. de Sac. c. 7.

Judicio juravi quod non expietur iniquitas domus ejus victimis & muneribus uſque in æternum. 1. Reg. 3. 14.

Neque enim peccati

non ædificent & criminibus eximant. Ut autem veritas hæc clariùs adhuc elucescat, atque adeò non abs re dictum esse intelligatis, paucos admodùm Sacerdotum esse salvandos,

magnitudine, sed peccantis potius dignitate peccatum omnes metiuntur. S. Chryſ. l. 3. de Sac. c. 11

Tam excellens est Sacerdotum electio, ut quæ in aliis Ecclesiæ membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. S. Leo. ep. ad Anaſt.

Sacerdos si pariter cum subditis peccat, non eadem, sed multò acerbiora patietur. S. Chryſ. hom. 27. in Matth. hom. 3. in c. 1. Act.

PUNCTUM II.

CONSIDERA Sanctorum Patrum hac de re sententiam. S. Chryſoſtomus hinc heroïcas virtutes expendens in Sacerdotibus requiſitas, hinc intervallum, quo horum plerique ab illis diſſident, terribilem hanc ſententiam pronuntiat (ſingula ejus verba diligenter expende) *Non temerè dico, ſed ut affectus ſum, ſentio,* inquit (ut oſtendat, ſe nequaquam hyperbolicè loqui) *Non arbitror Sacerdotes multos eſſe, qui ſalventur, ſed multò plures, qui pereant. In cauſâ eſt, quoniam res excelſum requirit animum; multas enim habet cauſas, quæ depellant ipſum à ſuis moribus, & innumeris oculis ipſi opus undique &c.* Sanctus verò Auguſtinus cum ipſo dixit: *Nihil eſt in hac vita & maximè hoc tempore facilius & latius & hominibus acceptabilius Epiſcopi & Presbyteri aut Diaconi officio, ſi perfunctoriè atque adulatoriè res agatur; ſed nihil apud Deum miſerabilius, triſtius & damnabilius.*

Plerumque quod in Laicis culpa non eſt, hoc crimen eſt in ſacro ordine conſtitutis. S. Greg. ep. 5. l. 18.

Monachus ſi ceciderit, orabit pro eo Sacerdos: pro Sacerdotis lapſu quis rogaturus? S. Hier. ep. ad Held.

ANNE ſancti hi, judice te, ſcrupuloſiores fuere? anne forſitan hyperbolicè loquuntur? Num aliud nunc, aliud verò tunc Sacerdotium? Num alia Eccleſia? Numquid Deus idem, cui ſervimus? Quòd ſi itaque, judicibus viris tam magnis atque illuſtribus, tot illo tempore Sacerdotes damnarentur; quid modò fiet converſantibus in ſæculo nequam? Quid igitur reſtat, niſi ut humiliemus noſipſos & cum S. Petro dicamus:

Domine, ſalva nos, perimus. Matth. 8. 25.

ME-

Digitized by Google

MEDITATIO CXXXIX.

De muniis Sacerdotalibus: ac imprimis de Sacrificio Miſſa, quod primum & potiſſimum eſt, deque Sacrificii hujus excellentia.

1. Benignitas Iesu erga Sacerdotes.
2. Miſſa myſterium auguſtiſſimum reſque Deo gratiſſima eſt duas ob cauſas.
3. Concluſiones duæ eximiæ ac momentoſæ hinc deducendæ.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Matth. ult. 18.

Hoc eſt, quod Apoſtolis ſuis poſt Reſurrectionem Salvator noſter, atque hoc ipſum eſt, quod & quodam modo dicere poteſt Sacerdos, quandoquidem Iesu Christi in terris Vicarius vi Sacerdotii inſtitutus ſit.

PUNCTUM I.

Considera ſimul & obſtupeſce Jesu benignitatem, cui cùm non ſufficeret, quidquid jam tùm hominibus præſtiterat, vitam pariter prodigendo & mortem, ut omnia bonorum genera, gratiæ ſcilicet atque gloriæ eis procuraret, ex hoc mundo diſceſſurus, ex hominibus aliquos ſeligere dignatus eſt, id eſt, Sacerdotes, quos ſui in terra Vicarios inſtitueret, omnem idcircò poteſtatem eis tribuens, quam à Patre acceperat, hiſce verbis: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Joan. 20. 21. Poteſtatem, inquam, quæ ad duo potiſſimùm munia reducitur, quæ ad Corpus imprimis naturale, deindè verò ad Corpus Jesu Christi myſticum extenditur; ad Corpus naturale per Sacro-ſanctum Miſſæ Sacrificium, ad Corpus myſticum per Sacramentorum adminiſtrationem Verbique Divini prædicationem. Ut verò à primo horum ex-

Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. Ioan. 10. 10.

Dominus noſter Iesus Christus *è terris aſcenſurus ad cœlos, Sacerdotes ſui ipſius vicarios reliquit.* Concil. Trid. ſeſſ. 14.

exordiamur; utque meritum ejus atque excellentia tibi innoteſcat, atque adeò æquo tibi in pretio ſit.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, Sacrificium Miſſæ totius Eccleſiæ auguſtiſſimum maximeque venerandum eſſe myſterium, rem inſuper Deo gratiſſimam ac glorioſiſſimam, quæ totius æternitatis decurſu eidem offerri poſſit: imprimis ratione rei oblatæ, qui eſt Dominus noſter JESUS CHRISTUS, Deus homo, & Filius Dei unigenitus, excellentiâ ac dignitate omninò infinitâ præditus, cujus oblatio Deo Patri acceptior eſt, quàm ſi mundi offerrentur innumeri, Cherubicis ac Seraphicis repleti Spiritibus. Deindè etiam ratione primi atque præcipui offerentis, qui iterùm Dominus noſter JESUS CHRISTUS eſt; cùm enim Sacerdos Miſſam celebrat, Dominus noſter JESUS CHRISTUS eamdem per ipſum celebrat, ſeque ipſum denuò per manus ejus Deo Patri offert Sacrificatque, unde & dictus eſt *Sacerdos in æternum.* Pſalm. 109. 4. Sacerdos, inquam, qui in muniis ſuis obeundis aſſiduè perſeverat; quia quod ſemel in Cruce egit per ſemetipſum, quotidie agit in Altari miniſterio Sacerdotum, hoc uno diſcrimine interveniente, quòd Sacrificium ibidem cruentum, hìc verò offerat incruentum.

Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum? Iſai. 1. 11.

Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra, in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Mal. 1. 10. 11.

Qui tunc ipſa fecit in illa cœna, idem ea nunc quoque facit; nos miniſtrorum locum tenemus, qui vero ſanctificat ea & immutat, ipſe eſt. Tu vero cum videris Sacerdotem offerentem, ne ut Sacerdotem eſſe putes hoc facientem; ſed manum Dei invisibilem extenſam. S. Chryſoſt. hom. 90. ad popul.

Quis fidelium habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora cælos aperiri ad Sacerdotis vocem? In illo IESU CHRISTI *myſterio Angelorum choros adeſſe, ſumma & ima ſociata?* S. Gregor. conſec. diſt c. 2. quod ſi ſanguis.

PUNCTUM III.

DEDUC inde imprimis grandem illam atque admirabilem concluſionem, quæ, ſi Sacerdos es, memori tibi mente ſemper revolvenda eſt, quòd nimirum Miſſa tam excellens tamque divina res ſit, ut ſi omnes hominum Angelorumque virtutes, bona opera omnia, laus omnis, honor atque obſequium, quæ jam tum Deo reddiderunt & æternùm redditurі ſunt, coacervarentur, totum hoc unico Miſſæ Sacrificio longè mi-

Una eademque eſt hoſtia, idem nunc offerens Sacerdotum miniſterio, qui ſeipſum tunc in cruce obtulit. Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 2.

Iuſt. Nov. 5.

Si is qui nuptialibus non ornabatur induviis,

minùs Divinæ Majeſtati gratum foret ac glorioſum. Ex hujus verò Sacrificii excellentia deduc ulteriùs, quanta ſit Sacerdotum dignitas, quibus ſolis, aliis quibuſcumque excluſis, illius eſt offerendi poteſtas, quam ſancta proindè iis vita ducenda ſit, quantum frequentiùs celebrandi deſiderium, prævus tamen diſpoſitionibus ac præparationibus requiſitis ac neceſſariis, ita ut ſemper reminiſcantur illius, qui in tenebras miſſus eſt exteriores, tametſi ad nuptias foret invitatus, quia veſtem non habere nuptialem deprehenſus eſt:

Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores. Matth. 22. 13.

manuum pedumque loris addictus in tenebras projiciatur ultionis; quid illi ſperandum eſt, qui cæleſtibus tricliniis intromiſſus, non modò, non eſt ſpiritualis indumenti decore conſpicuus, ſed ultro etiam fætet ſordentis luxuria vel avaritia ſqualore perfuſus? Petr. Dam. opuſc. 8. contrà Cler. in cœpit.

MEDITATIO CXL.

De finibus, ob quos Sacro-ſanctum Miſſæ Sacrificium inſtitutum eſt.

1. Quadruplicia veteris Legis ſacrificia
2. Sacrificium Miſſæ, cum ſit holocauſtum &c. omnium illorum ſignificantiam implet.
3. Animadverſio momentoſa.

Omnis Pontifex ad offerendum munera, & hoſtias conſtituitur. Heb. 8. 3.

Nôrunt Sacerdotes omnes, munus ſuum digniſſimum potiſſimumque eſſe hoc, offerre Deo Sacrificium; at verò ſi Sacrificii ſcopum finemque rogarentur, multi proculdubio hujuſce reperirentur ignari. Huic itaque ignorantiæ ut medeare,

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quadruplicia veteris Legis fuiſſe Sacrificia. Horum prima vocabantur Holocauſta, quibus unica Dei gloria ſcopus erat, quibus homo Majeſtati Divinæ profitebatur, totum ſe conſecrari illi, de cujus manu univerſa acceperat. Unde & totum animal, nullâ ejus particulâ reſervatâ, penitùs cremabatur, ut

Tanquam gutta roris antelucani, ante eum univerſus orbis terrarum. Sap. 11. 23.

Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram te. Iſa. 40 17.

Si ſanguis hircorum, taurorum & vitulorum inquinatos ſanctificat ad

Digitized by Google

ut eo typo demonſtraretur, quòd, quemadmodum victimam illam mactabat ipſe deſtruebatque, ita & ipſius deſtruendi vitâque exuendi penes Deum poteſtas eſſet. Alia Sacrificia erant Propitiatoria, ad flagitandam peccatorum commiſſorum veniam inſtituta; ſicut enim Divinam Majeſtatem quotidie offendimus, ita & veniam quotidie flagitare debemus. Tertia nuncupabantur Euchariſtica, in agnitionem beneficiorum de larga ejus manu acceptorum, tùm generalium tùm ſingularum, tùm naturæ tùm gratiæ, pro quibus gratiæ illi à nobis agendæ ſunt, inſtituta. Quarta denique Impetratoria erant, quibus nova à Deo beneficia implorabantur, fundata in eo, quod rebus millenis tùm corpus tùm anima indigeat, quæ ſolus ipſe valet impertiri. Hoc poſito,

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quòd, quemadmodum omnibus hiſce veteris Legis Sacrificiis cum Sacrificio Crucis ſucceſſit & Miſſæ Sacrificium, ita & omnium iſtorum officia excellentiſſimè adimpleat. Eſt imprimis Holocauſtum perfectiſſimum, quatenùs offerendo Divinæ Majeſtati Salvatorem noſtrum, honor ei infinitus redditur; ipſum ſiquidem munus, quod offertur, infinitum eſt, infinita eſt perſona offerens, amor denique, quo illud offert, infinitus. Eſt itidem Sacrificium Propitiatorium, quod vim omnem mutuatur à Cruce, quæ unà cum ſanguine ibidem effuſo omnia hominum peccata delevit, debitaſque pro eis Divinæ Juſtitiæ pœnas copioſiſſimè & cumulatiſſimè perſolvit. Quæ perſolutio Sacrificio Miſſæ nobis applicatur, quod velut redemptionis atque ſalutis memoriale perenne plagis noſtris medetur.

Tertiò Euchariſticum eſt; licet enim nihil Deo in agnitionem benificiorum ejus ex nobis ip-

emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum S. ſemetipſum obtulit Deo, mundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſerviendum Deo viventi? Hebr. 9. 13. & 14.

Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Pſalm 115 12.

Quia proprio filio non pepercit, ſed pro omnibus nobis tradidit illum; quomodo non omnia cum illo etiam nobis donavit? Rom. 8. 32.

Calix iſte benedictione ſolemni ſacratus, ad totius hominis vitam ſalutemque proficit, ſimul medicamentum & holocauſtum ad ſanandas infirmitates, & purgandas iniquitates exiſtens. S. Cyprian. de Cœna.

Deus qui legalium differentiam hoſtiarum, unius ſacrificii perfectione ſanxiſti. Secreta 7. Dom. poſt Pentecoſt

Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis. Epheſ. 5. 2.

Idem hymnus Angelicus Triſagion & plura in canone teſtantur.

Hujus oblatione placatus Dominus gratiam & donum pænitentiæ concedens, crimina & peccata etiam ingentia dimittit. Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 2.

Salvare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum, ſemper vivens ad interpel-

ipſis retribuere poſſimus, utpotè qui omnia quæ habemus, habeamus ab eo; offerendo tamen ei Filium ejus unigenitum, gratitudinis legem adimplemus quam exactiſſimè, cum id, quod ei offerimus, pretii ſit infinities majoris, quàm bona univerſa, quæ nobis impertitus eſt. Eſt denique & Sacrificium Impetratorium, ad bona omnia tùm corporis tùm animæ, tùm temporalia tùm ſempiterna, quibus indigemus, obtinenda, quandoquidem omnium eorum, quæ à Deo poſtulare valemus, pretium pluſquam æquum Chriſtus Dominus ſit.

PUNCTUM III.

DISCE hinc, methodum præſtantiſſimam Deum honorandi, grates ei agendi, peccatorum noſtrorum veniam obtinendi, novaque beneficia impetrandi eſſe hanc, ut JESU CHRISTO nos uniamus, qui Sacroſancto Miſſæ Sacrificio cuncta hæc officia Patri ſuo excellentiſſimè reddit. Quovis tempore, quovis loco hujus ſe opportunitas offert, cum in variis mundi partibus quâvis diei atque noctis horâ Sacroſanctum Miſſæ celebretur officium.

Toties tibi in mentem veniat quadruplex iſte Miſſæ finis, quoties hanc celebrabis ipſe, vel alteri aſſiſtes celebranti, ut hanc & tibi & aliis applices. Hoc devotionem tibi majorem ingeret, & hiſce conſiderationibus

Holocauſtum tuum pingue fiet. Pſalm. 19. 4.

landum pro nobis. Heb. 7. 25.

Cum in altari Chriſtus immolatur, clamat idem Redemptor ad Patrem, corporaliter ſuas cicatrices oſtendens, quatenus ab æternis ſuppliciis ſua homines interpellatione cuſtodiat. S. Iuſt. ſerm. de Chriſt. Corpor.

Gratias egit, fregit, &c. Luc. 22. 19.

Gratias agamus Domino Deo noſtro. In Præfat.

Sacrificium iſtud ad hoc inſtitutum eſt, ut habeamus quo dignas Deo gratias perpetuo rependamus, pro innumeris ac ingentibus ejus in nos beneficiis, ſed redemptionis præcipuè. S. Auguſt. Ep. 120. cap. 19.

Euchariſtia, id eſt, gratiarum actio nominatur; eſt enim beneficiorum recordatio plurimorum; quæ caput ipſum in nos divinæ charitatis oſtendunt, noſque faciunt debitas Deo gratias ſemper exſolvere. S. Chryſ. homil. 16. in Matth.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Heb. 4. 16.

Omnia habemus in Chriſto, & Chriſtus omnia nobis eſt: ſi vulnerum curationem deſideras, medicus eſt: ſi febribus æſtuas, fons eſt: ſi iniquitate gravaris, juſtitia eſt, &c. S. Ambroſ. lib. de vir.

Quo non oportet eſſe puriorem tali fruentem ſacrificio? Quo ſolari radio non ſplendidiorem manum carnem hanc dividentem? Os quod igne ſpirituali repletur? linguam, quæ tremendo nimis ſanguine rubeſcit. S. Chryſoſt. hom. 38. in Matth.

ME-

Digitized by Google

MEDITATIO CXLI.

De præparatione Miſſæ præmittenda, ac imprimis de præparatione remota, id eſt, de puritate conſcientiæ.

1. Rationes, quæ hanc puritatem in Sacerdotibus exigunt.
2. In quo conſiſtat?
3. Methodus hanc procurandi, in ea vivendi ac perſeverandi.

Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat.
1. Corinth. 11. 28.

Probatio hæc, quæ per veram fit pœnitentiam in Laicis, nonniſi magna in Sacerdotibus innocentia eſt vitæque ſanctimonia, quibus aſſiduè ipſis inhærendum eſt. Quæ veritas ut magis elucescat,

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes; quæ hanc in eis puritatem exigunt. Prima eſt, quòd offerant tamquam Miniſtri Eccleſiæ ſanctæ, quæ cum ſine macula ſit & ſine ruga coram oculis Dei, ſummam quoque ab iis oblaturis puritatem efflagitat. Altera ratio ex victima, quam offerunt, depromenda eſt, quæ cùm Sanctus Sanctorum ſit, ſanctitatis omnis tùm Angelicæ tùm humanæ ſcaturigo, ne vel minimum ſuſtinet inquinamenti. Tertia ratio ab eodem petenda eſt, quatenus eſt principalis offerens, cui proindè moribus æquè atque miniſterio & officio conformandi ſunt Sacerdotes. Unde & Miſſæ Sacrificium *Oblatio munda* nuncupatur, ut oſtendatur, quòd, quemadmodum ſummè munda eſt in ſemetipſa, immò verò & ad mundandum inſtituta; ita quoque offerenda ſit ab eo, cujus conſcientia munditiei illi utcumque reſpondeat. Et ſanè ſi panis Legalis oblatio à ſuis Miniſtris ſancti-

Accedentem ad altare Sacerdotem, luminis inſtar orbem illuſtrantis, animum ſplendeſcentem habere oportet. Iſid. 6. de Sac.

Neceſſe eſt Sacerdotem ſic eſſe purum, ut ſi in ipſis cælis collocaretur, inter cæleſtes illas virtutes medius ſtaret. S. Chryſ. l. 3. de Sacerd c. 2.

Sancta Sanctis.

Sacerdotes incenſum & panes offerunt Deo, & ideo ſancti erunt & non polluent nomen ejus. Levit. 21. 6.

Debet eſſe mundo corde Sacerdos, ut non ſolum non ſe immiſceat circa negotia ſæcularia: ſed ne cogitet de mundo. Sicut enim oculus quantò mundior fuerit tanto longiùs

ctitatem exigeret; quid tandem à ſuis exiget oblatio Corporis & Sanguinis unigeniti Filij Dei?

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo conſiſtat hæc puritas, quæ ad ritè celebrandum in Sacerdote requiritur. In eo imprimis, ut non modò ab omni peccato mortali & affectu erga illud, ſed & omni, quantùm fieri poteſt, veniali ſit immunis, nullum ſaltem deliberatè committendo. Deindè & in eo, ut ab omni erga res inutiles atque periculoſas affectu cor expurget, rerum mundanarum ſollicitudinem, converſationes ineptas, pravas inclinationes, paſſioneſque inordinatas penitùs amputet.

PUNCTUM III.

CONSIDERA methodum vivendi ac perſeverandi in eo ſtatu innocentiæ ac puritatis Sacerdoti tam neceſſariæ. Prima eſt, ut ſæpè expendat non ſine attentione miniſterii ſui dignitatem, videat, inquam, cujus perſonam gerat, atque huic rei partem ſuæ meditationis quotidie impendat. Altera eſt, ut Salvatoris noſtri exemplum ſibi ponat ob oculos, qui tamquam Summus Sacerdos & hoſtia, forma ei atque exemplar præſtituendus eſt; at verò nonniſi candore liliorum hic oblectatur. Tertia denique, ut frequentem confeſſionem, ſingulam ut minùs ſingulas in hebdomadas, demptâ extraordinariâ, inſtituat, Miſſamque aut celebratam aut mox celebrandam ſæpiùs recogitet.

VIDE, quàm exiguam huc uſque puritatis illius curam geſſeris, quot erga creaturas in anima tua adhæſiones advertas, quot inutiles in corde tuo affectiones, tali hoſpite prorſus indignas. Decerne, majorem, quàm hactenùs, huic acquirendæ puritati operam deinceps impendere numquamque ſacris appropinquare Altaribus, dum

videt ſic & anima; quantò longiùs fuerit a ſollicitudine mundiali, tantò ampliùs Deo proximior eſt. Hom. 10. oper. imperf.

Amor terrenorum viſcus eſt ſpiritualium pennarum. S. Auguſt.

Eos qui ad Sacramenta cæleſtia conficienda accedunt, eâ oportet eſſe munditiâ, ut ipſas quoque animæ extremas imagines purgatas habeant. S. Dion. Eccl. Hier. c. 3.

Non enim eſt facilè ſtare loco Pauli, tenere gradum Petri cum Chriſto regnantium. S. Hier. ep. 1

Terribilis, prorſus terribilis eſt locus iſte, locus in quo ſtas, terra ſancta eſt; locus Petri eſt, locus Principis Apoſtolorum, ubi ſteterunt pedes ejus. S. Ber. ep. 27. ad Eugen.

Qui paſcitur inter lilia. Cant. 2. 16.

Sacerdos divinum miniſterium peracturus ante omnia confiteri & cum omnibus reconciliatum ſe habere debet, nec non cor à pravis cogitationibus cuſtodiviſſe. S. Chryſ. in Liturgia ſua.

Nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumvis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa Sacramentali confeſſione ad Sacr. Euchariſtiam accedere audeat. Quod à Chriſtianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex officio celebrare incumbit, hac ſancta Synodus perpetuò ſervandum eſſe decrevit; modò non deſit copia confeſſorii. Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 7

Digitized by Google

dum vel minimum quantulumcumque conſcientiam gravat. Grande ſine dubio piaculum reputares, tibi neutiquam perpetrandum, ſi Sacerdotali quis amictu privatus Sacrificium Miſſæ celebraret. Atqui pretioſiſſimum Sacerdotis amictum vitam eſſe probam, puram atque ſanctam, ſacer Textus affirmat:

Lavabant manus ſuas & pedes: ne forte moriantur. Exod. 30. 19. & 20.

Sacerdotes tui induantur juſtitiam. Pſal. 131. 9.

MEDITATIO CXLII.

De malis, quæ in ſtatu peccati celebrantibus accidunt.

1. Querelæ, quas in S. Scriptura Deus de iis fundit.
2. Pœnæ, quas iiſdem irrogat.

Non in novo dumtaxat Teſtamento contra indignè ſacris Myſteriis appropinquantes anathema evibravit Salvator noſter; ſed & Vetus hujuſmodi ſcatet anathematibus, tametſi hujus Sacrificia nonniſi umbra forent typuſque noſtrorum. Ad veritatis hujus confirmationem

PUNCTUM I.

CONSIDERA exprobrationes atque querelas, quas Dominus per Malachiam in Sacerdotes effundit. Hoſtiam donumque ſibi oblatum pollui, deſpici nomen ſuum & quàm maximè inhonorari ab iis, qui in ſtatu celebrant tam inauſpicato, conqueritur: *Ad vos, ô Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuum?* Malach. 1. 6. Ecce, inquit, in quo deſpexiſtis: *Offertis ſuper Altare meum panem pollutum, & dicitis: Menſa Domini deſpecta eſt.* Ibid. 7. Non quidem quòd tam impius ſit aliquis, teſte Cyrillo, qui ſecum cogitet, contemptibilem ac deſpicabilem eſſe menſam Domini; ſed quatenùs huc impæratus accedit & peccati lethiferi conſcius, non tan-

Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Eccl. 15. 9
Qui declinat aurem ſuam, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. Prov. 28. 9.
Oratio ejus fiat in peccatum. Pſalm. 108. 7.
Polluimus panem, id eſt, Corpus Chriſti, quando indigni accedimus ad altare, & ſordidi mundum ſanguinem bibimus. San.

tantâ veneratione, reverentiâ, ac ſanctimoniâ dignum eſſe Altare oſtendit, ad quod, velut menſam profanam, accedere non veretur. Hoc etiam ſenſu Sophonias enuntiat: ***Sacerdotes ejus polluerunt ſanctum.*** Soph. 3. 4. Hoc ſenſu Apoſtolus: ***Conculcaverunt Filium Dei.*** Atque alibi: ***Deum inhonorant.***

Anne verba clariora deſideres, quibus exprimatur injuria, quam in ſtatu peccati mortalis celebrantes Deo irrogant?

Hieron. in eund. loc Malach.

Qui Filium Dei conculcaverit & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit. **Hebræor. 10. 29.**

Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras. **Rom. 2. 23.**

Coinquinatis nihil eſt mundum. **Tit. 1. 15.**

PUNCTUM II.

CONSIDERA, pœnam quoque crimini tam enormi debitam non diu dilatam; poſt querelas ſiquidem per Prophetam Malachiam expoſitas mox miſſurum ſe in eos egeſtatem non tam bonorum temporalium quàm ſpiritualium comminatur: Deindè maledicturum ſe benedictionibus eorum: ***Maledicam***, inquit, ***benedictionibus veſtris & maledicam illis.*** Ibid. 2. 2. adjungens itidem: ***Diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum.*** Ibid. ℣. 3. Quod item per Iſaiam facturum ſe comminatus fuerat. Apud Ezechiëlem verò, cui graſſantes in Templo abominationes oſtenderat, non ultra ſe continens: ***Ergo***, inquit, ***faciam in furore meo, non parcet oculus meus, nec miſerebor, & cùm clamaverint ad aures meas voce magnâ, non exaudiam.*** Ezech. 8. 18. Quanta extremitas! Deum tam bonum reddi inexorabilem, tamque miſericordem nullâ prorsùs erga tam miſeros miſericordiâ flecti. Tertias verò minas, quas eis intentat, hiſce verbis exprimit: ***Propter quod & ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis.*** Annè hæc audientibus mirum videatur, quòd & Sacerdotes & Status Eccleſiaſticus tam parvi hodie apud Laicos fiat, tam exiguus rerum Divinarum ſenſus populis inſit, tam variè denique temporaliter affligamur? Numquid hæc om-

Mittam in vos egeſtatem. **Malach. 2. 2.**

Ecce ego projiciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum & aſſumet vos ſecum. **Mal. 2. 3.**

Cum extenderitis manus veſtras, avertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam. **Iſa. 1. 15.**

Foris canes, & impudici, & homicidæ, & idolis ſervientes, & omnis qui amat & facit mendacium. **Apoc. 22.**

Domine* IESU CHRISTE, *Sacramentum Corporis & Sanguinis tui, quaſi pignus & obſidem cæleſtis gratiæ dimiſiſti, & in eo conſtituiſti nobis non mortem; ſed vitam: non judicium; ſed ſalutem: quàm perditus

omnia juſtiſſima ſunt ſupplicia frequentis irreverentiæ, quæ in Myſteriis ſacris admittitur?

ergo eſt, qui redemptionem in perditionem, qui ſacrificium in ſacrilegium, qui myſterium in parricidium, qui vitam convertit in mortem? Pet. Bleſ. Ep. ad Rich. London.

Omnibus hiſce ingemiſce, utque quotidianæ hæ profanationes arceantur, cave ne hominum iſtorum infortunatorum numerum augeas. Quod ut magis exhorreas, in mentem tibi veniat illud Apoſtolicum: *Voluntariè peccantibus nobis... non relinquitur pro peccatis hoſtia.* Hebr. 10. 26. Ecquis verò magis voluntariè peccat, quàm qui conſcius peccati mortalis ad Altare accedit?

Væ miniſtris infidelibus, Bernardus exclamat, *qui nondùm reconciliati, reconciliationis aliena negotia, quaſi homines qui juſtitiam fecerint, apprehendunt! Væ filiis iræ! qui pacificorum ſibi uſurpare gradus & nomina non verentur? Væ filiis iræ! qui ambulantes in carne, Deo placere non poſſunt & placere ſeſe præſumunt. Væ filiis iræ! qui fideles ſe mediatores pacis, ut peccata populi comedant, mentiuntur.*

ME-

Digitized by Google

MEDITATIO CXLIII.

De præparationibus proximis ad ritè celebrandum requiſitis, ac imprimis de intentione.

1. Intentio duplex, alia magis alia minùs principalis.
2. Defectus contra intentionem committi ſoliti.
3. Remedium hiſce defectibus adhibendum, & methodus formandæ intentionis.

Sive manducatis ſive bibitis... omnia in gloriam Dei facite. 1. Cor. 10. 31.

Si in cibo potuque communi ſumendo expurganda intentio eſt; potiori ſanè jure expurganda eſt, ſiquando de Corpore & Sanguine Filii Dei Domini noſtri ſumendo agitur, quæ in Miſſæ Sacrificio ſub ſpecie alimenti nobis impertiuntur. Vt verò ſigillatim magis videatur, in quo conſiſtat hæc intentio,

PUNCTUM I.

CONSIDERA, Sacerdoti celebranti duplicem eſſe poſſe intentionem, alteram principalem, alteram quaſi acceſſoriam. Principalis in eo conſiſtit, ut ſe JESU CHRISTO, qui primarius Sacerdos eſt, uniat conformetque, hoc, inquam, ſentiat in ſe, quod & in CHRISTO JESU, atque adeò, quemadmodùm ipſe Patri æterno Sacrificium obtulit corporis ſui, ut eum adoraret, ut juſtitiæ ejus ſatisfaceret, ut pro gratiis acceptis ei gratias referret, ut ei redderet, quidquid ab hominibus ſive ut creaturis ſive ut Chriſtianis ei debebatur, id eſt, ſubjectionem, amorem atque laudem; ita quoque Sacerdoti eamdem hoſtiam eâdem virtute offerenti eadem ſit intentio neceſſe eſt. Intentio verò quaſi acceſſoria hæc eſt, ut vivis proſit aut defunctis, pro quibus Miſſa celebranda eſt, quorum ſemper ante Conſecrationem meminiſſe oportet, ut fructus eis applicetur, aut certè ut gratia aliqua ſin-

Hoſtiam, & oblationem noluiſti; corpus autem aptaſti mihi: holocautomata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me: Vt faciam, Deus, voluntatem tuam, &c. Heb. 10. 5. & ſeq.

Omnia opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem tuam. Matth. 6. 5.

Va, va, in domo Dei horrendũ videmus. Quidni idololatras miniſtrantes? Mentior, ſi non idolorum ſervitus avaritia eſt, ſi non quibuſdam etiam venter ſuus factus eſt Deus ſuus. Quantos ſanè videmus, qui dili-

Digitized by Google

ſingularis ipſi celebranti impetretur à Deo, aut ei pro beneficio peculiari agantur gratiæ &c.

PUNCTUM II.

CONSIDERA defectus contra intentionem Miſſam celebranti neceſſariam committi ſolitos. Tribus quatuorve generibus hominum deeſt hæc diſpoſitio. Ac imprimis iis, qui ex vanitate celebrant, ut religioſi appareant, ut mundanam ſibi æſtimationem atque authoritatem faciliùs concilient. Deindè & iis, qui ex avaritia celebrant, ut pecuniam lucrentur, quæ quidem inordinatio prodigioſa eſt atque Simonia enormis, non multùm abſimilis Judæ dicentis: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Matth. 26. 15. Hæc meditatio S. Bernardi eſt. Tertiò iis, qui ex ſenſualitate celebrant, id eſt, ut guſtum obtineant conſolationemque ſpiritalem, hoc autem eſt quærere Paradiſum Dei, non Deum Paradiſi. Quartò denique iis, qui ex conſuetudine dumtaxat, citra ullam prorsùs applicationem aut conſiderationem, ad Altare accedunt.

PUNCTUM III.

CONSIDERA remedium hiſce defectibus adhibendum methodumque formandæ intentionis. Methodus optima eſt, ut Sacerdos conſideret eum, cujus vices agit, cujus perſonam gerit; ſi enim conſideret ſeſe tamquam Miniſtrum JESU CHRISTI; neceſſe eſt, ut hoc ſentiat in ſe, quod & in CHRISTO JESU, atque adeò juxta ejus loquatur intentionem. Si verò ſe conſideret ut Legatum Eccleſiæ, non aliam huic eſſe videbit intentionem, quàm Sponſo ejus Divino ſit, per quem illa Deo, quemadmodùm ipſe viciſſim per illam offertur. Si denique offerat pro ſemetipſo, multùm ſit oportet à ſiniſtra quacumque intentione remotus, ſi Sacrificii effe-

ctum

gunt munera, ſequuntur retributiones, vendunt Sacramenta, juſtitiam produnt, quorum guttur necdum traxit ad laqueum, necdum præfocavit fauces verbum blaſphemiæ, vox ſacrilega, ſermo nequam, quid vultis mihi dare? &c. S. Bern. declam. in illud, Ecce nos, c. 4. & 5.

Vitula Ephraim, docta diligere trituram. Oſeë 10 11.

Chriſtus ipſe eſt Sacerdos & ſacrificium. Concil. Later. ſub Innoc. III. cap firmiter.

Sacerdos in perſona Chriſti loquens, hoc myſterium conficit. Flor. ſub Eug. in decr. union.

Per IESUM CHRISTUM *offert Eccleſia.* S. Iren. l. 4. c. 33.

Sacerdos magnus Chriſtus eſt, qui victima noſtra & ſacrificium eſt, qui offert & oblatus eſt S. Aug. 10. de Civit. c. 6.

Omnes Chriſtiani, & omnes fere quæ ſua ſunt quærunt, non quæ IESU CHRISTI *Ipſa quoque Eccleſiaſticæ dignitatis officia in turpem quæſtum & tenebrarum negotium tranſiere, nec in his ſalus animarum, ſed luxuria quæritur divitiarum. Propter hoc tondentur, propter hoc frequentant Eccleſias, Miſſas celebrant, Pſalmos decantant.* S. Bernard. in Pſalm. Qui habitat.

Digitized by Google

ctum fructumque obtinere deſideret ; quatenùs enim intentioni JESU CHRISTI ſe non conformat, eatenùs nec petit in ejus nomine, atque adeò nec exaudietur.

EXAMINA temetipſum, an nulla philautiæ hujus intentio tibi fuerit. Quòd ſi fuerit, Deum roga veniam, atque nullam deinceps futuram tibi decerne, præter eam, quam Deus tibi eſſe voluerit, ne fortè tibi aliquando dicatur, quod iis, qui juſtitiam ſuam faciebant, ut viderentur ab hominibus:

Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Matth. 6. 2.

MEDITATIO CXLIV.

Altera præparatio proxima, devotio cordis.

1. Rationes, ob quas hanc devotionem afferre tenentur.
2. In quo hæc conſiſtat ?
3. Methodus ad hanc ſe excitandi.

Erit Sanctus ejus in flamma. Iſai.10.17.

Hiſce nobis Propheta ſignificat, animam juſtam, qualem utique oportet eſſe eam, quæ ſacris appropinquat Altaribus, totam debere devotionis igne exardeſcere.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, juxta hæc verba, ad perficiendam intentionem, quam ad Miſſam celebrandam afferri oportet, ſocianda ei ſit devotio cordis, devotio, inquam, quæ vel ideò magis in Sacerdote requiritur, quòd eo tempore, quo offert Sacrificium, ſuſcipiat & Sacramentum. Quòd ſi verò paucis nôſſe cupias, in quo hæc devotio conſiſtat,

Si uſque ad Miſſarum peragenda myſteria ſaliva lingua noſtra ſub virginali taciturnitatis cenſura coërceat, vel ſub pudica quodammodo locutionis moderamine ſobria verba depromat. Petr. Dam. opuſc. 6. contrà inſcit. & ignor. Cler. c. 31.

PUNCTUM II.

CONSISTIT imprimis in eo, ut Miſſam ritè celebrare, atque ad eam vehementi amore ac-

Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum. Luc. 22 15.

Quis det de carnibus ejus, ut ſaturemur? Iob. 31. 31

accedere ardenter exoptet, nunquam ſomno ſe committens, priuſquam expenderit, quid poſtridiè agendum ſit, primam huc cogitationem dirigens, huc variis orationibus jaculatoriis per diem ſe excitans, totoque tempore matutino Sacrificii memor offerendi. Conſiſtit etiam hæc devotio in eo, ut vel minimæ quæque præſcriptæ cæremoniæ quam exactiſſimè obſerventur, obſerventur, inquam, debita cum gravitate atque modeſtia, ut Canonibus Eccleſiæ, quibus tam ſollicitè præſcribuntur, obtemperetur, ut fideles, quibus tantùm ſolatii ex eorum obſervatione accedit, ædificentur, ut denique eo tempore, quo obſervantur, ſenſui allegorico myſteriiſque per eas denotatis mens Sacerdotis applicetur.

PUNCTUM III.

CONSIDERA methodum devotionem hanc impetrandi atque ad eam ſe excitandi. Prima eſt, ut per meritum orationis, quam in horto olivarum cruentum iſtud Sacrificium Patri ſuo in Cruce oblaturus Dominus noſter JESUS CHRISTUS obtulit, devotio iſta imploretur. Altera methodus ſolitudo eſt; fieri ſiquidem vix quin poteſt, ut implicatus quis negotiis ſæcularibus, mentis quiete atque tranquillitate ad devotionem neceſſariâ gaudeat. Tertia eſt, ut brevis quædam, ſed efficax, hujus myſterii conſideratio præmittatur, quâ ferventes quædam devotionis faces cordi ſubdantur erga Venerabile Sacramentum, e. g. conſideratio amoris, quo Dominus noſter ſe nobis impertit, deſiderii, quo hoc Paſcha nobiſcum manducare deſiderat, beneficiorum, quæ nobis hic præſtat, prodigiorum, quæ hîc operatur. Quarta denique eſt, ut tempus ſumatur & otium, ea, quæ dicta ſunt, expendendi, majus aut minus pro data opportunitate.

EXAMINA defectus hac in parte commiſſos, quan-

Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deoſculer te? &c. Cant. 8. 1.

Anima mea deſideravit te in nocte... de mane vigilabo ad te. Iſa. 26. 9

Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini! Pſ 83. 2. & 3.

Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te, Deus. Pſalm. 41. 1.

Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus. Pſalm. 121. 1.

Rationabile ſit obſequium veſtrum: quomodo erit rationabile obſequium, ubi is qui offert, oblationis ſuæ non concipit intellectum? Cumque Deus omnipotens in offerentibus mentium magis vota conſideret, quàm ſtrepitum vocis attendat, quid in ſuis obtinere precibus valeat, qui quod neſcit, implorat? Petr. Dam. opuſc. 6. in inſcit. Cler.

Factus in agonia, prolixius orabat. Luc. 22. 43

Ille vera victima eſt, qui corpus & animam à vitiis emundando, Deo per amorem Spiritus S. conſecrat, nec ſale aſpergitur, ſed igne conſumitur, quando non peccati tantum cogitatio, ſed & præſentis vitæ delectatio tollitur & futuræ converſationi tota mente ſuſpiratur. S. Hier. in c. 9. Matth.

quanto cum tepore atque torpore ad Sacrum Altare acceſſeris, quàm defeceris in cæremoniis, quàm ad myſteria per eaſdem ſignificata parum attenderis &c. Decerne, defectus hos reparare, corde ſincero atque humiliato coram Judice tuo hos deteſtare. Quòd ſi tempus præparationi huic impendendum aut perditum aut nimium reputes, memento, Salvatorem noſtrum triginta trium annorum decurſu omnibus ſanctiſſimæ vitæ actionibus ſe diſpoſuiſſe, ut Deo ac Patri ſuo Sacrificium Crucis vel ſemel offerret.

Sacramentum amoris. S. Thom.

Qui manducat me, ipſe vivet propter me... in me manet & ego in illo. Ioan. 6. 57. & 58.

Fuſi ſumus exterius, & de regno Dei, quod intra nos eſt, relictis veris ac perennibus bonis, foris quærimus vanam conſolationem de vanitatibus & inſaniis falſis, ac jam religionis antiquæ non ſolum virtutem amiſimus, ſed nec ſpeciem retinemus. S. Bern. Apol. ad Guili. Abb.

Aſpicite in authorem fidei & conſummatorem JESUM, *ut ne fatigemini, animis veſtris deficientes.* Heb. 12. 2. & 3.

MEDITATIO CXLV.

De loco, ubi Miſſa Sacrificium celebrandum eſt. Contrà Sacella domeſtica.

1. Rationes, ob quas Sacerdotes pro viribus allaborare tenentur, ne in Sacellis domeſticis celebretur.
2. Sententia Eccleſiæ quoad hoc.
3. Quid Sacerdotibus quoad hoc agendum?

Cave ne offeras holocauſta tua in omni loco; ſed in eo, quem elegerit Dominus. Deut. 12. 13. & 14.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Sacerdotes pro viribus allaborare tenentur, ne Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium in Sacellis privatis ſive domeſticis celebretur. Prima hæc eſt, quòd hæc Sacella Divino plerumque honori injuria ſint, ſive ob indignitatem locorum, in quibus ſita ſunt, ſive ob irreverentiam, quæ ſexcentis actionibus profanis ibidem quotidie committitur, ſive ob qualitatem ornamentorum, ſive ob eos, qui iſta in manibus habent, ſive ob geſtus eorum, qui Miſſam ibidem celebra-

Ideo præcepit in templo & ad altare Domini hoſtias offerri, ut ubi integra eſt religio, ibi cultus congruus exhibeatur. Gloſſ. ord.

Ad locum, quem elegerit Dominus, venietis & offeretis in loco illo victimas, & holocauſta veſtra. Deut. 12. 5. & 6.

In medio Eccleſiæ laudabo te. Pſalm. 21. 23.

Apud te laus mea: in Eccleſia magna. Ibid. ℣. 26.

Digitized by Google

brari præcipiunt, qui aut lecto decumbentes aut alio quocumque indecenti modo ſedentes tremendis iſtis Myſteriis aſſiſtere non verentur. Altera eſt, quòd hæc Sacella Parochiis admodùm injuria ſint, id eſt bono exemplo, quòd Parochianorum alter alteri præbere, uti & debitis, quæ proprio quiſque Paſtori reddere tenetur. Derogant inſuper honori, qui Miniſtris debetur Eccleſiæ, *quos*, ut magnus quidam Doctor ait, *ut ſervos admittunt, nec honeſtius plerumque tractant quàm artifices, qui ad opera conducenda ſpe mercedis invitantur.* Adde his, quòd Sacella hæc domeſtica non aliam ſortiantur originem, quàm vanitatem, pigritiam, indevotionem, libertatem, quæ non niſi eam amat Religionem, quam ex ſuo cerebro ipſa procudit. Privatur præterea hac ratione integra familia inſtructionibus ad ſalutem neceſſariis, Catechiſmis, notitiâ feſtorum, jejuniorum, aliorumque quæ in hebdomade occurrunt, quorum cognitio nonniſi in Parochiis hauritur. Ultima denique ratio eſt, quòd Eccleſia quovis tempore huic abuſui occlamaverit, quemadmodum & ex variis liquet Canonibus, quæ contra Sacella domeſtica condidit renovavitque non ſemel, & ex præcautionibus quas adhibet, cum in novorum erectionem conſentire neceſſitate compellitur. Ne verò imponi tibi hac in parte credideris,

In Eccleſiis benedicam te Domine. Pſ. 25. 12.

Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi ejus: in medio tui Ieruſalem. Pſalm. 115. 18. 19.

Ne populus diſtrahatur à Miſſa Patrochiali & ab omni auditione mandatorum Dei & Eccleſiæ, prohibemus ne in capellis, &c. Concil. Senon. c. 15. an. 1528. *& infra.*

Et ut magis ac magis tollatur occaſio celebrandi Miſſas in locis ac oratoriis privatis, injungitur ſuffraganeis noſtris, ut non ſint faciles ad conſecranda altaria portatilia. Oratoriorum antiquitas ſi altiùs repetatur, patebit, eum privata ſacella condendi pruritum non tam profuiſſe; propterea putaverim oratoria manaſſe primum ab infirna libertatis cupidine, quâ homines ita agantur, ut nihil niſi quod ſuum æſtiment, dominatum etjam in Religione averſentur, & eam non ament pietatis formam, niſi quam de proprio cerebro ſibi confinxerunt. Nicol. le Maiſtre l. 2. de bonis & poſſeſſ. Eccl. 4. de origine oratorior.

Audiunt te domi declamantem in vitia Sacerdotum & ſuos mores duro ungue carpentem: adulari Sacerdotes inſolenti & incompoſita familia neceſſe eſt & eodem ore, quo Chriſti corpus conficiunt, laſciviam

PUNCTUM II.

LEGIT o Epiſtolam primam Sanctorum Anacleti Feliciſque Pontificum, Concilium Agathenſe, Aurelianenſe, Aquiſgranenſe, Turonenſe, Moguntinum, atque inter cætera Pariſienſe ac Tridentinum, quorum illud de hiſce Sacellis hunc in modum conqueritur: *Plèrique Presbyteri, neglectis Baſilicis Deo dicatis, in domibus & hortis Miſſarum celebrationes, contra Divinam authoritatem & Canonicam inſti-*

ſtitutionem facere præſumunt & hoc ſimiliter ad Epiſcoporum culpam pertinere perſpicuum eſt. Proinde neceſſe eſt, ut unuſquiſque Epiſcoporum hujuſmodi temerariam conſuetudinem à Parochia ſua penitùs amoveant. Et paulò infrà concludit: *Satius igitur illis eſt, Miſſam non audire, quàm eam, ubi non licet nec oportet, audire.* Ut verò liquidiùs adhuc circa hanc materiam mentem ſuam aperiat, adjungit: *Iterum atque iterum admonemus, ut, poſthabitis ædiculis, quas uſus inolitus Capellas appellat, Baſilicæ Deo dicatæ ad Miſſarum celebrationem audiendam & Corporis & Sanguinis Domini perceptionem ſumendam aſſiduè devotèque adeantur.* Concilium verò Tridentinum: *Ne patiantur*, inquit, *privatis in domibus atque omnino extra Eccleſiam & ad Divinum tantum cultum dedicata oratoria ab eiſdem ordinariis deſignanda & viſitanda ſanctum hoc Sacrificium à ſæcularibus & Regularibus quibuſcumque peragi, ac niſi prius, qui interſunt, decenter compoſito corporis habitu declaraverint, ſe mente etiam ac devoto cordis affectu, non ſolum corpore adeſſe.*

Hiſce fundamentis niſi ſunt tot ſancti homines, qui quamvis infirmi eſſent, atque in caſu, ut videbantur, neceſſitatis, nunquam ſanctum Miſſæ Sacrificium in cubilibus ſuis celebrari voluerunt.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quid ad tollendum hunc abuſum Sacerdotibus ſit agendum. Impediendum imprimis, quantum fieri poteſt, ne hujuſmodi Sacella ædificentur, præcavendo, ſimul atque hujuſce res rumorem perceperint, atque ob oculos ponendo incommoda inde ſecutura, prohibitionem Eccleſiæ &c. Difficiles deinde ſe exhibeant Sacerdotes, ad Miſſam ibidem celebrandam, niſi extremâ forſan neceſſitate cogente. Quam ne tum quidem celebrent, niſi viſo le-

& petulantiam matronarum fractis oculis libidinem & inſanos plerumque amores meditantium collaudare. Anacl. Ep. 1. ann. 104. Felix IV. Epiſt. 1. ad omnes Epiſc. an. 526. ubi eximia in præſenti materia videre eſt. Agath. an. 505. refertur diſt. 1. de conſec. c. ſi quis Aurel. c. 33. ann. 541.

Ut in diebus feſtis vel Dominicis omnes ad Eccleſiam veniant, & non invitent Presbyteros ad domos ſuas ad Miſſam faciendam. Aquiſ. circa ann. 789. Cabil. 2. an. 813. c. 191.

Nulli Presbytero ſæculari vel regulari in privatis domibus, nec etiam nobilium aut aliorum potentum juxta Sacros Canones ſub pœna ſuſpenſionis ipſo jure incurrenda celebrare liceat. Turon. ann. 581. Concil. Par. temp. Greg. IV. an. 829 l. 1. c. 47. ubi præclara Trid. ſeſſ. 22. decreto de obſervandis, &c.

S. Carolus in ejus vita, qui uſum etiam & facultatem talium capellarum ſuſtulit. L. 8. c. 4. & l. 7. c. 12.

Si quis etiam juxta Parochias, in quibus legitimus eſt ordinariuſque conventus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis feſtivitatibus ut ibi Miſſas teneat propter fatigationem familiæ, juſta ordinatione permittimus. Paſchâ vero, Natali Domini, Epiphaniâ Domini, Pentecoſte, &

Digitized by Google

natali ſancti Ioan. Baptiſtæ, & ſi qui maximi dies in feſtivitatibus habentur, nonniſi in civitatibus aut Parochiis teneant. Clerici vero, ſi qui in feſtivitatibus quas ſupra diximus, in oratoriis, niſi jubente Epiſcopo, Miſſas facere, aut tenere voluerint, a communione pellantur. De conſec. diſt. 1. c. ſi quis, &c.

lectóque Superiorum permiſſu. Tertiò nunquam eò ſe conferant, uti Concilia decernunt, Feſto Paſchatis, Pentecoſtes, Omnium Sanctorum, Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis, Joannis Baptiſtæ, Aſſumptionis D. Virginis, Venerabilis Sacramenti, Patroni atque Dedicationis Eccleſiæ. Quartò iis, qui ibidem adſunt, ob oculos ponant, quàm parùm iſthinc alii Parochiani ædificentur. Quintò animadvertant, nùm Calices atque ornamenta debita cum reverentia tractentur ac conſerventur, an lapis, in quo conſecrandum, ſit integer, an triplici mappâ coopertus &c. ut aut ii, penes quem Sacellum eſt, aut ſuperioribus indicetur, qui corrigere poſſint. Denique caveat, ſi dies ſit, quo ad Miſſam audiendam Chriſtiani obligantur, ne quis in Sacello ſit, præter eos, quorum in favorem conceſſa permiſſio eſt, utque omnes debita cum reverentia ac modeſtia adſint.

Fabricati ſunt limen ſuum juxta limen meum, & poſtes ſuos juxta poſtes meos: & murus erat inter me & eos. Ezech. 43. 8.

MEDITATIO CXLVI.

De gratiarum actione poſt Miſſæ Sacrificium.

1. Quàm neceſſaria atque rationi conſentanea ſit gratiarum actio poſt Miſſam.
2. Methodus hanc ritè inſtituendi.
3. Quid Sacerdoti agendum poſt gratiarum actionem.

Edent pauperes & ſaturabuntur &c. reminiſcentur & convertentur ad Dominum.
Pſalm. 21. 27. & 28.

PUNCTUM I.

Deus non ut noſtra gratiarum actione opus habens, ſibi vult gratias agi; ſed ut quicquid lucri eſt, iterum ad nos redeat. S. Chr. hom. 26. in Gen.

CONSIDERA, quòd, juxta hæc verba ex mente ſanctorum Patrum explicata, inter alia ad vitam ſpiritalem requiſita hoc potioribus accenſendum ſit, ut tempus, quod ſacram Communionem ſubſequitur, ritè impen-

pendatur, debitæque Deo gratiæ rependantur. Hoc verò ſi quibuſcumque Chriſtianis, multò ſanè magis poſt Miſſæ Sacrificium Sacerdotibus commendandum eſt, non eò ſolum quòd omne beneficium recognitionem exigat, atque adeò beneficium hoc, cùm infinitum ſit, recognitionem exigat infinitam; ſed vel ideò potiſſimùm, quod is, qui ſibi poſt Miſſam recolligendo temporis aliquid non impendit, non levem Divino illi hoſpiti quem ſuſcepit, irreverentiam irroget, aut ſolum eum ſine alloquio relinquendo, aut cor ſuum, in quo divertit, cogitationibus, commerciis affectibuſve mox ſæcularibus adimplendo. Undè fit, ut ex Miſſis ſexcentis nullum omninò fructum colligat, atque adeò tam poſt illas quàm antè imperfectus remaneat. Præthereà Sacerdos, qui ſimul ferè atque ab Altari, etiam è Templo diſcedit, nec niſi modicùm temporis gratiarum actioni impendit, peſſimum Laicis exemplum præbet, qui idem prorsùs faciendi atque adeò pretii, quod Divino huic Myſterio poſuerant, minuendi occaſionem arripiunt.

Excepterium bonitatis & organum clarificationis ejus, homo gratus ei, qui eum fecit: excepterium juſti judicii ejus, homo ingratus. S. Iren. l. 4. c. 24.

Dona Dei debita gratiarum actione non fruſtrentur, non grandia, non puſilla... Nunquid non perit, quod donatur ingrato? S. Bern. ſerm. 51. in Cant.

Ex inordinata, indiſciplinata multitudine Sacerdotum, hodie datur oſtentui noſtra redemptionis Venerabile Sacramentum. Petr. Bleſ. ad Rich. Epiſc. Londo.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, methodos haſce gratias agendi eſſe varias, prout in libris hac de re agentibus videre licet. Alii poſt preces ab Eccleſia præſcriptas in ſolitudinem ſecedentes omnigenarum virtutum, ut Fidei, Spei, Charitatis, Humilitatis, Verecundiæ, Adorationis ſimiliumque actus eliciunt. Alii JESU CHRISTI reſidentis in eis contemplandæ ſe dedunt Majeſtati, qui nunc ut Magiſter in Cathedra, nunc ut Rex in Throno, nunc ut Medicus, ut Redemptor, ut Pater, ut Frater, ut Amicus, ut Sponſus eis loqui videtur, actúsque eliciunt variis hiſce conditionibus reſpondentes. Alii Divina ejus attributa conſiderant, Bonitatem, Juſtitiam, Sapientiam, Potentiam, Im-

Immenſitatem, Sanctitatem, cumque defectibus, quos in ſe vident, contrariis conferunt. *Vnicuique ſicut diviſit Dominus.* 1. Cor 7. 17. Omnes hæ methodi optimæ ſunt. Cæterùm omnem gratiarum actionem ad tria hæc verba reduci memineris, referre grates, petere atque offerre.

Vide, unde grates ei referre debeas. Vide quo tibi opus ſit, ut ab eo petas. Vide denique, quid ei offerre velis. Ecce id, quod mox à Miſſa tibi agendum eſt. At verò, cum hoc beneficium integræ ſine dubio diei agnitionem mereatur,

PUNCTUM III.

Sacerdos beneficium hoc ſibi præſtitum agnoſcens totius diei decurſu corpus & animam conſervare ſatagat, quorum ſingularem in Miſſa poſſeſſionem Jesus ſibi vendicavit, Sacrificii oblati memoriam ut malorum ſimul impedimentum vehemenſque uſurpans excitamentum ad rectè agendum & reliquam diei partem utiliter ſanctequé ducendam.

Mirariſnè etiamnum, tam parùm poſt tot Miſſas tibi eſſe virtutis, cum nullam ei diſpoſitionem præmittas ſubjungaſvè, ut fructibus ejus potiare? Decerne deinceps tam enormem corrigere ingratitudinem, quam toties admiſiſti, quoties Salvatorem tuum poſt Miſſæ Sacrificium penes ſe ſolum reliquiſti. Decerne, inquam, quadrantem circiter horæ ut minùs impendere, ut tempore tam pretioſo cum eo converſêre, loquentem eum audias, tuas ei neceſſitates aperias. Non opus eſſet argumentis, quibus juſtiſſimum hoc officium nobis perſuaderetur, præſertim ſi conſideremus, quòd

Non habet amaritudinem converſatio illius, nec tædium convictus ejus, ſed lætitiam & gaudium. Sap. 8. 16.

Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas? Jer. 11. 15.

Loquere Domine, quia audit ſervus tuus. 1. Reg. 3. 10.

Verba vitæ æternæ habes. Ioan. 6. 69.

Dic animæ meæ: ſalus tua ego ſum. Pſal. 34. 3.

ME-

MEDITATIO CXLVII.

Meditationum præcedentium repetitio, adinſtar examinis, quo defectus diſcutiuntur, qui in celebrando Miſſa Sacrificio plerumque committuntur.

1. Quàm graves ſint defectus, qui in Miſſæ Sacrificio committuntur.
2. Ecqui ſint ordinarii.
3. Propoſita deinceps elicienda.

Maledictus, qui facit opus Dei negligenter. Jerem. 48. 10.

Verſio vulgata habet, *fraudulenter.*

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd ſi hæc comminatio ad omnia ritè agenda, quæ cum Deo agenda ſunt, aut ad eum quovis modo referuntur, unumquemque compellat; potiſſimo ſanè jure ad Miſſæ Sacrificium ritè peragendum Sacerdotem inſtiget, utpote quod jure meritiſſimo *opus Dei* nuncupetur, cujus Author Deus eſt, qui illud inſtituit obtulitque, cujus itidem materia Deus eſt, Dei enim Corpus & Sanguis eſt, quæ ibidem offeruntur, cujus forma Divina eſt, id eſt, verba ſacra Divinaque ipſius Verbi Dei, cujus denique finis etiam Deus eſt, ad cujus honorem Sacrificium offertur.

In omnibus operibus tuis præcellens eſto. Eccl. 33. 23.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quinam ſint qui in opere tam ſancto tremendoque negligenter ſe habeant, id eſt, quinam ſint defectus ordinarii, qui in Miſſæ Sacrificio paſſim admittuntur. Defectus hi triplices ſunt, alii Sacrificium præeunt, alii comitantur, alii ſubſequuntur. Defectus inter præeuntes facilè primus eſt, ſi quis peccati mortalis

Tremenda myſteria! quã audet ſceleſtas blaſphemias ſuas, neque enim preces dixerim, ſacris aris inferre, eaſque ſuper ſigna illa divina ad Chriſti ſimilitudinem dicere, non eſt Sacerdos, ſed infeſtus atrox, doloſus, illuſor ſui,

& lupus in dominicum gregem ovina pelle armatus. S. Dion. Ep. ad Demoph. 2.

Qui debuerunt eſſe vicarii Apoſtolorum & filii Petri, facti ſunt ſocii Iuda, & praambuli Antichriſti. Verbum Divi Gregorii eſt. *Qui Chriſti corpus indignè conficit, Chriſtum tradit, ut Chriſtus, cum traditur, dicat: ecce, manus tradentis me mecum eſt in menſa.* Aug. ſuper illum verſiculum: dederunt in eſcam meam fel.

Gravius, inquit, *peccant offerentes indignè Chriſtum regnantem in cælis, quàm qui eum crucifixerunt ambulantem in terris: magis peccant qui tradunt Chriſtum peccatoribus membris, quàm qui tradidit ipſum crucifixoribus Iudæis:* Verbum Hieron. eſt.

Perfidus Iudæus, perfidus Chriſtianus, ille de latere, iſte de calice Sanguinem Chriſti fundit. Repoſitum fuit illud pretioſiſſimum corpus in ſindone munda, & in monumento novo; iſte autem in ore adhuc potu heſterno fœtente, & in ſentina ventris adhuc pracedente crapula æſtuante demergit eum, in quem Angeli proſpicere concupiſcunt, quem proſpiciendo delectationes æternas accipiunt. Vid. reliqua apud Pet. Bleſ. Epiſt. ad Rich. Londo. Epiſc.

Cælum aperiunt, ſumma ſimul in unum &

lis conſcius huc accedat, quod ſane crimen hominum ſimul atq; Angelorum ſenſum ſuperat, quod ſacrilegium & blaſphemiam & profanationem ſecum horribilem trahit, imò verò ad ipſum vergit Deicidium, ſuique authorem & Judâ & Judæis & ipſis dæmonibus deteriorem efficit atque nocentiorem: aut ſanè ſi huc accedat peccato veniali etiamnùm affectus, quod, teſtibus non paucis Doctoribus celebrioribus, omnem Sacramenti fructum adimit. Alter defectus eſt, ſi quis vel nullâ omninò vel certè nonniſi perverſâ prævia intentione, ſive turpis cujuſdam lucri temporalis, ſive ut religioſior appareat, ſive ut officio dumtaxat ſuo ſatisfaciat, ad Altare ſe ſiſtit. Tertius defectus eſt, ſi quis temerè & inconſideratè accedat, ſi ex conſuetudine, ſi mente negotiis etiamnùm ſæcularibus implicitâ, ſi ne tantillum quidem otii ſumat, ut quò eat, expendat, ſi nihil eorum, quæ agenda ibidem aut dicenda erunt, prævideat. Quartus defectus eſt, ſi magìs ſatagat ex vanitate collare deponere, quàm ea, quæ habitum Sacerdotalem induendis præcepit Eccleſia, ex obedientia adimplere. Hæc autem ſunt, Miſſam prævidere, Miſſale diſponere, lavare manus, præparare calicem &c. Quantus eſt eorum numerus? Defectus porrò qui Miſſam comitantur, plerumque ſunt hi, ſi quis non ſatis accuratè cæremonias obſervet, ſi tempus abbreviaturus in adhibendis hiſce feſtinet, quaſi verò prolixior ei ſemihora ſit, ſi myſteria per eas ſignificata non animadvertat, aut, quod pejus eſt, neſciat, ſi populum, ad quem ſe vertit, aſpiciat, ſi modum quempiam Rubricis adverſantem affectet, ſi cogitationibus aliò evagetur, aliique defectus, de quibus in Miſſali, qui materiam formamve reſpiciunt. Defectus denique, qui Miſſam ſubſequuntur, hi ſunt, ſi quis ne quartam quidem horulæ partem gratiarum actioni impendat, ſi ne tantillum quidem otii ſumat, ut

pre-

Digitized by Google

preces, breves licet, hunc in finem ab Eccleſia præſcriptas recitet; at verò ita converſetur negotiaque tractet ſæcularia, perinde atque ſi ex loco operevè profano jam jam rediret, ſi rideat, ſi iracundiâ exardeſcat, aliique conſimiles.

unà concurrunt; & ſi ſordidus quilibet audacter ingerere non veretur: poteſtates angelicæ trementes aſſiſtunt, inter offerentium manus virtus divina deſcendit, donum Sancti Spiritus influit, Pontifex ille, quem adorant Angeli, a ſui corporis & ſanguinis hoſtia non recedit; & adeſſe non trepidat, quem tartarea libidinis æſtus inflammat. Petr. Dam. opuſc. 8. in Cleric. in temp.

VIDE, anne his & tu accenſeri non debeas. Quibus defectibus ut medeare

PUNCTUM III.

CONSIDERA maledictiones ſuprà tibi ob oculos poſitas, quas Deus intentat iis, qui hunc in modum ibidem ſe gerunt. Bona item quæ non citra apparatum accedentibus obveniunt: atque hæc deinceps te acturum decerne. Præter generalem imprimis præcipuamque præparationem, id eſt, animi puritatem, nunquam te ex conſuetudine ad Altare acceſſurum, ſed hæc tria ut minus à te ipſo percunctaturum: primum: quo vadis? alterum: quis tu? tertium: quis ille, quem ſuſcepturus es? Quemadmodum huc modò accedis? Decerne præterea, cæremonias quàm exactiſſimè te obſervaturum, atque eas ſimul & earum ſignificationes memoriæ mandaturum, ut exterioribus & interiora conjungas. Decerne denique, nunquam te, niſi redditâ pro beneficio tam ſingulari gratiarum aliqua actione, Eccleſia egreſſurum. Alioquin & tibi obventurum eſt, quod populo iſti perduelli, quibus eſcæ adhuc erant in ore ipſorum, quando ira Dei venit ſuper eos. Affligimur quandoque, & unde, neſcimus; at verò ſi oculi nobis ſatis forent illuminati, afflictionem iſtam fortaſſis intueremur tot Miſſarum malè celebratarum eſſe ſupplicium.

Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum: & ira Dei aſcendit ſuper eos. Pſal. 77. 30. & 31.

Ideò, inquit Apoſtolus, *inter vos multi infirmi, & imbecilles & dormiunt multi.* 1. Cor. 11. 30.

Atque utinam Deus nonniſi in hoc mundo temporali ſeu corporali nos virgâ caſtiget!

Cum enim, judicamur, ſubjungit Apoſtolus,

à

Digitized by Google

à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Ibid. 32.

MEDITATIO CXLVIII.

De ſecundo Sacerdotum miniſterio, id eſt, Sacramentorum adminiſtratione, ac imprimis de adminiſtratione Sacramentorum in genere.

1. Quàm grande atque ſublime ſit hoc miniſterium?
2. Conditiones ac qualitates in Sacerdote ad hoc requiſitæ.
3. Rationes, quibus ad hoc dignè obeundum poteſt moveri.

Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. 1. Cor. 4. 1.

PUNCTUM I.

Eccleſia Sacramenta ſunt, per quæ omnis vera juſtitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amiſſa reparatur. Conc. Trident. ſeſſ. in prooem.

Ab ipſa Sapientia Dei, ſaluberrima Sacramenta conſtituta ſunt. S. Aug. de vel. Rel. c. 17.

CONSIDERA, quàm grande atque ſublime ſit hoc miniſterium, de quo ſic Apoſtolus, ut quis ſit *diſpenſator myſteriorum Dei*, id eſt, Sacramenta adminiſtret. Sublimitas iſta eluceſcit in eo, quòd nihil in Eccleſia Sacramentis æquiparandum ſit, utpote quæ quaſi ſeptem Canalibus prodigioſis ab infinita Sapientia atque inexhauſta JESU CHRISTI miſericordia inſtitutis, nativitatem, augmentum, medicinam, alimentum, ſanctificationem, converſationem perſeverantiamque Chriſtiani hominis contineant. Unde cum ad rerum tam ſublimium diſpenſationem nimiùm diſpoſitionis & circumſpectionis afferri nequeat, ſubjungit Apoſtolus: *Hîc jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur.* Ut itaque fidelis hujus diſpenſatoris conditiones atque argumenta, id eſt, ea quæ in Sacramentorum adminiſtratione illi agenda ſunt, pernoſcantur,

PUNC-

Digitized by Google

PUNCTUM II.

CONSIDERA, Sacerdoti ritè hoc miniſterium obituro naturam imprimis atque effectus Sacramentorum, quæ adminiſtraturus eſt, id eſt, Baptiſmi, Euchariſtiæ, Pœnitentiæ, Extremæ Unctionis ac Matrimonii perſpecta eſſe oportere, uti & methodum ea dignè recipiendi, ut populum vel in Catechiſmis vel in ipſa adminiſtratione, ut Synodus poſtulat Tridentina, poſſit inſtruere: horum enim ſi nihil noverint, quomodo debitam illis venerationem exhibebunt? Cæremonias præterea eſſentiales aliaſque, prout Rituale præſcribit, obſervandas ei notas oportuit. Adhibeat denique quàm poteſt exactiſſimè, duo præ omnibus ob oculos habens: Quoad Deum imprimis, conſcientiam ab omni peccato immunem afferat, ne forte ſanctificans alios, ſemetipſum conſpurcet: quoad proximum verò gravitatem, modeſtam, majeſtatem, venerabilem, ſpeciem exteriorem, ut verbo dicam, ritè compoſitam.

Et ſimiles ſint aquæ Baptiſmi, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum cæleſte mittit, & ipſa poſtea in cloacas deſcendit. S. Gregor. hom. de cur. Paſt.

Accuratiſſimi omnes ſunt, ut jura, honores, privilegia beneficiis Ordinibuſve annexa diſquirant; & Sacramenta nihilominus JESU CHRISTI leviter, indevotè, immodeſtè, citra attentionem ſpiritumque interiorem adminiſtrabunt? Numquid hoc horribile rerum ſacrarum vilipendium, numquid exiguam omninò fidem manifeſtè prodit?

PUNCTUM III.

CONSIDERA rationes, quibus ad hoc miniſterium ritè obeundum Sacerdotes poſſunt moveri. Prima eſt, ſi conſiderent, quòd in hoc miniſterio ſpectaculum facti ſint Deo & Angelis & hominibus. Altera, ſi conſiderent, quantuloſcumque defectus hac in re non eſſe exiguos, ſive conſideretur inſtitutor, cujus volun-

Spectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus. 1. Cor. 4. 9.

Digitized by Google

tati contravenitur : ſive Eccleſia, cujus Canones deſpiciuntur : ſive fideles, qui non rarò inde ſcandalizantur : ſive denique ipſi miniſtri, qui ex hiſce miniſteriis ſibi culpam conflant, unde novam debuerant conciliare gratiam.

Providentes bona non tantùm coram Deo ; ſed etiam coram hominibus. Rom. 12. 17. 2. Cor. 8. 21.

Hæc itaque decerne hodie : decerne imprimis doctrinæ de Sacramentis agenti operam dare : eorum inſuper cæremonias ediſcere : nullum denique eorum adminiſtrare vel minimi delicti conſcius ; at magnâ ſemper comitante ſanctimoniâ atque eâ compoſitione exteriori, quæ grandem eorum, quæ tractas, venerationem aſſiſtentibus ingerat ; atque adeò duplici illo honore dignus eris, de quo Apoſtolus :

Qui benè præſunt Presbyteri, duplici honore digni ſunt. 1. Tim. 5. 17. Id eſt, & honore coram Deo & coram hominibus.

✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦

MEDITATIO CXLIX.

De adminiſtratione Sacramentorum in ſpecie, ac imprimis de adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ, nec non de adminiſtrationis hujus excellentia ac merito.

1. Adminiſtrationis hujus excellentia ac dignitas.
2. Meritum hinc Sacerdoti comparandum
3. Concluſiones atque propoſita hinc elicienda.

Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis ; & quorum retinueritis, retenta ſunt. Joan. 20. 23.

PUNCTUM I.

Sacerdotes Dominus noſter JESUS CHRISTUS ſui ipſius Vicarios reliquit, tanquam præſides ac judices, ad quos omnia crimina mortalia deferantur. Conc. Trident. ſeſſ. 14. c. 5.

CONSIDERA in pauculis hiſce verbis adminiſtrationis hujus excellentiam ac dignitatem ; hiſce ſiquidem ad remittenda peccata Sacerdotes conſtituens Dominus, ſuam Judicis authoritatem, Salvatoris dignitatem, immò & Dei potentiam ac majeſtatem eis impertit. Suam

Suam imprimis Judicis authoritatem; quia in Tribunali Pœnitentiæ ea ligandi atque ſolvendi, abſolvendi & condemnandi, retinendi ac remittendi Sacerdoti poteſtas eſt, ut quidquid hac in re egerit in terris, ratihabendum ſit & in cælis. Agit hîc etiam Sacerdos Salvatorem, quatenùs Filii Dei redemptionem continuat, dum peccati, dæmonis atque inferni captivitati animas eripit, quibus pretioſum Sanguinem Redemptoris, hoc eſt, fructum applicat Sanctiſſimæ Paſſionis ejus. Divinam denique hîc poteſtatem præ ſe fert atque majeſtatem, quatenùs negotium hîc gerit planè Divinum, id eſt, peccata delet, gratiam confert animabus, eaſque Spiritus ſancti participes efficit: quod ſanè opus tam mirabile atque ſublime eſt, ut poſt Sacro-ſanctum Miſſæ Sacrificium, ubi Corpus conſecratur & Sanguis Filii Dei, nihil in terra grandius reperire ſit, nihil quo Divina ejus Majeſtas glorificetur magìs, quo Dominus noſter plùs honoretur, quo Angeli denique atque animæ beatæ magìs exultent.

Ecquid amplius tibi præſtare Deus poterat, quàm ut conſidens in throno ejus ſupremam de animarum ſalute ſententiam feras, quàm ut infinitæ Paſſionis ac Mortis ejus merita diſpenſes? Quantum prodigium!

PUNCTUM II.

Considera meritum ex actione tam ſancta Sacerdoti comparandum: quòd ſi enim tantum Deus promittat miſericordibus, non eſt, qui opera miſericordiæ tum ſpiritualia tum corporalia Confeſſario perfectiùs exerceat; utpotè qui Confeſſiones excipiens doceat ignorantes, dubitantibus rectè conſulat, mœſtos conſoletur, delinquentes corrigat, moleſtiarum non parum ab eis ſuſtineat, pro eorum denique ſalute Deum oret, eaque omnia ſine magno ſtrepitu atque adeò ſine periculo agat vanitatis.

Quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo, & quæcunque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo. Matth. 16. 19.

Uſque adeo ut quæcunque Sacerdotes confecerint, illa eadem Deus ſupernè rata habeat, ac ſervorum ſententiam Dominus confirmet. S. Chr. l. 3. de Sacr. c. 4.

Quænam obſecro poteſtas hâc major eſſe queat? Pater omne Iudicium dedit filio, cæterùm video ipſum omne judicium à Dei filio illis traditum; nam quaſi jam in cælum tranſlati ac ſupra naturam humanam poſiti atque noſtris affectibus exempti, ſic iſti ad principatum iſtum perducti ſunt. Quid multa? Si cui Rex aliquis ex ſubditis ſuis hunc honorem detulerit, ut poteſtatem habeat, quoſcunque velit, in carcerem conjiciendi, eoſdemque rurſus laxandi; beatus ille & admirandus judicio omnium fuerit; at vero qui tantò majorem à Deo poteſtatem, quantò cælum terra pretioſius eſt, quantò etiam animæ corporibus præſtant, &c. S. Chryſ. l. 3. de Sac. c. 4.

Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? Marc. 2. 7.

Gaudium erit Angelis Dei in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentiâ. Luc. 15. 7.

Omnia veſtra ſunt. 1. Corinth. 3. 22.

Digitized by Google

PUNCTUM III.

CONSIDERA hinc, quanti miniſterium hoc, ſi eidem deditus es, tibi faciendum ſit, quantoque amore proſequendum, quandoquidem poſt auguſtiſſimum Miſſæ Sacrificium neque ſublimiori neque utiliori tempus tuum operi impendere valeas. Sed & conſidera injectum tibi onus ejuſdem, ut par eſt, exercendi; cum enim Dei ibidem judicium exerceas, judicium, inquam, ubi non de re dumtaxat temporali, e. g. hæreditate quapiam aut domo aut vita corporali, at verò de regno æterno, de ſalute aut condemnatione agitur animarum, ſingularem imprimis curam magnamque attentionem huc allatam oportuit. Cum verò mundi ibidem Salvatorem agas, id eſt, opus continues redemptionis humanæ, eâ charitate, patientiâ atque humilitate hîc agendum eſt, quâ Dei Filius illud adimplevit. Cum denique Dei vices hîc ſuppleas, Dei authoritate præfulgeas, Dei nomine agas, Dei legatione fungaris, rem hîc Dei te gerere oportet, nîl præter Deum præ oculis habere, nonniſi ſtabiliendo in animabus Dei regno allaborare.

NONNE rationi conſentaneum eſt, ut, cùm gratiâ ſimul & charactere ad miniſterium hoc exequendum inſignitus ſis, totum te optimoque, quo potes, modo eidem te dedas. Hanc induturus diſpoſitionem, toto corde te Deo præbe, his Apoſtoli verbis ſpiritu plane Apoſtolico eum affatus:

Ego libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris. 2. Corinth. 12. 15.

ME-

MEDITATIO CL.

De qualitatibus & conditionibus boni Confeſſarii.

1. Hæ ſunt Scientia, Prudentia, Patientia, Caſtitas, Charitas.
2. Animadverſio.

Quis, putas, eſt fidelis ſervus, & prudens? Matth. 24. 45.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, cùm perquàm ſublime ſit munus Confeſſarii, ſublimes etiam qualitates exigat. Prima qualitas Scientia eſt, quæ imprimis in eo conſiſtit, ut noverit, quâ poteſtate polleat, deinde quomodo præceptis Dei & Eccleſiæ contraveniri poſſit, quæ cuilibet ſtatui injecta ſint onera, quænam peccatorum ſpecies diverſæ cenſeantur, quæ circumſtantiæ ſpeciem mutantes aut aggravantes, quæ remedia his adhibenda: denique ut peccatum inter mortale & veniale diſcernere noverit, atque adeò caſibus conſcientiæ operam impenderit.

Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadent. Matth. 15. 14.

Nulla ars doceri præſumitur, niſi prius intenta meditatione diſcatur. Ab imperitis ergo magiſterium ſuſcipitur in magna temeritate, quoniam ars artium eſt regimen animarum: quis autem cogitationum vulnera occultiora eſſe neſciat vulneribus viſcerum? Et tamen ſæpe, qui nequaquam ſpiritualia præcepta cognoverunt, cordis ſe medicos profiteri non metuunt. S. Gregor Paſt. p. 1. c. 1.

PUNCTUM II.

ALTERA Confeſſarii qualitas Prudentia eſt, quâ utique perfectiſſimè præditus ſit oportet, ut cum hominibus pro varia eorum diſpoſitione atque neceſſitate variè agere noverit. Tertia Patientia eſt, ut ſine commotione ac tædio animi pœnitentium defectus tolerare, audire eos cum tranquillitate, alloqui cum manſuetudine, juvare cum charitate, in miniſterio denique tam moleſto, non obſtante quocumque faſtidio, perſiſtere poſſit. Quarta Caſtitas eſt, ſed Angelica, ut tentationibus quibuſcumque ſive extra ſive intra tribunal occurrentibus reſiſtere poſſit, atque adeò Confeſſarius ſit velut roſa inter

Non enim eſt major defectus, quàm defectus poteſtatis. Qui loquitur quod novit, judex juſtitiæ eſt. Prov. 12. 17.

Bene patientes erunt, ut annuntient. Pſ. 91. 15. & 16.

Plus erga corrigendos agat benevolentia, quàm ſeveritas; plus cohortatio, quàm comminatio, plus charitas quam poteſtas; niſi delicti attrocitas majorem exigeret ſeveritatem, S. Leo Epiſt. 18.

Digitized by Google

Aſpectu & auditu juſtus erat. 2. Petr. 2. 8.

ter ſpinas, velut Loth, inquam, qui in ipſo Sodomæ meditullio *aſpectu & auditu juſtus erat.* Ad Caſtitatem refertur & Sobrietas, ne Sacramenti ſigillum, quod in ore ebrioſi periclitatur quàm maximè, quoquo modo frangatur, neve impiis iſtis accenſeatur, *qui*, ut Judas Apoſtolus ait: *gratiam Dei noſtri in luxuriam transferunt*, quique in potûs intemperantia, tamquam occaſione peccati proprii & alieni Confeſſione utuntur.

Iudæ 4.

PUNCTUM III.

Medice, cura te ipſum. Luc. 4. 23.

In quo alterum judicas, teipſum condemnas. Roman. 2. 1.

Non eſt perſonarum acceptio apud Deum. Col. 3. 25.

Nulla erit diſtantia perſonarum, ita parvum audietis ut magnum: nec accipietis cujuſquam perſonam, quia judicium Dei eſt. Deut. 1. 17.

Qui condolere poſſit iis, qui ignorant, & errant. Heb. 5. 2.

ULTIMA conditio eaque potiſſima in Confeſſario requiſita Charitas eſt, quâ & erga ſeipſum & erga pœnitentes ferri debet. Erga ſeipſum quidem, nunquam niſi in ſtatu gratiæ munus ſuum exercendo, ne fortè judicans alios ſeipſum condemnet; erga pœnitentes verò, omnibus omninò ita communem ſe exhibendo, ut ne minoribus quidem aut pauperibus ſeſe ſubſtrahat, magnatibus & ditioribus vacaturus. Ex hac verò charitate commiſeratio ſcaturiet erga tot animas, quæ *ignorant & errant*, quam tam luculentè commendat Apoſtolus.

EHEU! quot Confeſſariis harum qualitatum quàm plurimæ deſunt? An ergò mirum, quod quaſi miratus diceret Salvator noſter: *Quis, putas, eſt fidelis ſervus, & prudens?* Matth. 24. 45. Hoc utique loquendi modo, uti Patres intelligunt, paucos admodùm reperiri ſignificans.

SCRUTARE, ſi hujuſmodi miniſterio deditus es, num omnibus hiſce qualitatibus, Scientiâ, Prudentiâ, Patientiâ, Caſtitate, Sobrietate & Charitate ſis ornatus; hæ ſiquidem in Filio Dei, cujus vicem geris, ſingulariter eluxerunt. Quibus ſi fueris deſtitutus, diſcrimini profectò perditionis expoſitus es; docet ſiquidem Spiritus ſanctus, munia viribus noſtris altiora non quærere:

Noli quærere fieri judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates. Eccli. 7. 6.

ME-

MEDITATIO CLI.

Methodus ritè excipiendi Confeſſiones.

1. Duo potiſſima ac momentoſa monita, quorum alterum ante, alterum poſt exceptam Confeſſionem obſervanda ſunt.
2. Defectus contra duo hæc monita à Confeſſariis admitti ſoliti.

Videte, quid faciatis; non enim hominis exercetis judicium, ſed Domini. 2. Par. 19. 6.

PUNCTUM I.

CONSIDERA duo monita potiſſima ac momentoſa, quorum alterum ante, alterum poſt confeſſionem exceptam Confeſſario obſervanda ſunt. Ac primum quidem, quod ante Tribunalis aditum ei obſervandum eſt, hoc eſt, ut ſublimiſſimi iſtius operis momentum expendat, quo nimirum cæli januas aperit, orco animas eripit, Sanguinem applicat Domini noſtri JESU CHRISTI, gratiæ ejus theſauros diſpertitur, ſententiam fert, quæ Divinam prævenit temperatque, ſententiam, inquam, irrevocabilem vitæ aut mortis; atque adeò intentioni JESU CHRISTI, quæ nihil aſpicit niſi gloriam Dei & ſalutem animarum, ſuam conformet, ejus denique imploret gratiam, quâ juxta ejus voluntatem Divinum hoc Sacramentum ſanctè adminiſtret. Alterum monitum poſt Confeſſionem exceptam Confeſſario obſervandum hoc eſt, quod Sacro-ſanctum innuit Concilium Tridentinum, ut Abſolutio imprimis omnibus indiſcriminatim hominibus non impertiatur, cum ad ligandum æquè atque ad ſolvendum Claves dati ſint; Satisfactio verò, vulgò pœnitentia, trinâ conditione prædita ſit, quarum prima eſt, ut & peccatorum qualitati & pœnitentium facultati ſit

Nemini citò manus impoſueris. 1. Tim. 5. 22.
Nolite ſanctum dare canibus. Matth. 7. 6.
Nam claves Sacerdotum non ad ſolvendum dumtaxat, ſed & ad ligandum conceſſas, etiam antiqui Patres credunt & docent. Trid. ſeſſ. 14. c. 8

Digitized by Google

ſit accommoda; altera ut vitæ præteritæ caſtigatio: tertia, ut adverſus peccata futura ſit antidotus.

PUNCTUM II.

Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo? Iac. 2. 5.

Evangelizare pauperibus miſit me. Luc. 4. 18.

Pauperes evangelizantur. Matth. 11. 5.

Beati pauperes; quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Matth. 5. 3.

Pudet dicere; ſed neceſſe eſt non tacere. S. Leo

CONSIDERA defectus contra duo hæc monita à Confeſſariis admitti ſolitos. Primus eſt, ſi quis in hoc miniſterium vanitate, avaritiâ, aut curioſitate movente ſe ingerat, divites pauperibus præferat, præter morem atque exemplum Chriſti Domini, qui pauperes elegit, quibus Evangelizaret. Alter eſt, ſi quis aliis invideat Confeſſariis, ad quos vel numero vel nobilitate vel opibus potiores confluunt pœnitentes, aut ſuos aliis pœnitentes confiteri non ſuſtineat, aut aliorum pœnitentes ad ſe alliciat. Tertius, ſi quis ſanctum hoc opus negligenter, id eſt, obiter & perfunctoriè exerceat. Quartus, ſi eos recipiat, quos abſolvendi facultatem non habet, aut quia juriſdictioni ejus nequaquam ſubditi, aut quia Caſibus reſervatis ſunt obnoxii. Quintus, ſi omnibus indiſcriminatim hominibus abſolutionem impertiat, etiam iis, qui peccatis e. g. libidinis, latrocinii, perjurii, blaſphemiæ, odii & ſimilibus inveterati ſunt. Ultimus denique defectus eſt, ſi quis contra decretum Concilii Tridentini, citra neceſſitatem, atque inquiſitionem eorum, quæ pœnitens valet adimplere, peccatis gravioribus leviores injungat pœnitentias, aut exadverſo nullâ prorsùs qualitatis, ætatis, ſexûs aut alterius diſpoſitionis pœnitentium habitâ ratione, onera hominibus importabilia, quæ nunquam prævidet adimplenda, imponit.

* *Alligant onera importabilia. Si erramus modicam pœnitentiam imponentes: nonne melius eſt, propter miſericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem? Ubi enim paterfamilias largus eſt; diſpenſator non debet eſſe tenax: ſi Deus benignus eſt; ut quid Sacerdos ejus auſterus eſt!* Hom. 43. oper. imperf. in Matth.

EXAMINA temetipſum, anne hujuſmodi defectuum nullum admiſeris, quem coram Deo deteſteris, quemque, quàm poteris optimè, gratiâ ejus aſpirante reſarcias. Cave autem præ omnibus, ne vel abſolutionem tam facilè impertiendo, vel leviores pœnitentias injungendo, alienorum peccatorum particeps efficiaris;

Fa-

Digitized by Google

Facilitas enim veniæ incentivum tribuit delinquendi. Seſſione 14. cap. 4.

MEDITATIO CLII.

De difficultate Confeſſiones ritè excipiendi.

1. Vnde grandis hæc difficultas oriatur?
2. Vnde fiat, ut plerique Confeſſarii difficultatem hanc & periculum non agnoſcant?
3. Quænam ſint Regulæ, quibus ſe conforment, ut ſecundùm Deum miniſterio ſuo fungantur?

Ars artium Regimen animarum. S. Gregor. 1. p. Paſt. cap. 1.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, non abs re hoc dictum à S.Gregorio: quemadmodùm enim regimen animarum excellentiſſimum; ita & artium omnium difficillimum eſt: cujus quidem difficultas à conditionibus imprimis petenda eſt ac qualitatibus in Confeſſario requiſitis, quas ægrè admodùm eâ, quâ opus eſt, perfectione in homine quopiam reperire eſt. Prætereà ex periculis, quibus aut ob caſtitatem aut aliam ob cauſam expoſitus eſt Confeſſarius. Tertiò ex morum corruptione atque perverſitate, quæ eò uſque jam inveterata eſt, ut vix ferat remedium, cum propriam ſibi quiſque Religionem efformet. Ex eo denique, quòd omnia inter Sacramenta nullum ſit, ubi tantùm per ſeipſum agat Sacerdos, ubi tam plenæ ſit poteſtatis, ubi tantum poſſit admittere defectuum, ubi tantâ in animas authoritate polleat, ubi tanta denique aut vitiorum aut virtutum occaſio ſe offerat. Quæ ſanè omnia cogunt eum ſibi ipſi diffidere, ſpiritum ſapientiæ, conſilii & prudentiæ ſæpiùs implorare, ſummè humilem eſſe, circumſpectum, modeſtum, atque animarum zelo omninò flagrantem.

Quis, putas, eſt fidelis diſpenſator? Luc. 12. 42.

Curari renuit, medelam non ſuſtinet, ulcus peſſimum, quod nec ſummis quidem digitis patitur attrectari. S. Bernard.

Dicunt videntibus: nolite videre; & aſpicientibus: nolite aſpicere nobis ea, quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Iſa. 30. 10.

PUNCTUM II.

Sacerdotes populorum iniquitate damnantur, ſi eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant. S. Iſid. l. 3. de ſummo bon. c. 46.

Quid ei proderit, non puniri ſuo, qui puniendus eſt alieno peccato? S. Proſp. l. 2. de vit. contemp. c. 20.

Labor iſte paucorum eſt, qui poſt caſum reſurgunt, qui poſt vulnera convaleſcunt. S. Pac. Ep. ad Sympron.

Facilius inveni, qui innocentiam ſervaverint, quam qui congruam egerint pœnitentiam Sanc. Amb. l. 2. de pœnit. c. 10.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Pſal. 118. 105.

Tunc Sacerdos irreprehenſibiliter graditur, cum exempla Patrum præcedentium indeſinenter intuetur, cum ſanctorum veſtigia ſine ceſſatione conſiderat. S. Greg. Paſt. p. 2. c. 2.

CONSIDERA, unde fiat, ut Confeſſarii plerique difficultatem hanc & periculum non agnoſcant, tantamque in Sacramenti hujus adminiſtratione laxitatem admittant Fit hoc imprimis ex eo, quòd priùs etiam quàm pœnitentes axiomatibus ſint mundanis imbuti, aut ex eo, quòd eorum gratiâ vereantur excidere, à quibus fortunam ſuam pendere dictitant, aut ex eo, quòd nunquam benè diſcuſſerint Evangelium, quo nihilominùs in dirigendis conſcientiis uti potiſſimùm debuiſſent, aut quòd mundum ſimul & Chriſtum conciliare ſtudeant, aut denique quòd gravitatem peccatorum poſt Baptiſma commiſſorum non ſatis æqua lance perpendant. Cui malo ut remedium adhibeatur,

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quænam ſint potiſſimæ Regulæ, quibus ſe Confeſſarii conforment, ut ſecundùm Deum miniſterio ſuo fungantur. Hæ imprimis ſunt Regulæ Evangelicæ, deindè Conciliorum Decreta, prætereà oracula Sanctorum Patrum, quorum ſententiæ in ſcriptis ſimul & exemplis eorum eluceſcunt, methodus denique virorum Apoſtolicorum hujuſce rei non inexpertorum. Adeò ut à tribus hiſce Regulis, quas Evangelium nobis, Concilia, Patreſque præſcribunt, nunquam recedendum ſit ei, qui nomen veri Confeſſarii obtinere contendit.

NONNE hoc veriſſimum eſt, quòd ſi Regulæ hæ inviolabiliter obſervarentur, neque palpum peccatoribus fore obtrudendum, neque falsâ eos miſericordiâ mitique crudelitate prodendos, dum vulnera teguntur ſolummodò, quæ nonniſi ferro ſæpius igneque curanda ſunt.

Væ, qui dicunt: pax, pax, & non eſt pax. Ezechiël. 13. 10. Jer. 6. 14.

Væ,

Væ, qui conſuunt pulvillos ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas. Ezech. 13. 18.

MEDITATIO CLIII.

De tertio Miniſterio Sacerdotali, Prædicatione Verbi Dei.

1. Obligatio Sacerdotibus incumbens Prædicandi Verbum Dei.
2. Quid intelligatur per Prædicationem Verbi Dei.
3. Nullam ſupereſſe excuſationem, quæ dictam illis obligationem adimere valeat.

Euntes in mundum univerſum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine &c. docentes eos ſervare omnia, quæcumque mandavi vobis. Matth. 28. 19. 20.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, obligationem juxta hæc verba Sacerdotibus injectam prædicandi Verbum Dei; illis ſiquidem ibidem loquitur Salvator noſter, uti & tum, cùm dicit: *Ego vos elegi ut eatis & fructum afferatis &c.* Imò verò hanc ob cauſam gratiâ ſimul & charactere inſigniti ſunt. Unde & plures non improbabiliter opinantur, non ſufficere Sacerdoti, ut & Breviarium recitet, & Miſſam celebret pro ſua devotione; at verò amplius aliquid ex vi Ordinis ei incumbere, atque adeò conſcientiâ ſecurum non eſſe, niſi aut prædicando Verbo Dei, aut excipiendis Confeſſionibus, aut alteri cuipiam, cui idoneus eſt, negotio deditus ſit. Cujus prima ratio eſt, quam Evangelium evidenter exprimit, quòd nulla ſalutis ſpes affulgeat iis, qui datam ſibi gratiam inutilem reddunt. Atqui hanc reddunt inutilem, quicumque datâ ſibi per manuum impoſitionem gratiâ e.g. prædicandi, bap-

Ut eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. Ioan. 15. 16

Quare non dediſti pecuniam meam ad menſam? Luc. 19. 23.

Nonne talento accepto à Deo ad negotium miſſi ſumus? Etenim dicit: Negotiamini; dum venio: *ecce jam venit, de noſtro negotio lucrum requirit. Quale ei animarum lucrum de noſtra negotiatione miniſtrabimus, quos ejus conſpectui animarum manipulos de prædicationis noſtræ ſegete?* S Greg. hom. 4. de cur. Paſt.

Serve male & piger &c. Tollite ab eo talentum & inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores, ibi erit fletus, &

ſtridor dentium. Matth. 25. 26. & ſeqq.

Ordinari non poſſunt, niſi quos Epiſcopus judicaverit aſſumendos pro neceſſitate vel commoditate Eccleſiarum ſuarum. Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 21

baptizandi, Confeſſiones excipiendi, aliiſque ſimilibus, quæ totidem gratiæ, talenta atque dona ſunt, non utuntur; ac proinde &c. Altera eſt, quod aliis miniſteriis æquè ac Miſſæ celebrationi Sacerdotes addicere videatur Eccleſia, dum ait: *Oportet Sacerdotem prædicare, baptizare &c.* Atque hoc eſt, quod ex omnium ſæculorum eluceſcit exemplis. Hanc veritatem ritè examina, &

PUNCTUM II.

Penſemus, qui unquam per linguam noſtram converſi, qui de perverſo opere ſuo noſtra increpatione correpti pœnitentiam egerint: quis luxuriam ex noſtra eruditione deſeruit? Quis avaritiam, quis ſuperbiam declinavit? Penſemus quod lucrum fecimus Deo. S. Greg. ubi ſupra.

Prædicatio Chriſtiana non indiget pompâ, & cultu ſermonis, ne videatur eſſe ex verſutia & calliditate humana ſapientia, non veritate. S. Ambr. in 1. Cor. 1.

CONSIDERA, quòd prædicare Verbum Dei non modò ſit illud ſublimi è ſuggeſtu palàm ſermone elaborato annuntiare; verùm etjam exhortari, cathechizare, domeſticos familiariter inſtruere, ſive publicè ſive privatim, ſive intra ſive extra Confeſſionem, ſive litteris aut ſcripto, ſive infirmos viſitando, ſive captivos, pauperes alioſque conſimiles conſolando. Ita de Auguſtino Poſſidius: *Prædicabat privatim & publicè, in domo & in Eccleſia ſalutis verbum.* In vita S. Auguſt. cap. 7.

PUNCTUM III.

Ponamus ante oculos noſtros illum tantæ diſtrictionis diem, quo judex veniet, & rationem cum ſervis ſuis, quibus talenta tradidit, ponet. Ecce in majeſtate terribilis, inter Angelorum choros videbitur, in illo tanto examine electorum omnium & reproborum multitudo deducitur, & unuſquiſque quid ſit operatus, oſtenditur. Ibi Petrus cum Iudæa converſa, quam poſt ſe traxit, apparebit: Ibi Paulus converſum, ut ita dixerim, mundum ducens, ibi An-

CONSIDERA proindè, quàm futiles ſint excuſationes eorum, qui onus hoc ſuis humeris excuſſuri, aut prædicando ſe inidoneos, aut plùs æquo timidiores, aut ſanè non impenſos aſſerunt. Si inidonei ſint, idoneos ſe reddant oportet, ſi non ſublimi atque exquiſito, at certè communi atque vulgari ſtylo Verbum Dei prædicando: ſi timidiores ſint, timiditatem illam paulatim excutiant, nec celebriores ſtatim ſuggeſtus aſcendant: immò verò ſi ſola Dei gloria atque animarum ſalus huc eos evehat, ille quoque timorem excutiet, qui hiſce ſe verbis obſtrinxit: *Dabit Dominus verbum Evangelizantibus virtute multa.* Si verò negotio illi non impendantur, impendi ut minùs, ſi vocentur, parati ſint, atque hanc animi præparationem aperiant iis,

qui-

Digitized by Google

quibus ſalutem ſuam concredidêre. Verumtamen ſummopere metuendum eſt, ne omnes iſtæ excuſationes nonniſi prætextus ſint, quibus noſtram ſæpius inertiam operimus.

dreas poſt ſe Achaiam, &c. quid nos miſeri dicturi ſumus, qui ad Dominum noſtrum poſt negotium vacui redimus? S. Gregor. ubi ſupra.

Vide, quid hujuſce miniſterii exercueris, quidve reſpondere poteris, quando talenti hanc ob cauſam accepti rationem exigêris; neque enim tunc tempus erit cum Iſaia dicendi:

Væ mihi, quia tacui. Iſai. 6. 5.

MEDITATIO CLIV.

De qualitatibus Concionatoris.

1. Hæ ſunt vita bona, ſtudium orationis, humilitas, uſus Doctrinæ ſanæ, moralis & facilis.
2. Vnde fiat, ut Concionatores tam multi parùm admodùm fructus faciant.

Cœpit Jesus *facere, & docere.* Actor. 1. 1.

PUNCTUM I.

Considera juxta hæc verba, qualitatem primam in Concionatore requiſitam eſſe vitam bonam; melius ſiquidem operibus quàm verbis docetur. Ita egit Concionatorum omnium Magiſter, ita, teſte Chryſoſtomo, nonniſi duodecim numero, nec niſi exiguis naturæ dotibus inſtructi Apoſtoli, mundum quaſi univerſum Jesu Christo ſubdiderunt. Nunquam itaque hoc munus ſuſcipias, niſi & facere velis, quod alios doctùrus es. Altera qualitas ſtudium orationis eſt; oratione ſiquidem & ad pedes ut minùs Crucifixi æquè atque ex libris prædicanda populis veritas ediſcenda eſt. *Si ſapis*, inquit Bernardus, *concham te exhibebis & non canalem; illa ſiquidem, donec impleatur, expectat, & ſi quod ſuperabundat, ſine ſuo damno communicat.* Tertia humilitas eſt, quâ omnis imprimis laboris gloria ad Deum referatur, qua

Omnis Sacerdos ſi vult docere populum, prius ſeipſum doceat. S. Chryſ. hom. 19. in Matth.

In divinis ſermonibus, priuſquam aliis eos proferas, teipſum require, ne inſequens alterum facta, te deſeras. S.Greg. Paſt. c. 3.

Scitis, quid fecerim vobis? Vos vocatis me, Magiſter & Domine, & bene dicitis; ſum etenim: ſi ergo ego lavi pedes veſtros Dominus & Magiſter, & vos debetis alter alterius lavare pedes. Ioan. 13. 52. & ſeqq. Hom. 42. in Matth.

Ex Deo, coram Deo, in Chriſto. 2. Cor. 2. 17.

Audies de ore meo verbum, & eis annuntiabis ex me. Ezech. 3. 17.

Digitized by Google

Hoc igitur dicat Sacerdos, quod ex divina lectione didicerit, quod illi Deus inſpiraverit, non quod præſumptione humani ſensûs invenerit. Annuntiabis, *inquit*, eis ex me. *Ex me, non ex te mea verba loquêris, non eſt quod in eis, tanquam de tuis inſleris.* S. Proſp. lib. 1. de vit. cont. cap. 20.

Si ſapis, concham te exhibebis & non canalem; hic ſiquidem penè ſimul & recipit & refundit; illa verò, donec impleatur, expectat, & ſi quod ſuperabundat, ſine ſuo damno communicat. Verum canales multos hodie habemus in Eccleſia: conchas vero perpaucas; tanta charitatis ſunt, ut ante effundere quàm infundi velint. S. Bern. ſerm. 18. in Cant.

Noli gloriari.... non tu radicem portas, ſed radix te. Rom. 11. 18.

Prudentibus viris non placent phalerata, ſed fortia. S. Proſp.

Talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire: ſine parabolis autem non loquebatur eis. Marc. 4. 33. & 34.

Veni non in ſublimitate ſermonis aut ſapientia... & ſermo meus non in perſuaſibilibus humana ſapientia verbis; ſed in oſtenſione ſpiritûs, & virtutis. 1. Cor. 2. 1. & 4.

Miſit me Chriſtus Evangelizare, non in ſapientia verbi, ut non eva-

quâ item nec vanis laudibus mulceatur, nec detractionibus aut contumeliis dejiciatur. Quarta denique qualitas eaque potiſſima eſt, ut doctrinam tradat ſanam, moralem ac facilem, ſubtilitates obſcuriores, reſque dubio aut diſputationi obnoxias ſcholis relinquens; Salvatoris hac in re atque Apoſtoli imitatus exemplum, qui veniſſe ſe dicit *non in ſublimitate ſermonis, ut non evacuetur Crux Chriſti.*

PUNCTUM II.

CONSIDERA, unde fiat, ut Concionatores tam multi parum admodùm fructûs concionibus ſuis faciant, tamque pauci convertantur, qui toto Adventûs, Quadrageſimæ, ne dicam anni decurſu, concionibus interfuêre. Prima ratio eſt, quòd opere ſæpè deſtruant, quod ore ædificant. Altera eſt, quòd ſuas non raró cogitationes atque adinventiones obtrudant, non Dei, utpotè quem oratione non conſuluerint. Tertia eſt, quòd mundanos ob fines ſibi commodos Verbo Dei abutantur, e. g. ut innoteſcant hominibus magnique fiant, ut lucri quidpiam temporalis acquirant, ſenſum Scripturæ ſimplicitatemque ſermonibus exquiſitis atque ſublimioribus quandoque ita alterantes, ut vix tertia auditorum pars quidquam intelligat, magiſque demulcendis auribus, quàm cordibus imbuendis convertendiſque ſtudentes, atque adeò ſuggeſtum veritatis in vanitatis Theatrum commutantes.

En vitia, in quæ, niſi caveant, paſſim incidunt ii, qui Dei Verbum annuntiant. Roga Deum, ut viros verè Apoſtolicos largiatur Eccleſiæ. Sique talentum hoc tibi dederit Dominus, non leviter illud impende; ſed animadverte, quod per Superiores tibi Dominus injungit: *Duc in altum*; tunc enim & cum Petro ſubjicere poteris: *in verbo tuo laxabo rete: & concludes multitudinem piſ-*

piſcium copioſam. Ubi exadverſò, ſi per teipſum te huc ingeſſeris, multum temporis inutiliter conſumere, jureque potiori, quàm magnus ille Piſcator Galilææ, dicere poteris:

Totâ nocte laborantes, nihil cepimus. Luc. 5. 5.

cuetur Crux Chriſti. 1. Corinth. 1. 17.

Cujus vita deſpicitur, quid reſtat, niſi ut prædicatio contemnatur? S Greg.

Unus ædificans & unus deſtruens: quid prodeſt illis, niſi labor? Eccl. 34. 28. *Tolle hoc vitium de Clero, ne velint hominibus placere, & ſine labore omnia vitia reſecantur: ex hoc vitio naſcitur, ut Clerici peccantes, difficile pœnitentiam agant: erubeſcit enim aliquando reus videri, qui ſemper fuerat judex.* S. Chryſoſt. hom. 43. Op. Imp.

Adulterantes verbum Dei. 2. Corinth. 2. 17.

Non ſe debet Eccleſiæ doctor degeneratı ſermonis oſtentatione jactare, ne videatur Eccleſiam Dei non velle ædificare, ſed magis ſe, quantæ ſit eruditionis, oſtendere: non igitur in verborum ſplendore, ſed in operum virtute totam prædicandi fiduciam ponat, non vocibus delectetur populi reclamantis ſibi, ſed fletibus, ne plauſum à populo ſtudeat expectare, ſed gemitum: lachrymas, quas vult à ſuis auditoribus fundi, ipſe primus fundat. Tam ſimplex & apertus, etiam minùs Latinus, diſciplinatus tamen & gravis ſermo eſſe debet, ut ab intelligentia ſua, nullos quamvis imperitos excludat. Denique alia eſt ratio declamatorum, alia debet eſſe doctorum: illi elucubratæ declamationis pompam totis facundiæ ſuæ viribus concupiſcunt; iſti ſobrio uſitatoque ſermone Chriſti gloriam quærunt. S. Proſp. l. 1. de vit. contemp. c. 23. 24.

MEDITATIO CLV.

De obedientia Sacerdotum erga Epiſcopos, quæ ultimâ Ordinationis eorum cæremoniâ denotatur.

1. Rationes, quæ hanc ab eis obedientiam exigunt.
2. In quò conſiſtat hæc obedientia
3. Conditiones, quibus prædita eſſe debet hæc obedientia, ut ſecundùm Deum ſit.

Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Rom. 13. 1.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Epiſcopis ſuis Sacerdotes obedire tenentur. Prima eſt, quòd hujus obedientiæ votum ſolemne inter manus ejus emiſerint, cùm ei in Ordinatione roganti: *Promittis Pontifici tuo reverentiam & obedientiam? Promitto,* reſponderunt. Quod utique votum tam authenticum eſt, ut

Subditus eſto Pontifici tuo, & quaſi parentem animæ eum ſuſcipe. S. Hier. ad Nepot.

Filii, obedite parentibus per omnia Col. 3. 20.

Obedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis; ipſi enim pervigilant, quaſi rationem reddituri pro ani-

ut ſcripto quondam confirmaretur. Altera eſt, quòd Patres ac Magiſtri Sacerdotum Epiſcopi ſint; quibus proindè idem debent, quod filii parentibus. Tertia eſt, quòd ipſorum ſit, debitam Epiſcopis obedientiam atque ſubmiſſionem populo ſæpiùs inculcare, cujus proindè virtutis exemplum ab ipſis primùm exhibendum eſt.

Nonnè rationes hæ pluſquam ſufficientes, quæ debitum tam juſtum à nobis exigant?

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo conſiſtat hæc obedientia, quam Sacerdotes debent Epiſcopis. Non in eo dumtaxt, ut perſonæ eorum; ſed & omnibus, quæ ab eis promanant, honorem exhibeant ac reverentiam, Statutis eorum fideliter obtemperent, Juriſdictionem adversùs uſurpatores tueantur, nullatenùs eis contradicant; ſed æquo animo, quidquid ab eis, quoad diſciplinam præſertim Eccleſiaſticam, injungitur, accepteut, nihilque momentoſi, iis non conſultis, aggrediantur.

Atque hoc exemplum eſt, quod nobis Salvator exhibuit, quando in vita ſua privata Matri ſuæ atque Nutritio obedientem ſe præſtitit; in opere verò ſalutis noſtræ Patri ſuo, præter quem tamquam Summus Pontifex neminem ſibi præpoſitum habuit, perfectiſſimè fuit ſubjectus, vitæque maluit, quàm obedientiæ jacturam facere.

PUNCTUM III.

CONSIDERA conditiones, quibus prædita eſſe debet hæc obedientia, ut ſecundùm Deum perfecta ſit. Prima eſt, ut ſimplex ſit, citra objectionem, non citra magnam ſubjectionem, non diſcutiendo rationes, quæ ad hoc illudve condemnandum impulerunt, non diſputando aut tergiverſando, quoad Legis interpretationem, ſed voluntariè illi ſe ſubdendo; atque hoc eſt, quod vocamus, judicio obedire, in quo meritum conſiſtit obedientiæ. Altera eſt, ut ex corde, id eſt, ex amore ſeu affectu, non verò ex triſtitia aut

mabus veſtris, ut cum gaudio hoc faciant & non gementes. Heb. 13. 17.

Gemitus iſte quavis ultione deterior eſt. Nam quãdo ipſe nihil proficit, gentes vocat Dominus. Et quomodo uſu venit in præceptore & educatore, quando illum puer non audiverit, vocatur qui in eum gerat ſe auſterius. S. Chryſ. hom. 34. in Ep. ad Heb.

Paſtores admoneant populos crebrò, obedire præpoſitis ſuis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audiunt; qui verò contemnunt Deum ipſum ultorem ſentiunt. Conc. Trid. ſeſſ. 2.

Et erat ſubditus illis. Luc. 2. 51.

Factus obediens uſque ad mortem.

Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Matth. 26. 39.

Sanè in omnibus, quæ à Prælato jubentur, generaliter damnabilis eſt contemptus: Et ſicut charitas commendat obedientiæ meritum, ita rebellio accumulat inobedientiæ malum. Species contumaciæ eſt, de modo mandati inquerere, haſitare, diſcernere, aut differre. In contractu enim obedientiæ non habet diſputatio aut diſceptatio locum. Nam ſi in diſcuſſionem ſeu ſuſpicionem ea, quæ tibi ſunt mandata, deduxeris, ad lignum ſcientiæ boni & mali manum prævaricationis extendis. Nimis delicata eſt hæc obedientia tran-

aut melancolia aut cordis amaritudine proveniat: *Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis; ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant & non gementes; hoc enim non expedit vobis.* Heb. 13. 17. Atque hoc dicitur, voluntate obedire. Tertia eſt, ut Univerſalis ſit, id eſt, æquè accurata in rebus difficilioribus noſtræque naturæ repugnantibus, quàm in facilioribus & ſenſui noſtro conſentaneis. Quarta & ultima eſt, ut pura ſit, id eſt, Deo dumtaxat & non hominibus placere deſiderans.

VIDE, in quo huic obedientiæ contraveneris, an in materia, ut vocant, obedientiæ, an verò in ipſo modo obediendi: Memineris etiam, ipſi te JESU CHRISTO deferre, quem Superioribus tuis vel honorem defers vel obedientiam: *Qui vos audit, me audit.* Luc 10. 16.

Quibus exadversò dum non reddis quod debes, JESUM quoque CHRISTUM ſpernere convinceris: *Qui vos ſpernit, me ſpernit.* Ibid.

MEDITATIO CLVI.

De rebus quibuſdam, quæ reputantur indifferentes, & Eccleſiaſticis tamen aut vetitæ ſunt aut periculoſæ. Ac imprimis de venatione, comœdiis ludiſque fortunæ vitandis.

1. Plurimæ res ex ſe indifferentes aut perſonarum ratione aut ſcandali malæ redduntur.
2. Hujuſmodi ſunt venatio, comœdiæ &c.
3. Methodus, quâ his ſe ſubducat aſſuetus.

Vſquequò ut parvuli diligitis infantiam? Prov. 1. 22.

PUNCTUM I.

CONSIDERA ceu fundamentum eorum, quæ jamiam deducentur, plurimas eſſe res, quæ tametſi ex ſe indifferentes, nihilo-

ſiens in deliberativum genus cauſa, non eſt hoc in auditu auris obedire: non eſt hac regularis obedientia ſine mora; ſed aſtutia tergiverſatrix & aperta ſuperbia. Petr. Bleſ. Ep. 13.

Omnia quacunque dixerint vobis, ſervate & facite. Matth. 23. 3.

Perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur; ſed ad omne quod injungitur ſpontaneo vigore liberalis alacriſq; animi modum non conſiderans, in infinitatem extenditur. S. Bern. de præc. & diſpenſ.

Non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes; ſed ut ſervi IESU CHRISTI *facientes voluntatem Dei ex animo.* Col. 3. 22.

Neſcit dijudicare, quiſquis perfectè didicit obedire. S. Greg in 1. Reg.

Vide elegantem Epiſt. Petr. Bleſ. de Venat. ad Gualterium Roffenſem Epiſc. inter ejus. Epiſt. 7. Vide de aleis & luſibus Concil. Mogunt. can. 3. ann. 847. Auguſt. can. 3. ann. 952. Salisburg. ann. 1274. 1473. can. 11. & innumera alia.

Non enim par erit commiſſa in omnibus accipienda; potentes enim, ait, potenter tormenta patientur, & qui novit voluntatem Domini ſui & non fecit, vapulabit multis. S. Chryſ. hom. 27. in Matth.

Princeps, quæ digna ſunt principe, cogitabit. Iſa. 32. 8.

Quid intereſſet inter populum & Sacerdotem, ſi iiſdem aſtringerentur legibus? Debet præponderare vita Sacerdotis, ſicut præponderat gratia. S. Amb. Ep. 25. ad Vercell.

Propter conſcientiam autem dico, non tuam; ſed alterius. 1. Cor. 10. 28. & 29.

Placuit ut eas prorſus mundanas vanitates, quas ſæculares vani exercere ſolent, in venationibus ſcilicet vel in canticis ſæcularibus, aut in reſoluta & immoderata licentia, in lyris, & tibiis, & his ſimilibus luſibus, nullus ſub Eccleſiaſtico Canone conſtitutus, ob inanis lætitiæ fluxum audeat præſumendo abuti. Conc. Forojulienſ. can. 6. ann. 791.

Presbyteros vel aliquem de clero canes venandi amore, vel accipitres habere non liceat, ſicut legitur in Conc. Tolet. Can. 10. *Quiſquis perſonarum hujuſmodi in hac voluptate delectatus fuerit, quandiu in illa deteſtabili voluntate detinetur, ab omni Eccleſiaſtico officio ceſſet.* Syn. Aug. can 2. ann 952. Idem ſtatuitur in Matiſcon. 2. 388. Vormatienſ. 868.

Saliſbo. 742. Sueſſ. 744. Later. 4. can. 15. Senon. 248. & innum.

hilominùs malæ reddantur aut ob dignitatem perſonarum, quibus actiones illæ nequaquam congruunt, aut ob ſcandalum indè proventurum aut certè quia vetitæ ſunt. Atque hoc ſenſu Bernardus blaſphemias vocat nugas, quæ in ore verſantur Eccleſiaſticorum: Apoſtolus item Idolotytorum eſum Corinthiis vetuit, non quod illa per ſe; ſed ſcandalo dumtaxat vetita forent.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quàm juxta hanc veritatem exercitium venationis, comœdiæ ludique fortunæ Eccleſiaſticis vitanda ſint. Exercitium imprimis venationis, præſertim ſi cum clamore & ſtrepitu fiat nec citra periculum incurrendæ irregularitatis; quia præter paſſionem vehementiorem, quâ huc plerumque ſe abripi ſinunt, præter grande temporis diſpendium, quod hîc patiuntur, tam neceſſariam Clericis gravitatem atque modeſtiam violare neceſſe eſt. Atque hoc eſt, quod plurima Concilia movit, ut eam ſub pœna etiam Suſpenſionis Eccleſiaſticis interdicerent, imò & titulum integrum contra Clericos venatores Juri Canonico insererent. Vitandæ ſunt inſuper comœdiæ tripudiaque tùm publica tùm privata, ob periculoſum, quod ibidem occurrit, ſodalitium, ob rerum, quæ exhibentur, inhoneſtatem, ob laſcivos ſermones, qui miſcentur. Vitandi denique ſunt ludi fortunæ, e.g. chartarum, alearum &c. ſive in Academiis ſive alibi locorum, ob juramenta, blaſphemias, rixas, aliaque ſimilia, quæ paſſim hîc admittuntur, ac præſertim propter ſcandalum, quod Laici patiuntur, dum hujuſmodi ludis deditos vident Eccleſiaſticos. Quoad methodum verò, quâ his facilè ſe ſubducat aſſuetus,

PUNCTUM III.

CONSIDERA hanc eſſe primam efficaciſſimamque, ut dignitatem Sacerdotii atque ex-

Digitized by Google

excellentiam miniſterii ejus Sacerdos expendat. Itane verò? ut manus illæ, quæ Corpus JESU CHRISTI tetigerint manè, chartas deindè aleaſque, ne dicam pejora, tractent? Ut oculos, quibus JESUM CHRISTUM videre datum eſt, nugas ſpectare delectet? &c. Altera methodus eſt, ut ſcandalum inde conſectaneum conſideret. Tertia denique, ut aliam aliquam animi relaxationem innocuam & conditioni ſuæ non diſſentaneam e. g. Muſicam, aſſumat; ita tamen ut non nimis ei afficiatur aut adhæreſcat.

EXAMINA temetipſum, num & tu fortaſſis deditus venationi non fueris, aut ſpectandis tripudiis aut frequentandis luſorum Academiis. Neque verò in tui excuſationem aut aliorum exemplum auferas, aut rem illam indifferentem dictites; hoc enim tametſi ita eſſet, plura tamen eſſe aſſeverat Apoſtolus, quæ licent quidem; ſed non expediunt, id eſt, ut interpretes explicant, quæ vel periculoſa ſunt, vel ob circumſtantias mala ſunt. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt*, ſcilicet ad ſalutem. 1. Corinth. 6. 12.

Sanctus verò Clemens poſt Apoſtolum adhuc amplius dicit:

Qui faciunt quidquid licet, facilè delabuntur, ut id faciant, quod non licet.

Prohibetur penitùs univerſis Sacerdotibus ludere cum deciis & intereſſe ſpectaculis vel choreis aſſiſtere. Ordo Pariſ. ſtat. 13. ann. 1175.

Clerici ne in publico ludant pila, aut aliis ludis maximè cum Laicis, à ludo alearum aliiſque qui à ſorte pendent abſtineant, neque ludentium fautores, ſpectatores aut teſtes exiſtant. Concil. Senon. canon 36. ann. 1528.

Clericalis ordinis hominibus omni genere ſaltationis & ludi, præſertim vero alea ac teſſerarum ac talorum interdicimus, prohibemus etiam globos, qui ligneis malleis impelluntur, id eſt, le jeu de Mail, *item follis ludum, id eſt, pila majoris; nec ſolum ludere vetamus; ſed eos ſpectatores ludorum eſſe nolumus, aut quemquam in ædibus ſuis ludentem permittere. Si autem valetudinis interdum cauſa, parva pila, aut alio non indecoro exercitationis genere uti contigerit, nec publicè id faciant, nec pecuniis intercedat in ludo.* Concil. Med. 4. can. de armis.

Quàm enim ſit modeſtia Clericali indignum, qui Paulo ante Breviarium manibus tractabat, & ſacræ lectionis ſtudio intendebat, eum publicè accipitrem deferre, quique cum Angelis in Eccleſia gratiarum actiones & laudes Deo perſolvebat, eum inter canum latratus & multitudinem verſari & incompoſitis obſtrepere vocibus, omnes ſatis intelligunt. Concil. Aquilei. canon. de vit. & hoc Cl. anno 1596.

Videte, ne fortè hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis; peccantes enim in fratres & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. 1. Cor. 8. 9. & 12.

Digitized by Google

MEDITATIO CLVII.

De amore inordinato Conſanguineorum.

1. Quàm ſit amor ille periculoſus Eccleſiaſticis.
2. Notæ, quibus amor ille inordinatus dignoſcitur.
3. Methodus avellendi ſe ab amore tam periculoſo.

Qui dixerit patri ſuo & matri ſuæ: non novi vos, & fratribus ſuis: ignoro vos, ponet thymiama & holocauſtum ſuper altare tuum. Deuteronom 33. 9. & 10.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quàm ſit Eccleſiaſtico periculoſus amor conſanguineorum inordinatus. Synodus Tridentina id verbo declarat, quando inde *multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extare* pronuntiat; inde ſiquidem magna imprimis in Eccleſiaſticis cupiditas oritur divitias conſanguineis coacervandi, & tanta quidem, ut ſibimetipſis nonnunquam neceſſaria ſubſtrahant. Inde inſuper deſiderium oritur inſatiabile, honores eis muniaque ſæcularia, quocumque tandem pretio, procurandi, ut ipſi hoc pacto majori ſæcularibus habeantur in pretio; quo fit, ut & Sacerdotali non rarò authoritate abutantur. Inde denique ad inopiam rediguntur diſtribuendi eleëmoſynas, unde & pauperes non parum ſuſtinent detrimenti.

Super patre & matre non contaminabitur, id eſt, neque mundi negotiis, neque mortalis hujus vitæ deſiderio polluetur. Petr. Dam. opuſc. de dign. Sacerd. c. 1.

Quàm maximè poteſt eos ſancta Synodus admonet, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquoſque carnis affectum, unde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitùs deponant. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 1. de ref.

Omninò Epiſcopis interdicit, ne ex reditibus Eccleſiæ conſanguineos, familiareſque ſuos augere ſtudeant; cum & Apoſtolorum Canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent. Trid. Ibid.

Hæc eſt vera Sacerdotis fuga, abdicatio domeſticorum, & quadam alienatio chariſſimorum, ut ſuis ſe abneget, qui ſervire Deo elegerit. S. Amb. de fuga ſæculi.

PUNCTUM II.

CONSIDERA notas, quibus dignoſcatur, num Eccleſiaſticus quiſpiam inordinato erga conſanguineos amore feratur. Prima eſt, ſi munia eis in ſæculo honoreſve procuret aut emat. Altera eſt, ſi eos non ſine pauperum propriæque conſcientiæ detrimento ditiores reddat. Tertia eſt, ſi rerum eorum nimiùm ſatagat, ſi

promovendis eorum litibus aliiſque negotiis ſæcularibus implicetur. Quarta eſt, ſi alicui conſanguineorum beneficium procuret, ad quod eum cenſet ineptum. Quinta eſt, cum eorum ſuaſu à bono propoſito aut exercendo Sacerdotis miniſterio removetur; utpotè quod juxta perverſum eorum judicium atque ſententiam nimiùm vile ſit. Sexta eſt, ſi de bonis ex Eccleſia provenientibus contra Sacros Canones Teſtamento diſponat.

VIDE, ubi hac in parte defeceris; ſique argumentis tibi allegatis nondum convictus es, collige ex ſententia Eccleſiæ, quò uſque ab hoc amore alienum te eſſe oporteat, cum ne veſtibus quidem lugubribus mortem nos conſanguineorum teſtari patiatur. Uti Concilio quodam Toletano pateſcit, cui hæc conſuetudo abſurdus & reprehenſibilis videtur abuſus. Et ſane ſi Religioſi tunc veſtem haud mutent, quòd ipſi priùs quàm conſanguinei mortui mundo ſint; immò verò ſi ne in ſimplicibus quidem Chriſtianis in ſæculo degentibus hanc veſtis mutationem Sancti Patres æquo animo ferant; quanto iniquiori hæc ferenda eſt in Eccleſiaſticis, qui à ſuſcepta Tonſura ſæculo renuntiarunt? En, cur vel in veteri Teſtamento Aaroni vetuerit Dominus lugêre filios; *Oleum quippe Sanctæ Vnctionis eſt ſuper vos.* Levit. 10. 7.

Abſurdum & reprehenſibilem quorundam Clericorum abuſum, qui lugubres & luctuoſas veſtes induunt & flebiliores, quia ex conſanguineis eorum & amicis quidam corruptibilem carnis noſtræ molem deponentes, ad æternam patriam de præſentis exilii miſeria convolarunt, penitus abolere volentes: ſtatuimus, ut ulteriùs luctuoſas veſtes induere Clerici in ſacris ordinibus conſtituti vel beneficiati noſtræ Provinciæ non audeant; contrarium vero facientes &c. Concil. Tolet. ſub Sixto Papæ IV. an. 1473.

Clericus, qui amictu Clericali indutus incedit, ne in propinquorum, ne in parentum quidem, obitu veſtes lugubres more Laicorum induat geſtétque. Neque vero veſtis formam aut panni genus, quo Clericum univerſum uti moris eſt, commutet. Conc. Med. ann. 1578. quæ ad Cleric. honeſt. pertin.

Fratres noſtros non eſſe lugendos, accerſione Dominica de ſæculo liberatos cum ſciamus: non amitti; ſed præmitti: deſiderari eos debere; non plangi, nec accipiendas hîc eſſe atras veſtes, quando ibi indumenta alba ſumpſerit, &c. S. Cyprian. lib. de Mort.

Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere, ne fortè moriamini, oleum quippe ſanctæ unctionis eſt ſuper vos. Levit. 10. 6. & 7.

PUNCTUM III.

CONSIDERA methodum ab amore tam periculoſo ſe avellendi. Optima eſt atque efficaciſſima, ut in Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM, qui veriſſimum nobis exemplar eſt, conjiciat oculos, qui eſſe voluit & dici *Sacerdos ſecun-*

Cum propinquitates corporum reſpiciamus, corporis & animæ creatorem offendimus. Et multi, dum parentibus miſerentur, animas perdunt. S. Hier. ep. 128. ad Fab.

Digitized by Google

Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque finem vitæ habens: aſſimilatus autem Filio Dei manet Sacerdos in perpetuum. Hebr. 7. 3.

Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Luc. 14. 26.

Quid tibi & mihi eſt mulier? Ioan. 2. 4.

Quid eſt, quod me quærebatis? neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? Luc. 2. 49.

Qui ſunt fratres mei, & quæ eſt mater mea? Matth. 12. 48.

Cum factor rerum privaſſet ſemine Clerum, dæmonis ad votum ſucceſſit turba nepotum.

Scientes intolerabile detrimentum hujus erga cognatos affectus, fugiamus illorum curam, tanquam diaboli armaturam aliam ad impugnandum non habentis. S. Baſil. in inſtit. Monaſt.

Permitte mihi primum ire, & ſepelire patrem meum. Luc. 9. 59.

Abſtine te à lite, & minues peccata. Eccli. 28. 10.

Temporalia potius perdenda ſunt, quam nomen Dei propter noſtras exactiones blaſphemetur & proximi ſcandalizentur. Molanus c. 12.

Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus. Matth. 12. 19.

Pertranſiit benefaciendo. Act. 10. 38.

cundum ordinem Melchiſedech, Melchiſedech, inquam, qui *ſine patre ſine matre ſine genealogia*, in Scriptura videlicet expreſſis, fuiſſe memoratur, ut nobis innuatur, quòd Sacerdotii ejus participes ab inordinato erga ſuos amore immunes eſſe debeant, quòd ad paternitatem pertineant ſublimiorem, quòd denique non naturæ; ſed gratiæ ſpiritu dirigendi ſint. Atque hanc figuram verbo ſimul & exemplo deinceps implevit.

Decerne itaque, Salvatorem noſtrum hac in re æmulari, memor etiam illius, quod adoleſcenti dixit Evangelico, qui vocatus ad eum ſequendum & patris ſui primùm ſepeliendi facultatem efflagitans, hoc tulit reſponſum: *Sine, ut mortui ſepeliant mortuos ſuos.* Luc. 9. 60.

MEDITATIO CLVIII.

Quod Eccleſiaſticis lites vitandæ ſint.

1. Incommoda atque abſurda ex litibus oriri ſolita.
2. Reſponſio ad objectiones, quas ad lites commendandas nonnulli formant Eccleſiaſtici.

Servum Domini non oportet litigare. 2. Tim. 2. 24.

PUNCTUM I.

Conſidera incommoda atque abſurda ex litibus Eccleſiaſticorum oriri ſolita. Oritur ex his totius ſpiritûs Eccleſiaſtici diſſipatio, infauſta neceſſitas miniſterii ſui munia deſerendi, Laiciſque judicibus obſequendi, temporis jactura irreparabilis, occaſio amaritudinis, quæ quandoque & in odium commutatur, adverſus eos quibuſcumque litigatur, expenſæ non mediocres, grave denique ſcandalum ſæcularium; nihil enim Miniſterio Sacerdotali magìs adverſum quàm lites, nihil magìs infenſum. Unde & ſingulos in dies Deum precatur Eccleſia: *Ne litis horror inſonet: Extingue flam-*

mas

Digitized by Google

mas litium. Immo tanto quandoque rigore uſa eſt, ut litigioſos ad ſua miniſteria non admitteret, omnes litibus deditos irregulares exiſtimans. Et ſane, litigioſum eſſe, aut avaritiam, aut ſuperbiam, aut pervicaciam, aut tria hæc vitia olere eſt. Gravis equidem litis neceſſitas ſit oportet, cui omnes hæ conſiderationes præponderare non poſſint.

Litigioſus prohibetur ordinari, quia qui ſua poteſtate diſcordantes ad concordiam debet attrahere, qui oblationes diſſidentium prohibetur recipere, nequaquam litigandi facilitate debet alios ad diſſidium provocare. Diſt. 90.

Non litigioſum, non iracundum. 1. Tim. 3. 3.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quàm debiles ſint objectiones, quas ad lites inter Eccleſiaſticos manutenendas efformant: jura, inquiunt, Eccleſiæ manutenenda ſunt, neque bona ejus uſurpatoribus relinquenda. Ita eſt; ſed an præter lites nihil iſthuc conducibile eſt? An eligi nemo utrimque poteſt, qui controverſiam veſtram decîdat? Hæc methodus eſt, quam ſuggerit Apoſtolus, quamque cum eo inter ſe litigantibus tu ipſe ſuggeris: Eccur itaque, quòd ſuggeris verbo, non commendes exemplo? Hoc ſanè nondum eſt *accipere injuriam:* quod tamen paulò ante Apoſtolus exigit. At adverſarius meus ratione non ducitur, ab omni prorsùs conventione alienus eſt: hoc caſu ſi res litigioſa magni pretii non eſt; neque expenſâ neque moleſtiâ, quas impendes, digna erit; ſi verò gravis momenti res eſt, litem tuam coram judice proſequere, at citra commotionem animi verbo factovè proditam, quo aut extincta aut refrigerata in te litibus proximi charitas conjiceretur, nec ſuppoſitionibus, nec cavillis utere, quibus negotium aut protrahatur aut perturbetur, ſed nec perverſas adhibe ſollicitationes, immò potiùs pro adverſario quotidie ora, ut ita omnis juſtitia adimpleatur. Quòd ſi poſt hæc cadere cauſâ te contingat, Dei adora voluntatem, nec contra judices murmur effutias. Si verò à te ſtet ſententia, quacumque poteris humanitate exe-

O diligentiſſimi exactores decimarum, primitiarum, votorum, & negligentiſſimi datores verbi Dei! Omnis cura veſtra ut reditus Eccleſiæ non minuantur; de minutione verò fidei & charitatis minor eſt ſollicitudo: duces cæci! excolantes culicem, & camelum glutientes. Matth. 23. 24.

Non eſt ſapiens inter vos quiſquam, qui poſſit judicare inter fratrem ſuum? 1. Corinth. 6. 5.

Iam qui dem omnino delictum eſt in vobis; quòd judicia habetis inter vos Quare non magis injuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini? Ibid. 7.

Non vóſmetipſos defendentes. Rom. 12. 19.

Pro terrena gleba innumeratas excitatis lites. S. Chryſ.

Secundum indulgentiam dico, non ſecundum imperium. 1. Cor. 7. 6.

Ad verecundiam veſtram dico. 1. Cor. 6. 5.

Orate pro perſequentibus vos. Matth. 5. 44.

Servum Dei manſuetum eſſe oportet ad omnes, 2. Tim. 2. 24.

Digitized by Google

Nulli malum pro malo reddentes, ſi fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Rom. 12. 17. & 18.

executioni hanc manda, aliquid etiam juris tui remitte, ſi citra grave potes incommodum.

En methodum atque cautelam, quibus adhibitis litigare tibi licet; nunquam verò ad hujuſmodi extremitatem deventurus es, ſi quantulâcumque miniſterii tui charitate zeloque flagres; mirum enim, quàm honor illius atque gloria cavillis litibuſque vileſcat.

Vnde enim bella & lites, quærit Jacobus Apoſtolus. Jac. 4. 1. *Niſi ex concupiſcentiis veſtris?*

Decerne itaque cum Iſaia: *Non in ſempiternum litigabo.* Iſa. 57. 16.

MEDITATIO CLIX.

De cura negotiorum ſæcularium, dèque commercio Eccleſiaſticis vetito.

1. Ratio, ob quam Timotheo vetat Apoſtolus, ne implicet ſe negotiis ſæcularibus.
2. In quo conſiſtat hęc abdicatio negotiorum ſęcularium, quam à nobis requirit Apoſtolus.
3. Excitamenta, quibus ad vitanda hujuſmodi negotia moveri poſſunt Eccleſiaſtici.

Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus. 2. Timoth. 2. 4.

PUNCTUM I.

Abſtineant ab omnibus, quæ diſtrahunt à Deo; hæc autem ſunt negotia ſæcularia. S. Thom. in ill. locum.

Quà propter intueri ſubtilius libet, cujus nos eſſe Regis milites gratulamur, & quia in caſtris Dominicis militamus, ſollicitè penſare conſtringimur, quibus armis muniti, cum tanto adverſario certaminis bella ag-

CONSIDERA rationes, ob quas diſcipulo ſuo Timotheo atque in ipſo Eccleſiaſticis omnibus vetat Apoſtolus, ne implicent ſe negotiis ſæcularibus. Prima eſt, quam mox ſubjungit ibidem: *Vt ei placeat, cui ſe probavit*, perindè atque ſi diceret, quòd Deo dicatus conſecratuſque, ut gratum ei exhibeat obſequium, Divinæ nunquam Majeſtati placere poſſit, niſi negotia ſæcularia à ſe prorsùs abdicaverit, non ſecùs nimirùm atque miles, ſimulac militiæ albo inſcriptus eſt, curam familiæ ſuæ ne-

negotiorumque domeſticorum abjicit, ut nonniſi legitimè certando victoriæque reportandæ ſtudeat. Altera ratio eſt, ut ita Chriſtianiſmi inter & Sacerdotii gratiam diſcrimen oſtendat; licet enim illa eos, quibus in Baptiſmo confertur, ad renuntiandum mundo & omnibus pompis ejus obliget, quod ad affectum atque adhæſionem animi attinet; quemcumque tamen in ſua conditione pluriumque rerum, quæ ex natura ſua indifferentes ſunt, libertate relinquit: at verò gratia Ordinis Sacerdotalis abdicationis arctioris, mortis abſolutioris, renuntiationiſque ſecum generalioris neceſſitatem invehit. Atque illâ præditis potiſſimùm dicitur: ***Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt.*** 1. Joan. 2. 15. ***Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum.*** Matth. 6. 34.

greſſi pugnare valeamus, ut expediti ab omni præſentis ſæculi impedimento, intrepidi in prima acie perſiſtentes, poſt palmam victoriæ triumphatricis gloriæ coronam ab eo Rege, qui de antiquo hoſte triumphavit ſuſcipere mereamur. Conc. Forojul. can. 5. 791.

Vacuum à ſæcularibus oportet eſſe animum, divinæ ſervitutis obſequio conſecratum, magnis addictus es, noli minimis occupari. Minima & vilia ſunt, quæcunque ad ſæculi quæſtus & non ad lucra pertinent animarum. Pet. Bleſ. de Inſtit. Epiſc. c. 4.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo conſiſtat hæc abdicatio negotiorum ſæcularium, quam à nobis requirit Apoſtolus. Conſiſtit imprimis in eo, ne ſordidum aliquod commercium quis exerceat, e.g. ne frumentum, vinum, oleum, equos aliave emat, cariori pretio venditurus. Deindè in eo, ne aliena negotia ſuſcipiat, e.g. lites promoveat, nuptiaſve conciliet. Tertiò in eo, ut officium non acceptet e. g. Tutoris, Procuratoris, Actoris, Receptoris, Diſpenſatoris, Proviſoris aut Agentis alterius; hæc enim omnia aut avaritiæ aut ignaviæ manifeſta ſunt argumenta. Denique in eo, ut ad conditionem tam ſervilem ſe non abjiciat, quâ nonnulli magnatibus hujus ſæculi domeſticos ſe addicunt, ut in rebus temporalibus atque Oeconomia familiæ eis ſerviant.

Negotiatorem Clericum, & ex inope divitem, & ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge. S. Hier. ad Nep.

Procuratores & diſpenſatores domorum alienarum quomodo poſſunt eſſe Clerici, qui proprias jubentur contemnere facultates? Ibid.

Prædicator continentiæ, nuptias ne conciliet. Ibid.

PUNCTUM III.

CONSIDERA excitamenta, quibus ad vitanda hujuſmodi negotia moveri poſſunt Eccleſiaſtici. Primum eſt, ut ritè reſponſum ex-

Pervenit ad ſanctam Synodum, quod quidam in Clero videntur allecti propter lucra turpia, ſæcularia negotia ſub cura ſuſcipiunt, Dei quidem miniſterium parvipendentes, ſæcularium verò diſcurrentes domos, & propter avaritiam patrimoniorum ſollicitudinem ſumentes. Decrevit itaque ſanctum hoc mag-

Digitized by Google

pendant, quod Dominus noſter duobus dedit fratribus, à quibus componendæ inter eos controverſiæ arbiter adſciſcebatūr: *Quis me conſtituit judicem ſuper vos?* Quo utique fervorem humani ſpiritus reſtinguere voluit, qui prætextu charitatis exercendæ ſapientiſſimos quoſque negotiis implicat ſæcularibus. Alterum eſt, ut ementes atque vendentes ab eodem templo pulſos in memoriam ſibi revocent; ſic enim, juxta SS. Patrum ſententiam, oſtendere voluit, quàm ſibi negotiatio diſpliceret in iis, qui ſuo miniſterio conſecrati ſunt. Tertium eſt, ut, præter verba Apoſtoli, expreſſam quoad hoc Eccleſiæ prohibitionem expendant; utpotè quæ in caſu contraventionis Suſpenſionem & Privilegiorum omnium Clericatui conceſſorum ad emptionem nobis comminatur: imò verò in Concilio quodam Arelatenſi eò uſque procedit, ut adversùs hujuſmodi homines fulmen anathematis evibret.

Vſquequò claudicatis in duas partes? ait Propheta. Si negotiis nos implicare volumus ſæcularibus, ut quid in ſæculo non remanſimus? Quòd ſi verò Divino nos obſequio dedere volumus, agamus quod agimus.

Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei. Luc. 9. 62.

...nùmque Concilium, nullum deinceps Epiſcopum, Clericum, vel Monachum poſſeſſiones conducere, aut negotiis ſæcularibus ſe immiſcere. Conc. Calced. Act. 15. can. 3. an. 451.

Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Ioan. 2. 16.

Non erit ultra mercator in domo Domini. Zach. 14. 21.

Quoniam non cognovi litteraturam (negotiationes) introibo in potentias Domini. Pſalm. 70. 15. Later. 3. Med. 1. Aquile. 1596. Arel. 1. c. 12. 14. q. 4. c. Miniſtri Arel. 2. c. 14. Diſt. 86. c. 3. q. 1. c. pervenit, & innumera alia. 3. Reg. 18. 21.

ME-

MEDITATIO CLX.

De conviviis, quæ Eccleſiaſticis pernicioſa ſunt.

1. Rationes, ob quas convivia Eccleſiaſticis vitanda ſint.
2. Quandonam Eccleſiaſticis hæc adire liceat.
3. Quo modo ſe ibidem gerere debeant, ut miniſterium ſuum honorificent.

Sicut in die honeſtè ambulemus, non in commeſſationibus & ebrietatibus. Rom. 13. 13.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas convivia Eccleſiaſticis vitanda ſint. Prima eſt honor Miniſterii Sacerdotalis bonaque exiſtimatio, quæ apud populum eis concilianda & conſervanda eſt; huic enim incomparabiliter pluris erit Eccleſiaſticus, qui, invitatus licet, in conviviis rarior eſt, quàm is, qui nunquam hæc adire recuſat. Hoc conſilium Auguſtino ſuggerebat Ambroſius, ut, ſi ad Epiſcopatum vocaretur, alienam nunquam menſam accederet: atque hoc ſucceſſor Ambroſii Carolus Borromæus tam accuratè ſervavit, ut, animadvertente beato Antiſtite Genevenſi, viginti & quatuor, quibus Archi-Epiſcopum egit, annorum decurſu, nonniſi ſemel & iterum apud fratres ſuos pranderit, nec niſi morbo eorum ſolaminis aliquid allaturus. Altera eſt, quòd ob cibi viniquе copiam, ac temporis, quo menſæ aſſidetur, diuturnitatem periculo nonnunquam exponantur ſobrietatis metam nonnihil tranſiliendi: quod ubi fit, jam ſpiritus extinguitur, cerebrum fumo oppletur, valetudo perturbatur, munia neceſſaria præpediuntur, aliaque incommoda non mediocria ſubſequuntur; Unde nec Veteris Teſtamenti Miniſtris aut vinum aut quidquid inebriare poterat, miniſterii ſui tempore bibere licebat.

Clerici Laicorum convivia non frequentent, quia valdè honeſtatem dedecet Clericalem, ipſorumque Clericorum facit vileſcere authoritatem. Conc. Raven. 3. ann. 1311.

Facilè enim contemnitur Clericus, qui ſæpè vocatus ad prandium, ire non recuſat, nunquam petentes raro accipiamus rogati, neſcio enim, quomodo ipſe qui deprecatur ut tribuat, cùm acceperit, viliorem te judicat; & mirum in modum, ſi eum rogantem contempſeris, plùs poſtea veneratur. S Hier. ad Nepot.

Ebrietatem qui habet, homo non eſt S. Chryſ.

Eum qui habet, ſeipſum non habet. S. Auguſt.

PUNC-

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quòd, licet hoc verum ſit, loquendo generatim; quædam tamen occaſiones, conviviaque offerre ſe poſſint, quibus, præſertim ſi Paſtores ſint, Eccleſiaſticis quandoque aſſiſtere liceat: cujuſmodi poſſent alicubi eſſe ea, quæ in nuptiis celebrantur, aut certè conciliationis cujuſdam ineundæ aut amici cujuſpiam excipiendi causâ. *Aſſiſtere*, dixi; quia quod ad convivia attinet, quæ ipſi Eccleſiaſtici ſæcularibus inſtruant, hæc nonniſi rariſſimè nec citra cauſam legitimam magnamque frugalitatem inſtruenda ſunt, ut & bonum Laicis præbeatur exemplum, & liberiùs contra luxum eis conviviorum detonare liceat.

PUNCTUM III.

CONSIDERA methodum miniſterii noſtri honorificandi, boniquè ſæcularibus præbendi exempli, ſi quando eorum conviviis adeſſe cogamur. Magnâ imprimis adhibenda ibidem modeſtia eſt, in delectu ciborum cavenda guloſitas, non oſtentandum, quod fruſta noverimus delicatiora, ad bibendum provocemus neminem; provocati verò, quàm poſſumus optimè nos excuſemus: parum loquamur, nec fieri aliquid aut dici patiamur, quod vel Dei honori vel ipſi modeſtiæ adverſetur: quod ne fiat aut dicatur ſi impedire non poſſumus, ne videre ſaltem aut audire cogamur, eveſtigiò nos ſubducamus; nullum tamen ſodalitii deſpectum moróſitatemvè præ nobis feramus.

EHEU! quot Eccleſiaſtici hac in parte deficiunt! quòd adeò commeſſationis atque ebrietatis occaſiones non fugiant, ut & captent, qui degere nequeunt ſolitarii, qui ædes ſuas in ludorum atque intemperantiæ convertunt Academias, ad quas diſſolutis quibuſque liberrimus pa-

Ne auditus & obtutus ſacris myſteriis deputati turpium ſpectaculorum atque verborum contagione polluantur. Conc. Agath. c.29.

Noli eſſe in conviviis potatorum, neque in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt: quia vacantes potibus & dantes ſymbola conſumentur. Prov. 23. 20. & 21.

Fuge tabernas, tanquam officinas dæmonum. S. Hieron.

Diligentes in vino noli provocare. Eccl. 31. 30.

Væ qui potentes eſtis ad bibendum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem! Iſa. 5. 22.

Similam & mella faſtidiunt, norunt & genera & nomina piſcium, in quo littore concha lecta

Digitized by Google

patet acceſſus, qui primi provocant ab bibendum, qui vel ipſas popinas, in magnum Eccleſiæ dedecus atque confuſionem, frequentare non metuunt, qui vix pranſi pro cœna ludunt, poſt cœnam verò pro jentaculo craſtino, qui primam cogitationem matutinam ad cibum dirigunt illâ die ſumendum, qui cibis communibus non contenti, delicatiores exquirunt, quique, quod malorum omnium complementum eſt, poſt noctem integram compotando, & forſitan immoderatè, tranſactam, capite fumis etiamnùm oppleto, ſine præmiſſa Confeſſione ad celebrandum poſtridie Sacro-ſanctum Miſſæ Sacrificium accedere non reformidant. Hi ſunt, quos Epiſtolæ ſuæ ad Philippenſes capite tertio tam graphicè depinxit Apoſtolus, dum ait: *Et gloria in confuſione ipſorum.*

...ſit, callent, ſaporibus avium diſcernunt provincias. S. Hier. Epiſt. ad Nep.

Multi ſunt, quos ſæpè dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos Crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt & gloria in confuſione ipſorum. Phil. 3. 18. 19.

Domino non ſervientes, ſed ſuo ventri. Rom. 16. 18.

Deus venter, pulmo templum, aqualiculus altare, quibus tota charitas in cacabis ſervet, fides in culina, ſpes tota in ferculis. Tert.

VIDE, in quo tu fortaſſis hac in parte defeceris, & decerne deinceps fugere occaſiones, quæ ad aliquid antehac intemperantiæ in ſodalitiis te perduxêre, atque hæc Hieronymi ſententia ſemper tibi in mente verſetur:

Conſolatores nos potius in mœroribus ſuis, quam convivas in proſperis noverint, nunquam petentes rarò accipiamus rogati; beatius enim eſt magis, dare quàm accipere.

MEDITATIO CLXI.

De virtutibus quibuſdam peculiaribus in Sacerdote probo requiſitis. Ac imprimis de zelo gloriæ Dei.

1. Quanti referat, ut hoc zelo Sacerdos ardeat.
2. In quo conſiſtat.
3. Quàm hoc arſerit Salvator noſter. Collatio noſtri cum ipſo.

Phinees zelando zelum Dei, accepit Teſtamentum Sacerdotii æterni. 1. Mach. 2. 54.

Elias, dum zelat zelum legis, receptus eſt in cælum. Ibid. 58.

Hæc merces, quam in Veteri Teſtamento honoris ſui zelatoribus reddidit Dominus.

PUNCTUM I.

Tu autem homo Dei. 1. Tim. 6. 11.
Ut perfectus ſit homo Dei. 2. Tim. 3. 17.
Si quis eſt Dei, jungatur mihi. Exod. 32. 26.
Dominus, zelotes nomen ejus, Deus eſt æmulator. Exod. 34. 14.
Gloriam meam alteri non dabo. Iſa. 42. 8.
Nomen Dei per vos blaſphematur in gentibus. Rom. 2. 24

CONSIDERA, quanti referat, ut zelo Divinæ gloriæ Eccleſiaſticus ardeat. Quia imprimis in Scriptura dicitur *homo Dei*, id eſt, homo, cujus eſt cauſam Dei manutenere, honoremque ejus adverſus quoſcumque etiam cum vitæ periculo tueri: quemadmodùm & homines Regis appellare conſuevimus, quibus jus & rem Regis ex officio tueri incumbit. Cum inſuper honoris ſui, cujus zeloſiſſimus eſt, depoſitarios reddiderit Sacerdotes, quibus & res ſuas quaſi concredidit, acuratiſſimam aliquando rationem earum exiget, nec negligentiam vel minimam diſſimulabit.

PUNCTUM II.

Sive manducatis, ſive bibitis.. omnia in gloriam Dei facite. 1. Cor. 10. 31.
Peccantes coram omnibus argue. 1. Tim. 5. 20.
Sacerdos, qui alium, cum

CONSIDERA, in quo zelus iſte conſiſtat. In eo imprimis, ut in omni quod gerimus unicam Dei gloriam intueamur, omneſque in eum actiones dirigamus. In eo deindè, ut diſſolutorum hominum, blaſphemorum aliorumque

pec-

Digitized by Google

peccatorum publicorum reprimamus inſolentiam, nec citra diſcretionem eis ponamus ob oculos, quantam Majeſtati Divinæ injuriam irrogent. Et ſane ecquid de amico tuo domeſticóve cenſeres, qui in ſodalitio quopiam famam tuam lacerari æquo animo pateretur, qui partes tuas non tueretur, aut ſi tueri non poſſet, detrahi tibi non iniquo animo ferret? Tertiò denique zelus iſte conſiſtit in eo, ut *ſanctum* non demus *canibus*, id eſt, Sacramentum e. g. Euchariſtiæ, Pœnitentiæ aut Matrimonii non miniſtremus indignis.

Poteſt, ab errore non revocat, ſeipſum errare demonſtrat. S. Leo Epiſt. 93. c. 15.

Error, cui non reſiſtitur, approbatur, æquitas, cum minimè defenſatur, opprimitur. Innoc. diſt. 13.

Nihil in Sacerdote tam periculoſum apud Deum tam turpe apud homines, quàm, quod ſentiat, non liberè denũtiare. S. Ambroſ. ad Theob. lib. 3. Epiſt. 29.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quàm zelus iſte comederit Salvatorem noſtrum: Tum imprimis, cùm, quod ad ipſum attinet, omnes ſuas actiones, cogitationes, verba, vitam, mortem, lætitiam, triſtitiam ad gloriam retulit Dei Patris, cujus in ſacris Litteris ipſe Gloria dicitur. Deindè & tùm, cùm illatam patri injuriam in templo ulturus, licet eſſet mitiſſimus hominum, nunquamque injuriam injuriæ, ſed benedictionem potius maledictioni rependeret, tùm tamen, cùm de Patris honore ageretur, Leonis inſtar ſe exhibuit, templúmque ſubiit manu flagellum præferens, quo vendentes pelleret, qui Domum Dei in domum negotiationis convertebant, atque adeò Eccleſiaſticos edoceret, elingues eſſe, ſiqua eis irrogaretur injuria; ſiqua verò Deo, ipſo tonitru vocaliores.

Nolite ſanctum dare canibus, neque projiciatis margaritas veſtras ante porcos. Matth. 7. 6.

Ego non quæro gloriam meam. Ioan. 8. 50.

Quæro non voluntatem meam; ſed voluntatem ejus qui miſit me. Ioan. 5. 30.

Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei. Rom. 3. 23.

Gloria Domini ſuper te orta eſt. Iſa. 60. 1.

Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo. Ioan. 2. 15.

Per prævaricationem legis Deum inhonoras. Roman. 2. 23.

CONFERAMUS nos modò huic Exemplari, & videamus, quàm multa agamus, quibus Deum adeò non honoramus, ut potius delinquendo inhonoremus: quàm multa, quibus non in Dei, ſed in noſtram potius aut certè creaturæ alterius gloriam commodúmque collimamus: quàm denique ignaviſſimus, ut gloriæ ejus inter homines ſtudeamus, corripiamus delinquentes; de-

Omnia opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus. Matth. 6. 5.

defectibus atque abuſibus, quos admitti videmus, nos opponamus, ne quem ſcilicet offendamus, aut alio quopiam humano intuitu retardati. Decerne defectus hoſce emendare, methodumque proſpice in hos deinceps non recidendi: Dominum noſtrum deprecare, ut eam tibi gratiam præſtare dignetur, quâ dicere tibi cum eo liceat:

Zelus domûs tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt ſuper me. Pſ. 68. 10.

MEDITATIO CLXII.

De Spiritu paupertatis, in quo jugiter Sacerdoti vivendum eſt.

Vide in hanc rem. S. Proſp. l. 2. de vit. Ac. Sac. 6. 14. 15. 16.

1. Quanti referat Sacerdotis, in hoc ſpiritu vivere.
2. In quo ſpiritus hic paupertatis conſiſtat, & qui actus illius.
3. Argumenta, quibus Sacerdoti ſpiritus hic indi poteſt.

Nolite poſſidere aurum, neque argentum. Matth. 10. 9.

PUNCTUM I.

Considera, quanti referat Sacerdotis, in hoc paupertatis ſpiritu vivere & quare voluerit Salvator noſter Diſcipulos ſuos in tanta rerum terrenarum inopia verſari, ut non modò noluerit eos *poſſidere aurum neque argentum*; ſed & *gratìs* prædicare juſſerit. Prima ratio eſt, ut Sacerdos ſeu vir Apoſtolicus negotio Divino deditus, rerumque terrenarum ſollicitudine expeditus liberiore ſit ſpiritu, pluſque temporis habeat, quo miniſteriis ſuis vacare poſſit. Altera eſt, ut hac bonorum inferiorum abjectione contemptuque generoſo, ea quoque verè contemnenda & Deum atque ſalutem ſuam incomparabiliter pluris facienda eſſe, faciliùs animabus perſuadeat.

Volo vos ſine ſollicitudine eſſe. 1. Cor. 7. 32.
Gratìs accepiſtis, gratìs date. Matth. 10. 8.
Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. 1. Tim. 6. 8.
Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere; ego autem nullo horum uſus ſum. Non autem ſcripſi hæc, ut ita fiant in me: bonum eſt enim mihi magis mori, quàm ut gloriam meam quis evacuet. 1. Cor. 9. 14. & 15.

PUNC-

PUNCTUM II.

CONSIDERA, ut nôris, in quo ſpiritus hìc paupertatis conſiſtat, alios interiores, alios exteriores eſſe actus, quibus innoteſcat. Actus interiores vehemens imprimis hujus virtutis amor eſt, uti & eorum, quæ nos huc conducunt, quo fit, ut pluris citra comparationem paupertas ſit homini quàm divitiæ, ut rebus hiſce inferioribus utatur tamquam non uteretur, imò verò tamquam non ſuis, atque eo ſemper animo, ut quando & quomodo Deo libuerit, perdere eas atque deſerere paratus ſit. Actus inſuper interior paupertatis eſt, ut vi hujus amoris quæramus occaſionem illius exercendæ, commodi nonnihil hanc ob rem nobis ſubtrahentes, optimè contenti quoque, atque adeò non murmurabundi, queruli aut moroſi, ſi quid aliquando neceſſariorum nobis deeſſe contigerit. Actus verò exteriores ſunt, ut in veſtibus imprimis, ſupellectile, mensâ rebus utamur communioribus atque vulgaribus, atque adeò verè pauperes, corde ut minùs atque affectu, eſſe videamur. Præterea, ut bono animo largas pauperibus eleëmoſynas impertiamur (quatenus enim damus, quod habemus, eatenus nos pauperes reddimus) ut pauperes inſuper penes nos lubenter videamus, ædes eorum eâ ſollicitudine, quâ divitum, viſitemus, cum iis converſemur, noſtris ipſorum manibus, datâ opportunitate, iiſdem miniſtremus.

Menſulam tuam pauperes & peregrini, & cum illis Chriſtus conviva noverit. S. Hier. ad Nep.

Nihil tam divinum homo habet, quàm de aliis bene mereri: fac calamitoſis ſis Deus, divinam miſericordiam imitando. S. Greg. Nazianz.

Quo modo potueris, ita eſto miſericors, ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum, etiam exiguum impertiri ſtude. Tob. 4. 8. & 9.

PUNCTUM III.

CONSIDERA argumenta, quibus Sacerdoti ſpiritus hic paupertatis indi poteſt. Primum eſt conſideratio Sacrificii, quod quotidie tractat, quo nihil exteriùs videri poteſt pauperius, utpotè cùm ſpeciebus atque accidentibus, quibus quaſi veſtitur, nihil magè caducum ſit.

Alterum eſt Evangelium, cujus Prædicator eſt; hoc enim de nulla re frequentiùs diſſerit, quàm de paupertate, de renuntiatione omnium, de beatitudine pauperum. Tertium eſt Apoſtolorum, Diſcipulorum, Sanctorum Patrum, ac præſertim Salvatoris exemplum, qui nihil ſibi cum bonis negotiiſque mundanis eſſe voluit.

Date & dabitur, hac ars omnium quaſtuoſiſſima, quâ datis parvis adipiſcamur magna. S. Chr.

ANIMADVERTE NUNC, num hoc ſpiritu paupertatis imbutus ſis. Quod ut nôris, vide, num hujuſce virtutis amore flagres, quo ergo inopes feraris affectu, quid eiſdem ſolaminis afferas; quid tibi ſubtrahas commodi quod eis impendas, quomodo in immiſſa tibi divinitùs jactura te habeas.

Qui non renuntiat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Luc. 14. 33.

MEDITATIO CLXIII.

De malis ingentibus, quæ ex avaritia pullulant Eccleſiaſticorum.

1. Ingentia mala, quæ ex hujuſmodi avaritia pullulant.
2. Vndè dignoſci queat Sacerdos avarus.
3. Incitamenta ad extirpandum penitùs hunc avaritiæ ſpiritum.

Radix omnium malorum eſt cupiditas.
1. Tim. 6. 10.

PUNCTUM I.

Gravius eſt, eum, qui propria dare debuerat, aliena ſurripere. S. Greg. homil. 7. in Evang. Matth. 6.

CONSIDERA ingentia mala, quæ ex amore hoc inordinato divitiarum in Eccleſiaſticis oriuntur. Primum eſt, quòd, cùm amor hic ſpiritum pr̨ ſe ferat omninò abjectum, deſpectui Laicorum eos reddat obnoxios. Alterū eſt, quòd pluribus eos litibus implicet, quibus à miniſteriis ſuis avocantur. Tertium eſt, quòd ad aliquid ſemper injuſtitię proximo irrogandum eos diſponat; nihil enim vitii adeò ut avarities ad

Avaritia nihil ſatis eſt: avari animus, dum ignoſcit ad id quod non habet, modicum putat, quidquid habet. Creſcit amor

Digitized by Google

ad bona alterius diripienda ſollicitat hominem: quæ proindè tantò eſt in Sacerdotibus enormior, quantò ſua liberaliùs erogare tenentur. Quodque rei caput eſt, vitia cætera cum ætate ſimul atque occaſione præterlabuntur; at verò cum ætate creſcit avarities, omniumque difficillimè de corde eradicatur. Undè & pellendis Templo venditoribus non verbo duntaxat; ſed & flagello uſus eſt Salvator noſter, uti Patres expendunt.

nummi, quantùm ipſa pecunia creſcit. Pet. Bleſen. ſerm. 7. S. Auguſt. tract. 10. in Ioan.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, undè dignoſci queat homo avarus. Avaritiæ argumenta ſunt, ſi quis divitias imprimis magni faciat, ſi bona alterius concupiſcat invideatve, ſi pro rebus exigui ponderis lites intentet ſuſtineatve, ſi pauperibus non opituletur, ſi de rebus conditioni ſuæ aut neceſſariis aut congruentibus ſibi ſubtrahat, ut theſauros aſſervet augeatve, ſi nimio aut rigore aut violentiâ debita ſibi juraque extorqueat, atque adeò villicos, qui quandoque pauperiores ſunt, nullâ damni eorum ratione habitâ, omnibus ſe exuere compellat, ſi denique rei alicujus jacturam modo quocumque factam non ſine murmure atque impatientia ferat, nec non ingenti mœrore teſtetur.

In multis notabilis eſt avaritia Sacerdotum, præſertim dum pro quæſtu temporali faciunt ſe ordinari, dum in ſpe viliſſima oblationis Sacramenta conficiunt, de cadaveribus litigant, ſepulturam & Baptiſmum vendunt, nihil gratis impendentes, &c. Pet. Bleſen. ſerm. 11.

Non ille tantum avarus eſt, qui rapit aliena; ſed qui nimis cupidè ſervat ſua. S. Aug.

PUNCTUM III.

CONSIDERA incitamenta, quæ ad extirpandum penitùs hunc avaritiæ ſpiritum uſu venire poſſunt Eccleſiaſticis. Efficaciſſimum nobis in Evangelio proponit Dominus, cùm de terrenorum vanitate atque periculo bonorum agens, furibus ea obnoxia aſſerit, portamque Regni cæleſtis obſeratura. Et ſanè quam ob cauſam Sacerdos pecuniam accumulet? An conſanguineis? nonnè ſatis eſt, ut patrimonium eis, ſi quod habet, moriturus relinquat? Annè verò ut ex pecuniæ cumulis voluptatem hauriat? Ho-

Illa nobis ſunt ambienda divitiæ, quæ nos ornare poſſint pariter & munire, quas nec acquirere poſſumus inviti, nec perdere, quæ nos contra hoſtiles impetus armant, à mundo diſterminãt, Deo commendant, ditant animas noſtras atque nobilitant, nobiſcum ſunt, intra nos ſunt, divitiæ noſtræ credendæ ſunt pudicitia, quæ nos pudicos.

Digitized by Google

neſto id homine, nedùm Sacerdote, indignum eſt. Annè denique ut morbis ejus aut ſenectuti ſubſidio ſint? Huic quidem pecuniæ nonnihil reſervari licet; ita tamen ut rationabilis ſit ejuſmodi reſervatio, nec adverſa fiduciæ, quæ Sacerdoti in providentia Dei collocanda eſt, qui volucres cæli paſcens, curam miniſtrorum ſuorum non abjiciet.

juſtitia qua juſtos, pietas qua pios, humilitas qua humiles, manſuetudo qua manſuetos, & charitas qua nos facit Deo & hominibus charos, virtutum potentes, ſæculi contemptores, bonorum omnium ſectatores. S. Proſp. l. 2. de vio. act. c. 13.

Auguſtinus teſtamentum nullum fecit, quia unde faceret, pauper Chriſti non habuit. Poſſid. in ejus vita.

Discute affectum, quo erga divitias latus es, ſcrutare vitia, in quæ te forſan avaritia impulit, execrare illa coram Jesu Christo & firmiter decerne, omnem prorſus occaſionem peccati tam abſurdi vitare, memor ſemper illius Apoſtolici:

Avari regnum Dei non poſſidebunt. 1. Cor. 6. 10.

Item illius: *Avaritia non nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos.* Epheſ. 5. 3.

MEDITATIO CLXIV.

De ſpiritu Sacrificii, in quo jugiter Sacerdoti vivendum eſt.

1. Rationes, ob quas in hoc ſpiritu Sacrificii Sacerdoti vivendum eſt.
2. In quo conſiſtat.
3. Methodus ſpiritum hunc recipiendi ac conſervandi.

Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.
Joan. 4. 24.

PUNCTUM I.

Considera, ut nôris, in quo ſpiritus hic Sacrificii conſiſtat, quòd, cum Sacrificium generatim nihil ſit aliud, quàm oblatio facta Deo in agnitionem ſupremi dominii, quod obtinet in creaturas, nos verò pro acceptis ab ejus bonitate accipiendiſque reddendum nihil habeamus præter vitam ab eodem acceptam,

Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Pſ. 115. 12.

Subſtantia mea tanquam nihilum ante te. Pſalm. 38. 6.

Nullus magno & Deo & ſacrificio & Peniti-

tam, totum Sacrificium, quod à nobis exigit, quodque ei reddere poſſumus, conſiſtat in eo, ut quidquid ſumus, quidquid habemus, quidquid poſſumus, coram Majeſtate ejus infinita perfectiſſimè annihilemus, omnia ei accepta referentes, omnia ſubmittentes, omnia in ejus gloriam conſumenda offerentes; quemadmodum olim aut igne aut aliter oblatæ Sacrificio victimæ conſumebantur, aut Dominus noſter vitam ſuam in Cruce conſummavit Sacrificavitque: adeò ut ſpiritus hic Sacrificii ſpiritus quidam mortis ſit, renuntiationis atque abdicationis omnimodæ rerum omnium, quæ vel extra vel intra nos ſunt, & ſtatus quidam ſive perpetua animi conſtitutio nos, cor noſtrum atque animam noſtram Deo dandi atque offerendi, ut de iis pro ſua voluntate diſponat, penitùs nobiſmetipſis renuntiantes, totoſque divinæ ejus providentiæ nos committentes.

ſice dignus eſt, niſi qui prius ſeipſum viventem hoſtiam, ſanctam exhibuerit ac rationabile obſequium, gratum atque acceptum oſtenderit, denique ſacrificium laudis ad ſpiritum contribulatum obtulerit, quod ſolum ſacrificium, is qui omnia dedit, à nobis expoſcit: quo tandem modo externum illud ſacrificium, illud magnorum myſteriorum antitypum ipſi offerre audeat? &c. S. Greg. Nazian. Or. 1.

PUNCTUM II.

CONSIDERA rationes, ob quas in hoc ſpiritu Sacrificii Sacerdotibus vivendum eſt. Prima eſt, quòd abſque hoc ſpiritu Sacrificium exterius, quod ad Altare quotidie offerunt, longè minoris ſit coram Deo meriti; cæremoniæ ſiquidem exteriores, quæ Sacrificio Miſſæ intermiſcentur, juxta Auguſtinum, ſignum eſſe debent Sacrificii interioris, quod in corde Sacerdos offert; quemadmodum Sacramentorum noſtrorum materia ac forma non niſi inviſibilis gratiæ, quam Deus ibidem confert, ſigna ſunt viſibilia. Altera eſt, quod conformes eos eſſe oporteat primario ac ſummo Sacerdoti Domino N. JESU CHRISTO, qui jugiter in hoc ſpiritu vixit, quem vel *ingrediens mundum*, uti loquitur Apoſtolus, teſtatus eſt, quem actionibus omnibus in ſpeciem abjectis atque humilibus, quem conditione ſua oculis hominum tam vili atque deſpicabili, quem &

Sacrificium viſibile inviſibilis ſacrificii Sacramentum. S. Aug.

Ingrediens mundum, dixit: Hoſtiam & oblationem noluiſti; corpus autem aptaſti mihi. Hebræor. 10. 5.

Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor uſque dum perficiatur? Luc. 12. 50.

 miſto

miſto cum Apoſtolis de Paſſione colloquio, & ardentibus ejuſdem deſideriis foras erumpentibus præ ſe tulit.

PUNCTUM III.

Sicut lutum in manu figuli. Ier. 18. 6.

Ego ſervus tuus: ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ. Pſal. 115. 16.

Regeneravit nos in ſpem vivam. 1. Pet. 1. 3.

In ipſo vivimus, movemur & ſumus. Act. 17. 28.

Signum figura crucis impreſſum ſignificat omnium ſimul corporis voluptatum ceſſationem, Dei imitatricem vitam, conſectantem inviolabiliter humanam IESU *divinamque vitam ad crucem & mortem uſque, cum impeccabilitate, &c.* S. Dionyſ. Eccleſ. Hierar. cap. 5. in Theoria.

Tolle filium tuum unigenitum & offeres ibi illum in holocauſtum. Geneſ. 22. 2.

CONSIDERA methodum ſpiritum hunc imbibendi & conſervandi. Prima eſt, ut titulos expendamus, quibus ad Deum pertinemus. Pertinemus ad Deum, ut creaturæ ad Creatorem, ut ſubditi ad Regem, ut ſervi ad Dominum, pertinemus, inquam, ad eum non titulo tantùm vocationis generalis, ſeu prædeſtinationis ad gratiam ſimul & gloriam; ſed & vocationis ſingularis ad Sacerdotium: ſine eo nihil ſumus, nihil poſſumus. Numquid omnes hi tituli ſubjectionis pluſquàm ſufficientes ſunt, ut totos nos ei dedamus? Altera methodus eſt, ut Paſſionem conſideremus Domini noſtri, toties ejus memoriam refricantes, quoties ad Altare accedimus, myſteria ejus crebro meditantes; hanc enim ob cauſam & Caſula, & Manipulus & Stola & cætera Sacerdotalis amictûs ornamenta Crucibus undique notata ſunt.

VIDE nunc, an hoc ſpiritu Sacrificii, uti par eſt, vivas. Atque hac de cauſa tibi ſubeat, quòd in omni Sacrificio aut deſtructionem aut certè mutationem reperire neceſſe ſit, atque adeò, cum Sacrificii hujuſce interioris non alia ſit victima quam intellectus aut voluntas, ſcrutare, ecquid in te mutationis ſit. Nonne propria ſemper voluntas tua imperium tenet? Quòd ſi illam immolaviſſes, eſſet utique deſtructa, eſſet emortua aut certè ita immutata atque in Divinam converſa, ut nonniſi una cum ea eademque foret. Ille unigenitus erat, quem Abrahamum poſtulabat. Numquid ei quovis jure ille debetur? Numquid hoc debitum ſolvere, glorioſum nobis atque utile eſt? Eſt proculdubio. Hoc itaque Sacrificium & hodie & toto vitæ decurſu

ci-

eidem offeramus, non ſemel indies cum Salvatore dicentes:

Hoſtiam & oblationem noluiſti; corpus autem aptaſti mihi. Heb. 10. 5.

Dixi: ecce venio, ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei. Pſalm. 39. 8. 9.

MEDITATIO CLXV.

De Converſatione Eccleſiaſticorum.

1. Quàm ſit neceſſarium Eccleſiaſticis, ſanctè converſari.
2. Quibus conditionibus prædita ſit oportet converſatio, ut ſancta ſit.
3. Exemplum Salvatoris noſtri.

In omni converſatione ſancti ſitis. 1. Pet. 1. 15.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quàm neceſſarium ſit Eccleſiaſticis ſive inter ſe ſive cum Laicis ſanctè converſandi. Liquet hoc manifeſtiſſimè ex bonis ingentibus, quæ bona & ſancta, uti & malis non minoribus, quæ prava germinat converſatio: Undè & Princeps Apoſtolorum fidelibus, quibus ſcribit, *converſationem*, non modò inter ſe, ſed & *inter gentes* jubet *habere bonam, ut in eo, quod detrectant de vobis*, inquit, *ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum.*

Converſationem veſtram inter gentes habentes bonam. 1. Pet. 2. 12.

Quis ſapiens, & diſciplinatus inter vos? oſtendat ex bona converſatione. Iac. 3. 13.

Verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos. Eccl. 6. 5.

Sapiens verbis ſeipſum amabilem facit. Eccli. 20. 13.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quibus conditionibus ac qualitatibus prędita ſit oportet converſatio, ut bona ſit. Tres ſunt potiſſimæ, quarum prima eſt, ut ſit ſuavis, humana atque benigna: Suavitas verò iſta conſiſtit in eo, ut omnis converſatione exulet aſperitas, vehementia, cholera, amaritudo & his ſimilia; at verò quamdam præ ſe ferat hilaritatem, non levem aut vanam, ſed

Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blaſphemia tollatur à vobis. Epheſ. 4. 31.

Favus diſtillans labia tua, mel & lac ſub lingua tua. Cant. 4. 11.

Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, ut ſciatis, quomodo opor-

Digitized by Google

graveṁ ac ſeriam, id eſt, remota ſit à complexione illorum moroſa ac melancolica, qui lugubribus ſemper cogitationibus atque ſermonibus immerſi ſunt. Secunda eſt, ut & ipſius Eccleſiaſtici & aliorum conditioni accommoda ſit converſatio; aliter enim cum mulieribus, aliter cum viris, aliter cum Religioſis, aliter cum vitam communem ducentibus, aliter cum majoribus, aliter cum minoribus, aliter denique cum æqualibus, aliter cum inferioribus agendum eſt. Tertia eſt, ut ſuo quæque tempore agat atque loquatur. Quarta eſt, ne quis ſit vel ſermone prolixior vel viſitatione frequentior. Quinta denique eſt, ut converſatio ſit utilis, id eſt, ut de bonis ibidem ſanctiſque rebus, non de novis aut alienis aut profanis aut inutilibus ſermo miſceatur.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quemadmodùm Salvator noſter tres haſce qualitates converſatione ſuâ quàm maximè præ ſe tulerit. Quam imprimis præ ſe tulit ſuavitatem, dum parvulos voluit venire ad ſe, omnibus affatum præbuit benignitate incomparabili, pauperes, calamitoſos, peccatores quàm humaniſſimè excepit, non ſine animi teneritudine ſolatium impertiens omnibus, repellens neminem? Ecquam verò prudentiam exhibuit, dum tantâ cum circumſpectione & conniventia convixit Apoſtolis, adeò ſeſe infirmitati attemperavit eorum, quibuſcum loquebatur, tam dextrè oblatas arripuit occaſiones aliquid eis ſalutare promendi, prout exemplo patet Samaritanæ? Quod denique ad utilitatem attinet converſationis ejus, nullum omninò gradum fecit, qui non infinitam hominibus utilitatem afferret, *circuibat omnes civitates & caſtella*, domos ſubibat, rure agebat, ſemen ſalutis ubique jaciebat & regnum Dei evangelizabat.

HOCCINE MODO converſaris & tu? Hâccine & tu

teat vos unicuique reſpondere. Col. 4. 6.

Aliter enim cum potentibus mundi, aliter cum mediocribus & aliter cum humilibus agendum eſt: aliter iterùm cum manſuetis, aliter cum iracundis, quibus cedi oportet. S. Ambr. in illum locum.

Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos. 1. Cor. 9. 22.

Conſerva tempus Eccl. 4. 23.

Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus: laſcivus autem & imprudens non ſervabunt tempus. Eccl. 20. 7.

In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. Proverb. 10. 19.

Prophana & vaniloquia devita: multum enim proficiunt ad impietatem. 2. Tim. 2. 16.

Viſitavit nos oriens ex alto. Luc. 1. 78.

In terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Baruch. 3. 38.

Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Matth. 11. 29.

Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis. Ibid. 28.

Prout poterant audire. Marc. 4. 33.

Non habet amaritudinem converſatio illius. Sap. 8. 16.

Labia ejus lilia diſtillantia myrrham primam. Cant. 5. 13.

Circuibat omnes civitates & caſtella, docens

Digitized by Google

tu ſuavitate, hâccine uteris gratiâ verborum? Adeòne ſive loquendo, cùm oportet, ſive tacendo prudens es? Anne cum Laicis converſatus boni aliquid ſermonibus tuis intermiſcere ſatagis? Exemplar tuum JESUS CHRISTUS eſt; hujus itaque Spiritum converſatione tuâ exprime, hujus ſiquidem venit tibi præbiturus exemplum.

Converſemur, ut templa Dei, ut Deum in nobis conſtet habitare. S. Cypr. de Orat. Dom.

in ſynagogis eorum & prædicans Evangelium regni, & ſanans omnem languorem & omnem infirmitatem. Matt. 4. 23.

Tales convenit eſſe Dei cultores, graves, prudentes, pios, irreprehenſibiles, immaculatos, ut, qui viderit eos, ſtupeat & admiretur & dicat: hi homines ſunt Dei, quorum talis eſt converſatio. S. Aug. de vit. Chriſt.

MEDITATIO CLXVI.

De iis, quæ à Converſatione arcenda ſunt, ut utilis reddatur atque exemplaris.

1. Hæc ſunt maledicta, contentiones, verba immodeſta, ſermones vani & jactabundi.
2. Rationes, quibus ad arcendum omne hoc ſermonum genus permovendi ſunt Eccleſiaſtici.

Exemplum eſto fidelium in verbo, & in converſatione. 1. Tim. 4. 12.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, cùm converſationis potiſſimum in ſermone conſiſtat, maximè quoque periculoſa atque adeò majori ſollicitudine arcenda ſint verba mala ac dedecentia. Unde & Apoſtolus diſcipulo ſuo Timotheo commendat, ut exemplum ſe fidelibus *in verbo* exhibeat. Anteà verò Salvator aſſeruerat: *Ex verbis tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Matth. 12. 37.

Si quis in verbo non offendit; hic perfectus eſt vir. Iac. 3. 2.

Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, hujus vana eſt religio. Iac. 1. 26.

Ex verbis tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Matth. 12. 37.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, juxta hoc principium, verba imprimis à converſatione arcenda eſſe maledica, quibus aut directè aut indirectè fama alterius laceratur. Deindè rixas atque contentiones, quæ fini converſationis, id eſt, mutuæ ami-

Ex abundantia cordis os loquitur. Ibid. ℣. 34.

Mors & vita in manu linguæ. Prov. 18. 21.

Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Epheſ. 4. 29.

Digitized by Google

amicitiæ fomento è diametro adverſantur. Has equidem à converſatione ſua excluſit Salvator noſter, utpotè de quo præſagitum ſit: *Non erit turbulentus, nec audietur vox ejus foris, non clamabit neque contendet*. Iſaiæ 42. Tertiò verba quævis inhoneſta aut immodeſta, item æquivoca, quæ Doctor aliquis *Sputa diaboli* nuncupat. Atque hinc Chriſtianos inter & cæteros diſcrimen depromendum aſſeverat Apoſtolus. Quartò verba vanitatis atque jactantiæ, ad quæ audacia, inſolentia, impudentiaque referuntur, verba item clamoſa, toni imperioſi, accentus authoritatis, geſtus arrogantiæ, quæ omnia velut periculoſa atque ordinaria rixarum origo vitanda ſunt.

Contrà verò reverentes & venerabundos eſſe oportet, honorificè loqui de omnibus, ſigniſque monſtrare exterioribus, quòd de unoquoque juxta ſuam conditionem optimè ſentiamus.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, nihil adeò conducere ad linguam Eccleſiaſticorum refrænandam atque ſermones hujuſmodi reſcindendos, quàm ſi Amictum expendant, quem vertici eorum imponit Epiſcopus, dum Subdiaconos conſecrat, dicens: *Accipe amictum, per quem deſignatur caſtigatio vocis.* Quo eis utique ſignificat Epiſcopus, magis eos quàm Laicos decere ſilentium, & priùs, quàm loquantur, verba ritè expendenda, ne quid temerè effutiant; imò verò *dignè Evangelio Chriſti*, ut Apoſtolus exigit, converſentur. Quod utique fieri nequit ſine ſpiritu puritatis, ſanctitatis, manſuetudinis, res temporales deſpiciente & amante cæleſtes, id eſt, niſi converſationem ſuam conforment ei, quam Dominus noſter JESUS CHRISTUS cum hominibus hîc converſatus præ ſe tulit.

EXAMINA modò temetipſum, quantùm delicto-

Surdo maledicere, eſt abſenti & non audienti detrahere. S. Greg.

Detractores Deo odibiles. Rom. 1. 30.

Noli contendere verbis; ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium. 2. Tim. 2. 14.

Non litiges cum homine linguato. Eccli. 8. 4

Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os ejus jurgia provocat. Prov. 18. 6.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Pſ. 13. 3.

Malus homo de malo theſauro profert mala. Matth. 12. 35.

Fornicatio & omnis immunditia, nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos. Epheſ. 5. 3.

Deponite turpem ſermonem de ore. Col. 3. 8.

Superbiam in tuo ſermone nunquam dominari permittas. Tob. 4. 14

Laudet te alienus, & non os tuum, extraneus, & non labia tua. Proverb. 27. 2.

Qui ſe jactat, & dilatat, jurgia concitat. Proverb. 28. 25

Non enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem Deus commendat. 2 Cor. 10. 18.

Dixi: cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Pſ. 38. 2

Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam. Phil. 2 3.

Dignè Evangelio Chriſti converſamini. Phil. 1. 27.

ctorum, quantùm maledictorum, quantùm rixarum atque contentionum, quantùm fabularum inutilium, quàm ſtultos atque ineptos loquendi modos, nihil minùs quàm Sacerdotalem præ ſe ferentes gravitatem, in ſermonibus tuis quotidianis admittas. Adverte, in quem ex hiſce defectibus prolabare ſæpiùs, ut hunc corrigas & Dominum cum Propheta depreceris:

Pone Domine cuſtodiam ori meo: & oſtium circumſtantiæ labiis meis. Pſal. 140. 3.

MEDITATIO CLXVII.

De Scurrilitate reſecanda, ut converſatio reddatur utilis atque exemplaris.

1. Eccur Apoſtolus tam expreſsè Chriſtianis ſcurrilitatem inhibeat.
2. Duplex ſcurrilitatis genus.
3. Conſiderationes ad hanc vitandam inducentes.

Scurrilitas non nominetur in vobis, quæ ad rem non pertinet, ſicut decet Sanctos. Epheſ. 5. 3. & 4.

Si hoc à quibuſcumque Chriſtianis; quantò magìs ab Eccleſiaſticis Apoſtolus exigit?

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quam ob cauſam tam expreſsè Chriſtianis ſcurrilitatem inhibeat Apoſtolus. Ob ingentia, quæ inter homines damna invehit, cùm certum ſit, quod adinventæ à Tyrannis perſecutiones ſanguinolentæ non tantùm, quantùm ſcurrilitas, Eccleſiæ damnorum intulerit: illæ ſiquidem multos reddidere Sanctos, immò & carnifices in Martyres convertêre; hæc verò plurimorum, quorum optimus erat animus, corda velut glacie conſtrinxit, ſanctiſſimorumque propoſitorum ipſo in ortu procuravit abortum. Undè & D. Thomas interrogatus, undè dignoſci poſſet homo ſpiritua-

Deridetur juſti ſimplicitas. Iob. 12. 4.

Ab hujus mundi ſapientibus probitatis virtus fatuitas creditur, & quidquid in opere veritas approbat, carnali ſapientia fatuum ſonat. S. Gregor. 10. Mor. c. 26.

Venenum aſpidum ſub labiis eorum. Pſal. 13. 3.

Venerunt filii uſque ad partum, & vires non habet parturiens. 4. Reg. 19. 3.

Adhùc tu permanes in ſimplicitate tua? be-

Digitized by Google

tualis : ſi hominem, inquit, videas ſermone ſcurrilem nugiſque deditum, tametſi miracula patret, ne hunc ſpiritualem exiſtimes. Ratio verò, quam hujus allegat, hæc eſt ; quòd virtus ejus diſſoluta ſit. Quanta ſiquidem diſſolutio, ut hominem, quem ad Altare, in choro, aliiſve pietatis exercitiis vultum ſerium modeſtamque jam jam vidiſti continentiam præ ſe ferre, nunc plenis buccis ridentem nugaſque millenas effutientem audias! nonne plùs ſimulachri, quàm veritatis hæc virtus habet?

PUNCTUM II.

CONSIDERA, duplex eſſe ſcurrilitatis genus. Alterum eſt, quo Deus aut res ſacræ ludibrio habentur, inque riſum vertuntur res auguſtiſſimæ Fidei ac Religionis noſtræ, e. g. Prædicationes, Confeſſiones, Miſſa, Ceremoniæ Eccleſiaſticæ, & ſententiæ Sacrarum Scripturarum. Alterum eſt, ridere alios ſeu illudere aut ob defectus aliquos naturales, aut ob mentis, induſtriæ, prudentiæ, aut divitiarum inopiam, aut certè ob ipſam virtutem, ob quam JESUM CHRISTUM & Apoſtolos ejus ludibrio nonnumquam habuère, devotionem appellantes ſuperſtitionem, devotos hebetes, patientes ignavos, timoratam conſcientiam ſcrupuloſam, benignos nugaces & ſic de cæteris.

PUNCTUM III.

METHODUS, quâ induci poſſunt, ut, quantùm poſſunt, ſcurrilitatem à converſatione excludant Eccleſiaſtici, prima eſt, ut Miniſterii ſui dignitatem expendant, quam expendens Bernardus in hæc verba prorupit: *Inter ſæculares nugæ, ſunt in ore Sacerdotis blaſphemia.* Altera eſt, ut conſiderent, Deum nec velle nec debere irrideri, immò verò ridentes ſe riſurum ſe pariter comminari. Tertia eſt, ut cogitent tormen-

... [b]enedic Deo & morere. Iob. 2. 9.

Clericum ſcurrilem & verbis turpibus jocularem ab officio retrahendum. Concil. Carth. c. 60.

Licet interdum joca honeſta ac ſuavia ſint ; tamen ab Eccleſiaſtica abhorrent regula, quoniam quæ in Scripturis ſanctis non reperimus, ea quemadmodum uſurpare poſſumus? S. Amb. l. 1. Off. c. 25.

Factus eſt mihi ſermo Domini in opprobrium & in deriſum tota die. Ier. 20. 8.

Temeritatem illam reprimere volens, quâ ad profana quoque convertuntur & torquentur verba & ſententiæ Sacræ Scripturæ, ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, &c. mandat & præcipit ſancta Synodus, ad tollendam hujuſmodi irreverentiam & contemptum, ne de cætero quiſquā quomodolibet verba Scripturæ Sacræ, ad hæc ſimilia audeat uſurpare, ut omnes hujus generis homines, temeratores & violatores verbi Dei juris & arbitrii pœnis per Epiſcopos coerceantur. Conc. Trid. ſeſſ. 4. Matth. 9. Marc. 5. Luc. 23. Act. 2. Act. 17.

Inter ſæculares nugæ, ſunt in ore Sacerdotis blaſphemia : Conſecraſti os tuum Evangelio; talibus jam aperire illicitum, aſſueſcere ſacrilegum eſt. Verbum ſcurrile, quod facetè urbanitate no-

mentorum, quibus in inferno afficiendi ſunt reprobi, hunc eſſe non minimum, quòd riſui probos ludibrioque habuerint: *Hi ſunt*, inquiunt, *quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitudinem improperii. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam & finem illorum ſine honore; ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei & inter ſanctos ſors illorum eſt.* Nota, nihil eos de ebrietatibus ſuis aut impudicitiis aut iracundia aliiſvè peccatis dicere; at verò meminiſſe id unum, quòd probos ludibrio habuerint.

... mine colorant, non ſufficit ab ore peregrinari, procul & ab aure relegandum. S. Bern. l. 2. de conſid. c. 13.

Deus non irridetur. Gal. 6. 7.

Ego in interitu veſtro ridebo. Prov. 1. 26.

Dominus ſubſannabit & irridebit eos. Pſ. 2. 4. Sap. 5. 4. & ſeqq.

Omnes haſce conſiderationes æqua lance expende, & ſi adhuc quocumque modo jocari conſueviſti, Deum roga veniam & gratiam nunquam deinceps in ejuſmodi jocos prolabendi.

Omnis enim illuſor abominatio Domini eſt. Proverb. 3. 32.

MEDITATIO CLXVIII.

De difficili Sacerdotum converſione.

1. Converſionem hanc difficilem reddit obduratio cordis.
2. Ecquid ſit hæc obduratio, quomodo contrahatur & qui ſint gradus ejus.
3. Tres Concluſiones momentoſæ hinc deducendæ.

Quis vidit Clericum citò pœnitentem? Chryſoſt.

PUNCTUM I.

CONSIDERA cauſas, ob quas tam difficilis redditur Sacerdotum converſio, quando vitæ diſſolutiori laxaverunt habenas. Prima eſt, quòd peccata eorum majori cum ſcientia, atque adeò majori cum malitia, immò & majori cum ſcandalo committantur, quibus gratiâ Dei, ſine qua ad eum converti nequeunt, ſe reddunt indignos. Altera eſt, quòd in ſanctis aſſi-

Sed etſi deprehenſus humiliaverit ſe, non ideo dolet, quia peccavit, ſed quia perdidit gloriam ſuam. Oper. imp. homil. 40. in Matth.

Perverſi difficilè corriguntur. Eccle. 1. 15.

Corruptio optimi peſſima. Laici delinquentes facilè emendantur, Cle-

aſſiduè rebus verſantes, e. g. Sacramentis adminiſtrandis, Sacrificio Miſſæ celebrando, recitando Breviario, prædicationibus audiendis: quibus cùm alios ſanctificent, ſi non ſanctificent ſemetipſos; ſed in priſtinis vitiis perſeverent, & tot tantiſque converſionis ſtimulis immotos ſe præbeant, manifeſtum omninò argumentum eſt, quòd cordis contraxerint obdurationem, quòd in naturam malum tranſierit, quòdque pro morte temporali, quam Deus eveſtigiò quondam Sacerdotibus veteris Legis in levium etiam peccatorum pœnam immittebat, *in reprobum eos ſenſum*, uti loquitur Scriptura, tradiderit. O ſtatum ærumnoſum, ubi oculos habent & non vident! Peccata Sacerdotum diſſimulare nonnunquam creditur Deus; at verò non animadvertitur, maximum, quod Eccleſiaſtico irrogari poteſt, hoc eſſe ſupplicium, ut vitiis in ipſis ſecurus relinquatur, tamque ſtupidus atque excæcatus, ut conditionis ſuæ miſeriam, manifeſtè licet ob oculos poſitam, videre non poſſit, neque ſibi perſuadere, ſecùs, quàm vivat, eſſe vivendum: *Oculum cordis amiſit*, inquit Auguſtinus, *& ei peperciſſe putatur Deus.* Ut verò conditionis tam calamitoſæ vehementiore adhuc formidine percellaris,

PUNCTUM II.

CONSIDERA etiamnùm enucleatiùs, ecquid ſit hæc obduratio cordis, quæ plerorumque Eccleſiaſticorum converſioni obicem ponit, quomodo contrahatur & qui ſint gradus ejus. Docet nos quoad primum S. Bernardus, *Cor durum eſſe, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad judicia ſævum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad Divina,*

rici autem, ſi mali fuerint, inemendabiles ſunt. Op. imp. hom. 43. in Matth.

Populares quidem vel ſatiati actibus ſuis malis, aliquando compuncti convertuntur ad Deum & incipiunt operari juſtitiam: Sacerdotes autem impœnitibiles conſtituti, nunquam deſinunt peccare in Deum. Id. hom. 40. Et paulo poſt.

Sæcularis homo poſt peccatum facilè ad pœnitentiam venit: nam occupatus negligentiâ ſæculari, dum ſcripturis non ſatis attendit, ſemper ei, quæ in ſcripturis poſita ſunt, nova videntur, ideòque cum audit aliquid de gloria ſanctorum, aut de pœna peccatorum, quaſi novum aliquid audiens expaveſcit: dumque aut bona concupiſcit, aut mala timet, compunctus ad pœnitentiam cito recurrit. Nihil autē impoſſibiliùs, quam illum corrigere, qui omnia ſcit, & tamen contemnens bonum, diligit malum, omnia enim quæcumque ſunt in ſcripturis, propter quotidianam meditationem, ante oculos ejus inveterata & vilia æſtimantur. Nam quidquid illic terribile eſt, uſu vileſcit, &c

Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum. Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. Rom. 1. 24. & 28.

Tenebris obſcuratum habentes intellectum, alie-

na, præteritorum obliviſcens, præſentium negligens, futura non providens. Quoad ſecundum, patentem viam ad obdurationem docet eſſe conſuetudinem: *Quid enim non invertat conſuetudo? Quid non aſſiduitate duretur? quid non uſui cedat? Quantis, qui præ amaritudine prius exhorrebant, uſu ipſo malum in dulce converſum eſt?* Gradus ejus hocce modo deſcribit: *Primum tibi importabile videbitur aliquid: proceſſu temporis, ſi aſſueſcas, judicabis non adeò grave* (neque enim uno gradu ad extrema venitur.) *Paulò poſt leve ſenties, paulò poſt nec ſenties, paulò poſt etiam delectabit, ita paulatim in cordis duritiam itur.* S. Bernard. Lib. 1. de conſid.

nati à vita Dei, per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ. Epheſ. 4. 18. & 19.

Impius cum in profundum venerit, contemnit. Proverb. 18. 3.

Cor durum malè habebit in noviſſimo. Eccli. 3. 27.

PUNCTUM III.

DEDUC inde duas treſvè concluſiones momentoſas. Prima hæc eſt, cùm adeò ſit difficilis Sacerdotum converſio, oblatam modò converſionis gratiam atque occaſionem negligere nequis; niſi ejuſdem nunquam recuperandæ te periculo exponas.

Altera eſt iſta, cùm difficultas hæc oriatur ex obduratione, in quam ſenſim per conſuetudinem delabuntur Eccleſiaſtici, quâ in omnes actiones etiam ſanctiſſimas plerumque prorumpunt; ne in conditionem prolabare tam ærumnoſam, majori deinceps cum attentione atque animadverſione exercitia tua tibi obeunda ſunt.

Ultima eſt hæc, ſi quæ in te obdurationis advertas indicia, e.g. ſi virtutem nôris, quam ſectari non ſtatuis, ſi animadverſionibus inſpirationibuſque divinis ſurdum te exhibeas, ſi proborum virorum conſortia non feras, ſi denique ſine ſcrupulo, immò verò non ſine voluptate peccatum admittas, quæ omnia obdurationis indicia ſunt: nondum tamen deſperes velim; neque enim reprobationis infallibilis ſemper nota obduratio eſt, utpotè quam, teſte Auguſtino,

Quid ergo eſt cor durum? Ipſum eſt quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad judicia ſævum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad divina, præteritorum obliviſcens, præſentium negligens, futura non providens, &c. S. Bernard. l. 1. de conſid.

Ne tardes converti ad Dominum. Eccl. 5. 8.

Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Heb. 3. 7. & 8.

no, ad ipſorum quandoque ſalutem obduratorum permittat Deus. Immò verò lachrymis & pœnitentiâ & operibus bonis ad Divinam recurre bonitatém, extorque eidem, quod apud Zachariam pronuntiavit:

Convertam eos & miſerebor eorum, & erunt ſicut fuerunt, quando non projeceram eos. Zachar. 10. 6.



ME-

MEDITATIONUM
DE VITA
ECCLESIASTICA
PARS SEPTIMA,
UBI AGITUR
De Methodis Eccleſiaſtica munia dignè obeundi & neceſſarias ei virtutes acquirendi, conſervandi atque augendi.

MEDITATIO CLXIX.

METHODUS PRIMA

Pretium, quod ab Eccleſiaſtico vocationi ſuæ ponendum eſt.

1. Omnibus quidem Dei chariſmatibus; ſed vocationi potiſſimum ponendum eſt pretium.
2. Quanti referat, hoc ab Eccleſiaſticis vocationi ſuæ poni.
3. In quo pretii hujus magnitudo conſiſtat.

Obſecro vos, inquit Apoſtolus, *ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis.* Epheſ. 4. 1.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, licet omnibus Dei chariſmatibus magnum ponendum ſit pretium, ſive principium perſcrutemur, ex quo promanant, ſive expendamus, quanti ſteterint Filio Dei, qui nobis iſta promeruit, ſive finem intueamur, ad quem nos conducunt, id eſt, beatitudinem ſem-

Unuſquiſque in quâ vocatione vocatus eſt, in ea permaneat, 1. Cor. 7, 20.

Digitized by Google

ſempiternam; majus tamen ſingulari noſtri vocationi ponendum eſt, cùm credibile ſit, quidquid egerimus, quod in nobis eſt, vocationis noſtræ delectum provenire à Deo, qui probè noſcens, quid nobis expediat, æternâ ſuâ Sapientiâ, quâ vel minima quæque in hoc mundo diſponit, hanc potiùs quàm aliam quamcumque nobis diſpertitus eſt. Gratiæ præthereà ſaluti noſtræ neceſſariæ, conditioni & methodo vivendi, cui dediti ſumus, annexæ ſunt. Hâc veritate poſitâ;

Nihil in terra ſine cauſa fit; quamobrem ego deprecabor Dominum, qui facit magna & inſcrutabilia, qui ponit humiles in ſublimi, & mærentes erigit ſoſpitate. Iob. 5. 6. & ſeqq.

Elegiſti me, & conſtituiſti me. 2. Par. 1. 8.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quanti referat Eccleſiaſticorum, quibus gloriæ Dei atque Eccleſiæ utilitati ſervire eſt animus, ut magnum conditioni ſuæ pretium ponant. Quia imprimis, ut ſuprà viſum eſt, omnibus totius mundi conditionibus anteferenda eſt; utpotè quæ quaſlibet terrenorum Regum dignitates citra comparationem exuperet, atque ad ipſum Dei Thronum, ut cum eo converſetur & agat, homini viam ſternat. Si tanti ſit hominibus, Regum eſſe miniſtros, perſonæ eorum appropinquare, ſubintrare cubilia; quanti faciendi ſunt Eccleſiaſtici, qui ad ſecretiſſimorum Religionis myſteriorum & notitiam & diſpenſationem admiſſi ſunt, quibus ex officio incumbit, coram Deo aſſiſtere, canere laudes ejus, & gloriam in omnibus atque ubique procurare? Prætereà pretium hoc quaſi fundamentum ſubſternitur affectui, oblectamento, atque aſſiduitati, quibus in vocationis ſuæ exercitiis quiſque perdurat; atque adeò citra hoc pretium nulla unquam Ordinis ſui munia, ut oportet, Eccleſiaſticus obibit; immò verò nonniſi obiter ac perfunctoriè, non ſine nauſeâ, ignavia, pravo exemplo, Religionis dehoneſtamento atque Eccleſiæ ſcandalo: negliget item, quidquid diſciplinæ eſt Eccleſiaſticæ, quidquid in

Praclaram atque inſignem eſſe Sacerdotii dignitatem, ex eo diſcas, quòd nobile atque conſpicuum in primis habet initium, atque etiam finem. Cyril. Alex. l. 13. de Sac.

Digitized by Google

in miniſterii ſui exercitio apparebit abjectius, abjiciet à ſe, atque aliis omninò, quàm ab eo poſtulet Deus, negotiis ſe occupabit. Malo itaque tam grandi medicaturus,

PUNCTUM III.

CONSIDERA, in quo pretii hujus, quod ab Eccleſiaſticis conditioni ſuæ ponendum eſt, magnitudo conſiſtat. In eo imprimis, ut aliis quibuſque, ſine contemptu tamen, præferatur. Secundò in eo, ut vel de minimis Eccleſiæ gradibus maxima cum veneratione loquamur, datâque opportunitate felices nos profiteamur, quòd in iis locati ſimus, immò verò vel ipſam Tonſuram merita noſtra innumeris paſſibus excedere arbitremur. Tertiò in eo, ut profundâ quâdam erga quoſcumque Eccleſiaſticos veneratione feramur, propter eorum characterem quibuſlibet eos ſæcularibus, cujuſcumque ſint conditionis, præferentes, quælibet Eccleſiæ ſtatuta reverentes, poteſtatibus ſæcularibus, ubi de miniſterii noſtri honore agitur, ne latum unguem cedentes. Quartò in eo, ut in vilitatem illam nimis ſervilem nos neutiquam abjiciamus, quâ quidam Magnatibus quibuſdam velut domeſticos ſeſe addicunt, quibus ſe, in rebus etiam ſanctis indignâ Sacerdote ſervitute ſubjiciunt, in cubili aut loco profano, quo millenæ quandoque perpetrantur abominationes, auguſtiſſimum Religionis noſtræ myſterium, id eſt, Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebrantes, aut Sacerdotalibus induti ornamentis, duas treſve horas præſtolantes, dum Dominus aut Domina ſurrexerint, pulvere reſperſerint caput, aliaque ſua negotia abſolverint, ita nimirùm indignè à ſe dependere jubentes eum, qui vicem apud eos JESU CHRISTI agit, cujus pace ac benedictione per eum quotidiè donantur. Pretium denique illud conſiſtit in eo, ut quidquid à nobis vocatio noſtra

Nulli creaturæ licet Sacerdotes habere ſibi miniſtros, ſolus Deus Sacerdotes habet. Tol. Inſtr. l. 1. c. 1.

Sacerdotibus & Clericis tuis denunties publicè, ne miniſtri Laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtant. Decr. tit. ne Cler. vel Monac. ſæcul. neg. ſe immiſc.

Non ſint conductores, neque Procuratores, neque ullo turpi vel inhoneſto negotio victum quærant. Conc. Carth. 3. c. 15.

Nonnulli, dum honores Eccleſiaſticos æſtuantiùs ambiunt, in clientelam potentium tanquam ſervos ſe dedunt & ſe illis obſcœnè ſubſternunt. Pet. Dam. cont. Cler. aulic.

amicitiæ fomento è diametro adverſantur. Has equidem à converſatione ſua excluſit Salvator noſter, utpotè de quo præſagitum ſit: ***Non erit turbulentus, nec audietur vox ejus foris, non clamabit neque contendet.*** Iſaiæ 42. Tertiò verba quævis inhoneſta aut immodeſta, item æquivoca, quæ Doctor aliquis ***Sputa diaboli*** nuncupat. Atque hinc Chriſtianos inter & cæteros diſcrimen depromendum aſſeverat Apoſtolus. Quartò verba vanitatis atque jactantiæ, ad quæ audacia, inſolentia, impudentiaque referuntur, verba item clamoſa, toni imperioſi, accentus authoritatis, geſtus arrogantiæ, quæ omnia velut periculoſa atque ordinaria rixarum origo vitanda ſunt.

Contrà verò reverentes & venerabundos eſſe oportet, honorificè loqui de omnibus, ſigniſque monſtrare exterioribus, quòd de unoquoque juxta ſuam conditionem optimè ſentiamus.

Surdo maledicere, eſt abſenti & non audienti detrahere. S. Greg.
Detractores Deo odibiles. Rom. 1. 30.
Noli contendere verbis; ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium. 2. Tim. 2. 14.
Non litiges cum homine linguato. Eccli. 8. 4
Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os ejus jurgia provocat. Prov. 18. 6.
Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Pſ. 13. 3.
Malus homo de malo theſauro profert mala. Matth. 12. 35.
Fornicatio & omnis immunditia, nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos. Epheſ. 5. 3.
Deponite turpem ſermonem de ore. Col. 3. 8.
Superbiam in tuo ſermone nunquam dominari permittas. Tob. 4. 14.
Laudet te alienus, & non os tuum, extraneus, & non labia tua. Proverb. 27. 2.
Qui ſe jactat, & dilatat, jurgia concitat. Proverb. 28. 25
Non enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem Deus commendat. 2 Cor. 10. 18.
Dixi: cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Pſ. 38. 2
Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam. Phil. 2. 3.
Digne Evangelio Chriſti converſamini. Phil. 1. 27.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, nihil adeò conducere ad linguam Eccleſiaſticorum refrænandam atque ſermones hujuſmodi reſcindendos, quàm ſi Amictum expendant, quem vertici eorum imponit Epiſcopus, dum Subdiaconos conſecrat, dicens: ***Accipe amictum, per quem deſignatur caſtigatio vocis.*** Quo eis utique ſignificat Epiſcopus, magis eos quàm Laicos decere ſilentium, & priùs, quàm loquantur, verba ritè expendenda, ne quid temerè effutiant; imò verò ***dignè Evangelio Chriſti,*** ut Apoſtolus exigit, converſentur. Quod utique fieri nequit ſine ſpiritu puritatis, ſanctitatis, manſuetudinis, res temporales deſpiciente & amante cæleſtes, id eſt, niſi converſationem ſuam conforment ei, quam Dominus noſter JESUS CHRISTUS cum hominibus hîc converſatus præ ſe tulit.

EXAMINA modò temetipſum, quantùm delicto-

ctorum, quantùm maledictorum, quantùm rixarum atque contentionum, quantùm fabularum inutilium, quàm ſtultos atque ineptos loquendi modos, nihil minùs quàm Sacerdotalem præ ſe ferentes gravitatem, in ſermonibus tuis quotidianis admittas. Adverte, in quem ex hiſce defectibus prolabare ſæpiùs, ut hunc corrigas & Dominum cum Propheta depreceris:

Pone Domine cuſtodiam ori meo: & oſtium circumſtantiæ labiis meis. Pſal. 140. 3.

MEDITATIO CLXVII.

De Scurrilitate reſecanda, ut converſatio reddatur utilis atque exemplaris.

1. Eccur Apoſtolus tam expreſsè Chriſtianis ſcurrilitatem inhibeat.
2. Duplex ſcurrilitatis genus.
3. Conſiderationes ad hanc vitandam inducentes.

Scurrilitas non nominetur in vobis, quæ ad rem non pertinet, ſicut decet Sanctos. Epheſ. 5. 3. & 4.

Si hoc à quibuſcumque Chriſtianis; quantò magis ab Eccleſiaſticis Apoſtolus exigit?

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quam ob cauſam tam expreſsè Chriſtianis ſcurrilitatem inhibeat Apoſtolus. Ob ingentia, quæ inter homines damna invehit, cùm certum ſit, quod adinventæ à Tyrannis perſecutiones ſanguinolentæ non tantùm, quantùm ſcurrilitas, Eccleſiæ damnorum intulerit: illæ ſiquidem multos reddidere Sanctos, immò & carnifices in Martyres convertêre; hæc verò plurimorum, quorum optimus erat animus, corda velut glacie conſtrinxit, ſanctiſſimorumque propoſitorum ipſo in ortu procuravit abortum. Undè & D. Thomas interrogatus, undè dignoſci poſſet homo ſpiritua-

Deridetur juſti ſimplicitas. Iob. 12. 4.

Ab hujus mundi ſapientibus probitatis virtus fatuitas creditur, & quidquid in opere veritas approbat, carnali ſapientiæ fatuum ſonat. S. Gregor. 10. Mor. c. 26.

Venenum aſpidum ſub labiis eorum. Pſal. 13. 3.

Venerunt filii uſque ad partum, & vires non habet parturiens. 4. Reg. 19. 3.

Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? be-

tualis : ſi hominem, inquit, videas ſermone ſcurrilem nugiſque deditum, tametſi miracula patret, ne hunc ſpiritualem exiſtimes. Ratio verò, quam hujus allegat, hæc eſt ; quòd virtus ejus diſſoluta ſit. Quanta ſiquidem diſſolutio, ut hominem, quem ad Altare, in choro, aliiſve pietatis exercitiis vultum ſerium modeſtamque jam jam vidiſti continentiam præ ſe ferre, nunc plenis buccis ridentem nugaſque millenas effutientem audias! nonne plùs ſimulachri, quàm veritatis hæc virtus habet?

PUNCTUM II.

CONSIDERA, duplex eſſe ſcurrilitatis genus. Alterum eſt, quo Deus aut res ſacræ ludibrio habentur, inque riſum vertuntur res auguſtiſſimæ Fidei ac Religionis noſtræ, e. g. Prædicationes, Confeſſiones, Miſſa, Ceremoniæ Eccleſiaſticæ, & ſententiæ Sacrárum Scripturarum. Alterum eſt, ridere alios ſeu illudere aut ob defectus aliquos naturales, aut ob mentis, induſtriæ, prudentiæ, aut divitiarum inopiam, aut certè ob ipſam virtutem, ob quam JESUM CHRISTUM & Apoſtolos ejus ludibrio nonnumquam habuêre, devotionem appellantes ſuperſtitionem, devotos hebetes, patientes ignavos, timoratam conſcientiam ſcrupuloſam, benignos nugaces & ſic de cæteris.

PUNCTUM III.

METHODUS, quâ induci poſſunt, ut, quantùm poſſunt, ſcurrilitatem à converſatione excludant Eccleſiaſtici, prima eſt, ut Miniſterii ſui dignitatem expendant, quam expendens Bernardus in hæc verba prorupit: *Inter ſæculares nugæ, ſunt in ore Sacerdotis blaſphemia.* Altera eſt, ut conſiderent, Deum nec velle nec debere irrideri, immò verò ridentes ſe riſurum ſe pariter comminari. Tertia eſt, ut cogitent tor-

medic Deo & morere. Iob. 2. 9.

Clericum ſcurrilem & verbis turpibus jocularem ab officio retrahendum. Concil. Carth. c. 60.

Licet interdum joca honeſta ac ſuavia ſint ; tamen ab Eccleſiaſtica abhorrent regula, quoniam quæ in Scripturis ſanctis non reperimus, ea quemadmodum uſurpare poſſumus? S. Amb. l. 1. Off. c. 25.

Factus eſt mihi ſermo Domini in opprobrium & in deriſum tota die. Ier. 20. 8.

Temeritatem illam reprimere volens, quâ ad profana quoque convertuntur & torquentur verba & ſententiæ Sacræ Scripturæ, ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, &c. mandat & præcipit ſancta Synodus, ad tollendam hujuſmodi irreverentiam & contemptum, ne de cætero quiſquã quomodolibet verba Scripturæ Sacræ, ad hæc ſimilia audeat uſurpare, ut omnes hujus generis homines, temeratores & violatores verbi Dei juris & arbitrii pœnis per Epiſcopos coërceantur. Conc. Trid. ſeſſ. 4. Matth. 9. Marc. 5. Luc. 23. Act. 2. Act. 17.

Inter ſæculares nugæ, ſunt in ore Sacerdotis blaſphemiæ : Conſecraſti os tuum Evangelio; talibus jam aperire illicitum, aſſueſcere ſacrilegum eſt. Verbum ſcurrile, quod faceti urbanitate no-

Digitized by Google

mentorum, quibus in inferno afficiendi ſunt reprobi, hunc eſſe non minimum, quòd riſui probos ludibrioque habuerint: *Hi ſunt*, inquiunt, *quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitudinem improperii. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam & finem illorum ſine honore; ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei & inter ſanctos ſors illorum eſt.* Nota, nihil eos de ebrietatibus ſuis aut impudicitiis aut iracundia aliiſvè peccatis dicere; at verò meminiſſe id unum, quòd probos ludibrio habuerint.

mine colorant, non ſufficit ab ore peregrinari, procul & ab aure relegandum. S. Bern. l. 2. de conſid. c. 13.

Deus non irridetur. Gal. 6. 7.

Ego in interitu veſtro ridebo. Prov. 1. 26.

Dominus ſubſannabit & irridebit eos. Pſ. 2. 4. Sap. 5. 4. & ſeqq.

Omnes haſce conſiderationes æqua lance expende, & ſi adhuc quocumque modo jocari conſueviſti, Deum roga veniam & gratiam nunquam deinceps in ejuſmodi jocos prolabendi.

Omnis enim illuſor abominatio Domini eſt. Proverb. 3. 32.

MEDITATIO CLXVIII.

De difficili Sacerdotum converſione.

1. Converſionem hanc difficilem reddit obduratio cordis.
2. Ecquid ſit hæc obduratio, quomodo contrahatur & qui ſint gradus ejus.
3. Tres Concluſiones momentoſæ hinc deducendæ.

Quis vidit Clericum citò pœnitentem? Chryſoſt.

PUNCTUM I.

CONSIDERA cauſas, ob quas tam difficilis redditur Sacerdotum converſio, quando vitæ diſſolutiori laxaverunt habenas. Prima eſt, quòd peccata eorum majori cum ſcientia, atque adeò majori cum malitia, immò & majori cum ſcandalo committantur, quibus gratiâ Dei, ſine qua ad eum converti nequeunt, ſe reddunt indignos. Altera eſt, quòd in ſanctis aſſi-

Sed etſi deprehenſus humiliaverit ſe, non ideo dolet, quia peccavit, ſed quia perdidit gloriam ſuam. Oper. imp. homil. 40. in Matth.

Perverſi difficilè corriguntur. Eccle. 1. 15.

Corruptio optimi peſſima. Laici delinquentes facilè emendantur, Cle-

Digitized by Google

aſſiduè rebus verſantes, e. g. Sacramentis adminiſtrandis, Sacrificio Miſſæ celebrando, recitando Breviario, prædicationibus audiendis: quibus cùm alios ſanctificent, ſi non ſanctificent ſemetipſos; ſed in priſtinis vitiis perſeverent, & tot tantiſque converſionis ſtimulis immotos ſe præbeant, manifeſtum omninò argumentum eſt, quòd cordis contraxerint obdurationem, quòd in naturam malum tranſierit, quòdque pro morte temporali, quam Deus eveſtigiò quondam Sacerdotibus veteris Legis in levium etiam peccatorum pœnam immittebat, *in reprobum eos ſenſum*, uti loquitur Scriptura, tradiderit. O ſtatum ærumnoſum, ubi oculos habent & non vident! Peccata Sacerdotum diſſimulare nonnunquam creditur Deus; at verò non animadvertitur, maximum, quod Eccleſiaſtico irrogari poteſt, hoc eſſe ſupplicium, ut vitiis in ipſis ſecurus relinquatur, tamque ſtupidus atque excæcatus, ut conditionis ſuæ miſeriam, manifeſtè licet ob oculos poſitam, videre non poſſit, neque ſibi perſuadere, ſecùs, quàm vivat, eſſe vivendum: *Oculum cordis amiſit*, inquit Auguſtinus, *& ei peperciſſe putatur Deus.* Ut verò conditionis tam calamitoſæ vehementiore adhuc formidine percellaris,

PUNCTUM II.

CONSIDERA etiamnùm enucleatiùs, ecquid ſit hæc obduratio cordis, quæ plerorumque Eccleſiaſticorum converſioni obicem ponit, quomodo contrahatur & qui ſint gradus ejus. Docet nos quoad primum S. Bernardus, *Cor durum eſſe, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad judicia ſævum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad Divina,*

rici autem, ſi mali fuerint, inemendabiles ſunt. Op. imp. hom. 43. in Matth.

Populares quidem vel ſatiati actibus ſuis malis, aliquando compuncti convertuntur ad Deum & incipiunt operari juſtitiam: Sacerdotes autem impœnitibiles conſtituti, nunquam deſinunt peccare in Deum. Id. hom. 40. Et paulo poſt.

Secularis homo poſt peccatum facilè ad pœnitentiam venit: nam occupatus negligentiâ ſæculari, dum ſcripturis non ſatis attendit, ſemper ei, quæ in ſcripturis poſita ſunt, nova videntur, ideòque cum audit aliquid de gloria ſanctorum, aut de pœna peccatorum, quaſi novum aliquid audiens expaveſcit: dumque aut bona concupiſcit, aut mala timet, compunctus ad pœnitentiam cito recurrit. Nihil autẽ impoſſibiliùs, quam illum corrigere, qui omnia ſcit, & tamen contemnens bonum, diligit malum, omnia enim quæcumque ſunt in ſcripturis, propter quotidianam meditationem, ante oculos ejus inveterata & vilia æſtimantur. Nam quidquid illic terribile eſt, uſu vileſcit, &c

Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum. Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. Rom. 1. 24. & 28.

Tenebris obſcuratum habentes intellectum, alie-

Digitized by Google

na, præteritorum obliviſcens, præſentium negligens, futura non providens. Quoad ſecundum, patentem viam ad obdurationem docet eſſe conſuetudinem: *Quid enim non invertat conſuetudo? Quid non aſſiduitate duretur? quid non uſui cedat? Quantis, qui præ amaritudine prius exhorrebant, uſu ipſo malum in dulce converſum eſt?* Gradus ejus hocce modo deſcribit: *Primum tibi importabile videbitur aliquid: proceſſu temporis, ſi aſſueſcas, judicabis non adeò grave* (neque enim uno gradu ad extrema venitur.) *Paulò poſt leve ſenties, paulò poſt nec ſenties, paulò poſt etjam delectabit, ita paulatim in cordis duritiam itur.* S. Bernard. Lib. 1. de conſid.

nati à vita Dei, per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ. Epheſ. 4. 18. & 19.

Impius cum in profundum venerit, contemnit. Proverb. 18. 3.

Cor durum malè habebit in noviſſimo. Eccli. 3. 27.

PUNCTUM III.

DEduc inde duas treſvè concluſiones momentoſas. Prima hæc eſt, cùm adeò ſit difficilis Sacerdotum converſio, oblatam modò converſionis gratiam atque occaſionem negligere nequis; niſi ejuſdem nunquam recuperandæ te periculo exponas.

Altera eſt iſta, cùm difficultas hæc oriatur ex obduratione, in quam ſenſim per conſuetudinem delabuntur Eccleſiaſtici, quâ in omnes actiones etiam ſanctiſſimas plerumque prorumpunt; ne in conditionem prolabare tam ærumnoſam, majori deinceps cum attentione atque animadverſione exercitia tua tibi obeunda ſunt.

Ultima eſt hæc, ſi quæ in te obdurationis advertas indicia, e. g. ſi virtutem nôris, quam ſectari non ſtatuis, ſi animadverſionibus inſpirationibuſque divinis ſurdum te exhibeas, ſi proborum virorum conſortia non feras, ſi denique ſine ſcrupulo, immò verò non ſine voluptate peccatum admittas, quæ omnia obdurationis indicia ſunt: nondum tamen deſperes velim; neque enim reprobationis infallibilis ſemper nota obduratio eſt, utpotè quam, teſte Auguſtino,

Quid ergo eſt cor durum? Ipſum eſt quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad judicia ſævum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad divina, præteritorum obliviſcens, præſentium negligens, futura non providens, &c. S. Bernard. l. 1. de conſid.

Ne tardes converti ad Dominum. Eccl. 5. 8.

Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Heb. 3. 7. & 8.

no, ad ipſorum quandoque ſalutem obduratorum permittat Deus. Immò verò lachrymis & pœnitentiâ & operibus bonis ad Divinam recurre bonitatém, extorque eidem, quod apud Zachariam pronuntiavit:

Convertam eos & miſerebor eorum, & erunt ſicut fuerunt, quando non projeceram eos. Zachar. 10. 6.



ME-

Digitized by Google

MEDITATIONUM DE VITA ECCLESIASTICA PARS SEPTIMA,

UBI AGITUR

De Methodis Eccleſiaſtica munia dignè obeundi & neceſſarias ei virtutes acquirendi, conſervandi atque augendi.

MEDITATIO CLXIX.

METHODUS PRIMA

Pretium, quod ab Eccleſiaſtico vocationi ſua ponendum eſt.

1. Omnibus quidem Dei chariſmatibus; ſed vocationi potiſſimum ponendum eſt pretium.
2. Quanti referat, hoc ab Eccleſiaſticis vocationi ſuæ poni.
3. In quo pretii hujus magnitudo conſiſtat.

Obſecro vos, inquit Apoſtolus, *ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis.* Epheſ. 4. 1.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, licet omnibus Dei chariſmatibus magnum ponendum ſit pretium, ſive principium perſcrutemur, ex quo promanant, ſive expendamus, quanti ſteterint Filio Dei, qui nobis iſta promeruit, ſive finem intueamur, ad quem nos conducunt, id eſt, beatitudinem

Unuſquiſque in quâ vocatione vocatus eſt, in ea permaneat, 1. Cor. 7, 20.

Digitized by Google

gravem ac ſeriam, id eſt, remota ſit à complexione illorum moroſa ac melancolica, qui lugubribus ſemper cogitationibus atque ſermonibus immerſi ſunt. Secunda eſt, ut & ipſius Eccleſiaſtici & aliorum conditioni accommoda ſit converſatio; aliter enim cum mulieribus, aliter cum viris, aliter cum Religioſis, aliter cum vitam communem ducentibus, aliter cum majoribus, aliter cum minoribus, aliter denique cum æqualibus, aliter cum inferioribus agendum eſt. Tertia eſt, ut ſuo quæque tempore agat atque loquatur. Quarta eſt, ne quis ſit vel ſermone prolixior vel viſitatione frequentior. Quinta denique eſt, ut converſatio ſit utilis, id eſt, ut de bonis ibidem ſanctiſque rebus, non de novis aut alienis aut profanis aut inutilibus ſermo miſceatur.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quemadmodùm Salvator noſter tres haſce qualitates converſatione ſuâ quàm maximè præ ſe tulerit. Quam imprimis præ ſe tulit ſuavitatem, dum parvulos voluit venire ad ſe, omnibus affatum præbuit benignitate incomparabili, pauperes, calamitoſos, peccatores quàm humaniſſimè excepit, non ſine animi teneritudine ſolatium impertiens omnibus, repellens neminem? Ecquam verò prudentiam exhibuit, dum tantâ cum circumſpectione & conniventia convixit Apoſtolis, adeò ſeſe infirmitati attemperavit eorum, quibuſcum loquebatur, tam dextrè oblatas arripuit occaſiones aliquid eis ſalutare promendi, prout exemplo patet Samaritanæ? Quod denique ad utilitatem attinet converſationis ejus, nullum omninò gradum fecit, qui non infinitam hominibus utilitatem afferret, *circuibat omnes civitates & caſtella*, domos ſubibat, rure agebat, ſemen ſalutis ubique jaciebat & regnum Dei evangelizabat.

HOCCINE MODO converſaris & tu? Hâccine & tu

teat vos unicuique reſpondere. Col. 4. 6.

Aliter enim cum potentibus mundi, aliter cum mediocribus & aliter cum humilibus agendum eſt: aliter iterùm cum manſuetis, aliter cum iracundis, quibus cedi oportet. S. Ambr. in illum locum.

Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos. 1. Cor. 9. 22.

Conſerva tempus Eccl. 4. 23.

Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus: laſcivus autem & imprudens non ſervabunt tempus. Eccl. 20. 7.

In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. Proverb. 10. 19.

Prophana & vaniloquia devita: multum enim proficiunt ad impietatem. 2. Tim. 2. 16.

Viſitavit nos oriens ex alto. Luc. 1. 78.

In terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Baruch. 3. 38.

Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Matth. 11. 29.

Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis. Ibid. 28.

Prout poterant audire. Marc. 4. 33.

Non habet amaritudinem converſatio illius. Sap. 8. 16.

Labia ejus lilia diſtillantia myrrham primam. Cant. 5. 13.

Circuibat omnes civitates & caſtella, docens

Digitized by Google

tu ſuavitate, hâccine uteris gratiâ verborum? Adeòne ſive loquendo, cùm oportet, ſive tacendo prudens es? Anne cum Laicis converſatus boni aliquid ſermonibus tuis interniſcere ſatagis? Exemplar tuum JESUS CHRISTUS eſt; hujus itaque Spiritum converſatione tuâ exprime, hujus ſiquidem venit tibi præbiturus exemplum.

Converſemur, ut templa Dei, ut Deum in nobis conſtet habitare. S. Cypr. de Orat. Dom.

in Synagogis eorum & prædicans Evangelium regni, & ſanans omnem languorem & omnem infirmitatem. Matt. 4. 23.

Tales convenit eſſe Dei cultores, graves, prudentes, pios, irreprehenſibiles, immaculatos, ut, qui viderit eos, ſtupeat & admiretur & dicat: hi homines ſunt Dei, quorum talis eſt converſatio. S. Aug. de vit. Chriſt.

MEDITATIO CLXVI.

De iis, quæ à Converſatione arcenda ſunt, ut utilis reddatur atque exemplaris.

1. Hæc ſunt maledicta, contentiones, verba immodeſta, ſermones vani & jactabundi.
2. Rationes, quibus ad arcendum omne hoc ſermonum genus permovendi ſunt Eccleſiaſtici.

Exemplum eſto fidelium in verbo, & in converſatione. 1. Tim. 4. 12.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, cùm converſationis potiſſimum in ſermone conſiſtat, maximè quoque periculoſa atque adeò majori ſollicitudine arcenda ſint verba mala ac dedecentia. Unde & Apoſtolus diſcipulo ſuo Timotheo commendat, ut exemplum ſe fidelibus *in verbo* exhibeat. Anteà verò Salvator aſſeruerat: *Ex verbis tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Matth. 12. 37.

Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Jac. 3. 2.

Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, hujus vana eſt religio. Jac. 1. 26.

Ex verbis tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Matth. 12. 37.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, juxta hoc principium, verba imprimis à converſatione arcenda eſſe maledica, quibus aut directè aut indirectè fama alterius laceratur. Deindè rixas atque contentiones, quæ fini converſationis, id eſt, mutuæ ami-

Ex abundantia cordis os loquitur. Ibid. ℣. 34.

Mors & vita in manu linguæ. Prov. 18. 21.

Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Epheſ. 4. 29.

Digitized by Google

Surdo maledicere, eſt abſenti & non audienti detrahere. S. Greg.
Detractores Deo odibiles. Rom. 1. 30.
Noli contendere verbis; ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium. 2. Tim. 2. 14.
Non litiges cum homine linguato. Eccli. 8. 4
Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os ejus jurgia provocat. Prov. 18. 6.
Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Pſ. 13. 3.
Malus homo de malo theſauro profert mala. Matth. 12. 35.
Fornicatio & omnis immunditia, nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos. Epheſ. 5. 3.
Deponite turpem ſermonem de ore. Col. 3. 8.
Superbiam in tuo ſermone nunquam dominari permittas. Tob. 4. 14.
Laudet te alienus, & non os tuum, extraneus, & non labia tua. Proverb. 27. 2.
Qui ſe jactat, & dilatat, jurgia concitat. Proverb. 28. 25
Non enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem Deus commendat. 2 Cor. 10. 18.
Dixi: cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Pſ. 38. 2
Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam. Phil. 2 3.
Dignè Evangelio Chriſti converſamini. Phil. 1. 27.

amicitiæ fomento è diametro adverſantur. Has equidem à converſatione ſua excluſit Salvator noſter, utpotè de quo præſagitum ſit: ***Non erit turbulentus, nec audietur vox ejus foris, non clamabit neque contendet.*** Iſaiæ 42. Tertiò verba quævis inhoneſta aut immodeſta, item æquivoca, quæ Doctor aliquis ***Sputa diaboli*** nuncupat. Atque hinc Chriſtianos inter & cæteros diſcrimen depromendum aſſeverat Apoſtolus. Quartò verba vanitatis atque jactantiæ, ad quæ audacia, inſolentia, impudentiaque referuntur, verba item clamoſa, toni imperioſi, accentus authoritatis, geſtus arrogantiæ, quæ omnia velut periculoſa atque ordinaria rixarum origo vitanda ſunt.

Contrà verò reverentes & venerabundos eſſe oportet, honorificè loqui de omnibus, ſigniſque monſtrare exterioribus, quòd de unoquoque juxta ſuam conditionem optimè ſentiamus.

PUNCTUM III.

Conſidera, nihil adeò conducere ad linguam Eccleſiaſticorum refrænandam atque ſermones hujuſmodi reſcindendos, quàm ſi Amictum expendant, quem vertici eorum imponit Epiſcopus, dum Subdiaconos conſecrat, dicens: ***Accipe amictum, per quem deſignatur caſtigatio vocis.*** Quo eis utique ſignificat Epiſcopus, magìs eos quàm Laicos decere ſilentium, & priùs, quàm loquantur, verba ritè expendenda, ne quid temerè effutiant; imò verò ***dignè Evangelio Chriſti,*** ut Apoſtolus exigit, converſentur. Quod utique fieri nequit ſine ſpiritu puritatis, ſanctitatis, manſuetudinis, res temporales deſpiciente & amante cæleſtes, id eſt, niſi converſationem ſuam conforment ei, quam Dominus noſter Jesus Christus cum hominibus hîc converſatus præ ſe tulit.

Examina modò temetipſum, quantùm delicto-

ctorum, quantùm maledictorum, quantùm rixarum atque contentionum, quantùm fabularum inutilium, quàm ſtultos atque ineptos loquendi modos, nihil minùs quàm Sacerdotalem præ ſe ferentes gravitatem, in ſermonibus tuis quotidianis admittas. Adverte, in quem ex hiſce defectibus prolabare ſæpiùs, ut hunc corrigas & Dominum cum Propheta depreceris:

Pone Domine cuſtodiam ori meo: & oſtium circumſtantiæ labiis meis. Pſal. 140. 3.

MEDITATIO CLXVII.

De Scurrilitate reſecanda, ut converſatio reddatur utilis atque exemplaris.

1. Eccur Apoſtolus tam expreſsè Chriſtianis ſcurrilitatem inhibeat.
2. Duplex ſcurrilitatis genus.
3. Conſiderationes ad hanc vitandam inducentes.

Scurrilitas non nominetur in vobis, quæ ad rem non pertinet, ſicut decet Sanctos. Epheſ. 5. 3. & 4.

Si hoc à quibuſcumque Chriſtianis; quantò magìs ab Eccleſiaſticis Apoſtolus exigit?

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quam ob cauſam tam expreſsè Chriſtianis ſcurrilitatem inhibeat Apoſtolus. Ob ingentia, quæ inter homines damna invehit, cùm certum ſit, quod adinventæ à Tyrannis perſecutiones ſanguinolentæ non tantùm, quantùm ſcurrilitas, Eccleſiæ damnorum intulerit: illæ ſiquidem multos reddidere Sanctos, immò & carnifices in Martyres convertêre; hæc verò plurimorum, quorum optimus erat animus, corda velut glacie conſtrinxit, ſanctiſſimorumque propoſitorum ipſo in ortu procuravit abortum. Undè & D. Thomas interrogatus, undè dignoſci poſſet homo ſpiritua-

Deridetur juſti ſimplicitas. Iob. 12. 4.

Ab hujus mundi ſapientibus probitatis virtus fatuitas creditur, & quidquid in opere veritas approbat, carnali ſapientiæ fatuum ſonat. S. Gregor. 10. Mor. c. 26.

Venenum aſpidum ſub labiis eorum. Pſal. 13. 3.

Venerunt filii uſque ad partum, & vires non habet parturiens. 4. Reg. 19. 3.

Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? be-

tualis : ſi hominem, inquit, videas ſermone ſcurrilem nugiſque deditum, tametſi miracula patret, ne hunc ſpiritualem exiſtimes. Ratio verò, quam hujus allegat, hæc eſt ; quòd virtus ejus diſſoluta ſit. Quanta ſiquidem diſſolutio, ut hominem, quem ad Altare, in choro, aliiſve pietatis exercitiis vultum ſerium modeſtamque jam jam vidiſti continentiam præ ſe ferre, nunc plenis buccis ridentem nugaſque millenas effutientem audias ! nonne plùs ſimulachri, quàm veritatis hæc virtus habet ?

PUNCTUM II.

CONSIDERA, duplex eſſe ſcurrilitatis genus. Alterum eſt, quo Deus aut res ſacræ ludibrio habentur, inque riſum vertuntur res auguſtiſſimæ Fidei ac Religionis noſtræ, e. g. Prædicationes, Confeſſiones, Miſſa, Ceremoniæ Eccleſiaſticæ, & ſententiæ Sacrarum Scripturarum. Alterum eſt, ridere alios ſeu illudere aut ob defectus aliquos naturales, aut ob mentis, induſtriæ, prudentiæ, aut divitiarum inopiam, aut certè ob ipſam virtutem, ob quam JESUM CHRISTUM & Apoſtolos ejus ludibrio nonnumquam habuêre, devotionem appellantes ſuperſtitionem, devotos hebetes, patientes ignavos, timoratam conſcientiam ſcrupuloſam, benignos nugaces & ſic de cæteris.

PUNCTUM III.

METHODUS, quâ induci poſſunt, ut, quantùm poſſunt, ſcurrilitatem à converſatione excludant Eccleſiaſtici, prima eſt, ut Miniſterii ſui dignitatem expendant, quam expendens Bernardus in hæc verba prorupit : *Inter ſeculares nugæ, ſunt in ore Sacerdotis blaſphemiæ.* Altera eſt, ut conſiderent, Deum nec velle nec debere irrideri, immò verò ridentes ſe riſurum ſe pariter comminari. Tertia eſt, ut cogitent tormen-

medic Deo & morere. Iob. 2. 9.

Clericum ſcurrilem & verbis turpibus jocularem ab officio retrahendum. Concil. Carth. c. 60.

Licet interdum joca honeſta ac ſuavia ſint ; tamen ab Eccleſiaſtica abhorrent regula, quoniam quæ in Scripturis ſanctis non reperimus, ea quemadmodum uſurpare poſſumus ? S. Amb. l. 1. Off. c. 25.

Factus eſt mihi ſermo Domini in opprobrium & in deriſum tota die. Ier. 20. 8.

Temeritatem illam reprimere volens, quâ ad profana quoque convertuntur & torquentur verba & ſententiæ Sacræ Scripturæ, ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, &c. mandat & præcipit ſancta Synodus, ad tollendam hujuſmodi irreverentiam & contemptum, ne de cætero quiſquã quomodolibet verba Scripturæ Sacræ, ad hæc ſimilia audeat uſurpare, ut omnes hujus generis homines, temeratores & violatores verbi Dei juris & arbitrii pœnis per Epiſcopos coerceantur. Conc. Trid. ſeſſ. 4. Matth. 9. Marc. 5. Luc. 23. Act. 2. Act. 17.

Inter ſæculares nugæ, ſunt in ore Sacerdotis blaſphemiæ : Conſecraſti os tuum Evangelio ; talibus jam aperire illicitum, aſſueſcere ſacrilegum eſt. Verbum ſcurrile, quod faceti urbaniſve no-

men-

mentorum, quibus in inferno afficiendi ſunt reprobi, hunc eſſe non minimum, quòd riſui probos ludibrioque habuerint: *Hi ſunt*, inquiunt, *quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitudinem improperii. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam & finem illorum ſine honore; ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei & inter ſanctos ſors illorum eſt.* Nota, nihil eos de ebrietatibus ſuis aut impudicitiis aut iracundia aliiſvè peccatis dicere; at verò meminiſſe id unum, quòd probos ludibrio habuerint.

mine colorant, non ſufficit ab ore peregrinari, procul & ab aure relegandum. S. Bern. l. 2. de conſid. c. 13.

Deus non irridetur. Gal. 6. 7.

Ego in interitu veſtro ridebo. Prov. 1. 26.

Dominus ſubſannabit & irridebit eos. Pſ. 2. 4. Sap. 5. 4. & ſeqq.

Omnes haſce conſiderationes æqua lance expende, & ſi adhuc quocumque modo jocari conſueviſti, Deum roga veniam & gratiam nunquam deinceps in ejuſmodi jocos prolabendi.

Omnis enim illuſor abominatio Domini eſt. Proverb. 3. 32.

MEDITATIO CLXVIII.

De difficili Sacerdotum converſione.

1. Converſionem hanc difficilem reddit obduratio cordis.
2. Ecquid ſit hæc obduratio, quomodo contrahatur & qui ſint gradus ejus.
3. Tres Concluſiones momentoſæ hinc deducendæ.

Quis vidit Clericum citò pœnitentem? Chryſoſt.

PUNCTUM I.

CONSIDERA cauſas, ob quas tam difficilis redditur Sacerdotum converſio, quando vitæ diſſolutiori laxaverunt habenas. Prima eſt, quòd peccata eorum majori cum ſcientia, atque adeò majori cum malitia, immò & majori cum ſcandalo committantur, quibus gratiâ Dei, ſine qua ad eum converti nequeunt, ſe reddunt indignos. Altera eſt, quòd in ſanctis aſſi-

Sed etſi deprehenſus humiliaverit ſe, non ideo dolet, quia peccavit, ſed quia perdidit gloriam ſuam. Oper. imp. homil. 40. in Matth.

Perverſi difficilè corriguntur. Eccle. 1. 15.

Corruptio optimi peſſima. Laici delinquentes facilè emendantur, Cle-

Digitized by Google

aſſiduè rebus verſantes, e. g. Sacramentis administrandis, Sacrificio Miſſæ celebrando, recitando Breviario, prædicationibus audiendis: quibus cùm alios ſanctificent, ſi non ſanctificent ſemetipſos; ſed in priſtinis vitiis perſeverent, & tot tantiſque converſionis ſtimulis immotos ſe præbeant, manifeſtum omninò argumentum eſt, quòd cordis contraxerint obdurationem, quòd in naturam malum tranſierit, quòdque pro morte temporali, quam Deus eveſtigiò quondam Sacerdotibus veteris Legis in levium etiam peccatorum pœnam immittebat, *in reprobum eos ſenſum*, uti loquitur Scriptura, tradiderit. O ſtatum ærumnoſum, ubi oculos habent & non vident! Peccata Sacerdotum diſſimulare nonnunquam creditur Deus; at verò non animadvertitur, maximum, quod Eccleſiaſtico irrogari poteſt, hoc eſſe ſupplicium, ut vitiis in ipſis ſecurus relinquatur, tamque ſtupidus atque excæcatus, ut conditionis ſuæ miſeriam, manifeſtè licet ob oculos poſitam, videre non poſſit, neque ſibi perſuadere, ſecùs, quàm vivat, eſſe vivendum: *Oculum cordis amiſit*, inquit Auguſtinus, *& ei peperciſſe putatur Deus.* Ut verò conditionis tam calamitoſæ vehementiore adhuc formidine percellaris,

PUNCTUM II.

CONSIDERA etiamnùm enucleatiùs, ecquid ſit hæc obduratio cordis, quæ plerorumque Eccleſiaſticorum converſioni obicem ponit, quomodo contrahatur & qui ſint gradus ejus. Docet nos quoad primum S. Bernardus, *Cor durum eſſe, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad judicia ſævum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad Divina*

rici autem, ſi mali fuerint, inemendabiles ſunt. Op. imp. hom. 43. in Matth.

Populares quidem vel ſatiati actibus ſuis malis, aliquando compuncti convertuntur ad Deum & incipiunt operari juſtitiam: Sacerdotes autem impœnitibiles conſtituti, nunquam deſinunt peccare in Deum. Id. hom. 40. Et paulo poſt.

Sæcularis homo poſt peccatum facilè ad pœnitentiam venit: nam occupatus negligentiâ ſæculari, dum ſcripturis non ſatis attendit, ſemper ei, quæ in ſcripturis poſita ſunt, nova videntur, ideòque cum audit aliquid de gloria ſanctorum, aut de pœna peccatorum, quaſi novum aliquid audiens expaveſcit: dumque aut bona concupiſcit, aut mala timet, compunctus ad pœnitentiam cito recurrit. Nihil autẽ impoſſibiliùs, quam illum corrigere, qui omnia ſcit, & tamen contemnens bonum, diligit malum, omnia enim quæcumque ſunt in ſcripturis, propter quotidianam meditationem, ante oculos ejus inveterata & vilia æſtimantur. Nam quidquid illic terribile eſt, uſu vileſcit, &c

Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum. Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. Rom. 1. 24. & 28.

Tenebris obſcuratum habentes intellectum, alie-

na, præteritorum obliviſcens, præſentium negligens, futura non providens. Quoad ſecundum, patentem viam ad obdurationem docet eſſe conſuetudinem: *Quid enim non invertat conſuetudo? Quid non aſſiduitate duretur? quid non uſui cedat? Quantis, qui præ amaritudine prius exhorrebant, uſu ipſo malum in dulce converſum eſt?* Gradus ejus hocce modo deſcribit: *Primum tibi importabile videbitur aliquid: proceſſu temporis, ſi aſſueſcas, judicabis non adeò grave* (neque enim uno gradu ad extrema venitur.) *Paulò poſt leve ſenties, paulò poſt nec ſenties, paulò poſt etjam delectabit, ita paulatim in cordis duritiam itur.* S. Bernard. Lib. 1. de conſid.

nati à vita Dei, per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ. Epheſ. 4. 18. & 19.

Impius cum in profundum venerit, contemnit. Proverb. 18. 3.

Cor durum malè habebit in noviſſimo. Eccli. 3. 27.

PUNCTUM III.

Deduc inde duas tresvè concluſiones momentoſas. Prima hæc eſt, cùm adeò ſit difficilis Sacerdotum converſio, oblatam modò converſionis gratiam atque occaſionem negligere nequis; niſi ejuſdem nunquam recuperandæ te periculo exponas.

Altera eſt iſta, cùm difficultas hæc oriatur ex obduratione, in quam ſenſim per conſuetudinem delabuntur Eccleſiaſtici, quâ in omnes actiones etiam ſanctiſſimas plerumque prorumpunt; ne in conditionem prolabare tam ærumnoſam, majori deinceps cum attentione atque animadverſione exercitia tua tibi obeunda ſunt.

Ultima eſt hæc, ſi quæ in te obdurationis advertas indicia, e. g. ſi virtutem nôris, quam ſectari non ſtatuis, ſi animadverſionibus inſpirationibuſque divinis ſurdum te exhibeas, ſi proborum virorum conſortia non feras, ſi denique ſine ſcrupulo, immò verò non ſine voluptate peccatum admittas, quæ omnia obdurationis indicia ſunt: nondum tamen deſperes velim; neque enim reprobationis infallibilis ſemper nota obduratio eſt, utpotè quam, teſte Auguſti-

Quid ergo eſt cor durum? Ipſum eſt quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad judicia ſævum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad divina, præteritorum obliviſcens, præſentium negligens, futura non providens, &c. S. Bernard. l. 1. de conſid.

Ne tardes converti ad Dominum. Eccl. 5. 8.

Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Heb. 3. 7. & 8.

Digitized by Google

no, ad ipſorum quandoque ſalutem obduratorum permittat Deus. Immò verò lachrymis & pœnitentiâ & operibus bonis ad Divinam recurre bonitatém, extorque eidem, quod apud Zachariam pronuntiavit:

Convertam eos & miſerebor eorum, & erunt ſicut fuerunt, quando non projeceram eos. Zachar. 10. 6.

MEDITATIONUM DE VITA ECCLESIASTICA PARS SEPTIMA,

UBI AGITUR

De Methodis Eccleſiaſtica munia dignè obeundi & neceſſarias ei virtutes acquirendi, conſervandi atque augendi.

MEDITATIO CLXIX.

METHODUS PRIMA

Pretium, quod ab Eccleſiaſtico vocationi ſuæ ponendum eſt.

1. Omnibus quidem Dei chariſmatibus; ſed vocationi potiſſimum ponendum eſt pretium.
2. Quanti referat, hoc ab Eccleſiaſticis vocationi ſuæ poni.
3. In quo pretii hujus magnitudo conſiſtat.

Obſecro vos, inquit Apoſtolus, *ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis.* Epheſ. 4. 1.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quòd, licet omnibus Dei chariſmatibus magnum ponendum ſit pretium, ſive principium perſcrutemur, ex quo promanant, ſive expendamus, quanti ſteterint Filio Dei, qui nobis iſta promeruit, ſive finem intueamur, ad quem nos conducunt, id eſt, beatitudinem ſem-

Unuſquiſque in quâ vocatione vocatus eſt, in ea permaneat, 1. Cor. 7. 20.

Digitized by Google

ſempiternam; majus tamen ſingulari noſtri vocationi ponendum eſt, cùm credibile ſit, quidquid egerimus, quod in nobis eſt, vocationis noſtræ delectum provenire à Deo, qui probè noſcens, quid nobis expediat, æternâ ſuâ Sapientiâ, quâ vel minima quæque in hoc mundo diſponit, hanc potiùs quàm aliam quamcumque nobis diſpertitus eſt. Gratiæ prætereà ſaluti noſtræ neceſſariæ, conditioni & methodo vivendi, cui dediti ſumus, annexæ ſunt. Hâc veritate poſitâ;

Nihil in terra ſine cauſa fit; quamobrem ego deprecabor Dominum, qui facit magna & inſcrutabilia, qui ponit humiles in ſublimi, & mærentes erigit ſoſpitate. Iob. 5. 6. & ſeqq.

Elegiſti me, & conſtituiſti me. 2. Par. 1. 8.

PUNCTUM II.

Considera, quanti referat Eccleſiaſticorum, quibus gloriæ Dei atque Eccleſiæ utilitati ſervire eſt animus, ut magnum conditioni ſuæ pretium ponant. Quia imprimis, ut ſuprà viſum eſt, omnibus totius mundi conditionibus anteferenda eſt; utpotè quæ quaſlibet terrenorum Regum dignitates citra comparationem exuperet, atque ad ipſum Dei Thronum, ut cum eo converſetur & agat, homini viam ſternat. Si tanti ſit hominibus, Regum eſſe miniſtros, perſonæ eorum appropinquare, ſubintrare cubilia; quanti faciendi ſunt Eccleſiaſtici, qui ad ſecretiſſimorum Religionis myſteriorum & notitiam & diſpenſationem admiſſi ſunt, quibus ex officio incumbit, coram Deo aſſiſtere, canere laudes ejus, & gloriam in omnibus atque ubique procurare? Prætereà pretium hoc quaſi fundamentum ſubſternitur affectui, oblectamento, atque aſſiduitati, quibus in vocationis ſuæ exercitiis quiſque perdurat; atque adeò citra hoc pretium nulla unquam Ordinis ſui munia, ut oportet, Eccleſiaſticus obibit; immò verò nonniſi obiter ac perfunctoriè, non ſine nauſea, ignavia, pravo exemplo, Religionis dehoneſtamento atque Eccleſiæ ſcandalo: negliget item, quidquid diſciplinæ eſt Eccleſiaſticæ, quidquid in

Præclaram atque inſignem eſſe Sacerdotii dignitatem, ex eo diſcas, quòd nobile atque conſpicuum in primis habet initium, atque etiam finem. Cyril. Alex. l. 13. de Sac.

Digitized by Google

in miniſterii ſui exercitio apparebit abjectius, abjiciet à ſe, atque aliis omninò, quàm ab eo poſtulet Deus, negotiis ſe occupabit. Malo itaque tam grandi medicaturus,

PUNCTUM III.

CONSIDERA, in quo pretii hujus, quod ab Eccleſiaſticis conditioni ſuæ ponendum eſt, magnitudo conſiſtat. In eo imprimis, ut aliis quibuſque, ſine contemptu tamen, præferatur. Secundò in eo, ut vel de minimis Eccleſiæ gradibus maxima cum veneratione loquamur, datâque opportunitate felices nos profiteamur, quòd in iis locati ſimus, immò verò vel ipſam Tonſuram merita noſtra innumeris paſſibus excedere arbitremur. Tertiò in eo, ut profundâ quâdam erga quoſcumque Eccleſiaſticos veneratione feramur, propter eorum characterem quibuſlibet eos ſæcularibus, cujuſcumque ſint conditionis, præferentes, quælibet Eccleſiæ ſtatuta reverentes, poteſtatibus ſæcularibus, ubi de miniſterii noſtri honore agitur, ne latum unguem cedentes. Quartò in eo, ut in vilitatem illam nimis ſervilem nos neutiquam abjiciamus, quâ quidam Magnatibus quibuſdam velut domeſticos ſeſe addicunt, quibus ſe, in rebus etiam ſanctis indignâ Sacerdote ſervitute ſubjiciunt, in cubili aut loco profano, quo millenæ quandoque perpetrantur abominationes, auguſtiſſimum Religionis noſtræ myſterium, id eſt, Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebrantes, aut Sacerdotalibus induti ornamentis, duas treſve horas præſtolantes, dum Dominus aut Domina ſurrexerint, pulvere reſperſerint caput, aliaque ſua negotia abſolverint, ita nimirùm indignè à ſe dependere jubentes eum, qui vicem apud eos JESU CHRISTI agit, cujus pace ac benedictione per eum quotidiè donantur. Pretium denique illud conſiſtit in eo, ut quidquid à nobis vocatio noſtra

Nulli creaturæ licet Sacerdotes habere ſibi miniſtros, ſolus Deus Sacerdotes habet. Tol. Inſtr. l. 1. c. 1.

Sacerdotibus & Clericis tuis denunties publicè, ne miniſtri Laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtant. Decr. tit. ne Cler. vel Monac. ſæcul. neg. ſe immiſc.

Non ſint conductores, neque Procuratores, neque ullo turpi vel inhoneſto negotio victum quærant. Conc. Carth. 3. c. 15.

Nonnulli, dum honores Eccleſiaſticos æſtuantiùs ambiunt, in clientelam potentium tanquam ſervos ſe dedunt & ſe illis obſcænè ſubſternunt. Pet. Dam. cont. Cler. aulic.

Ut probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta. Roman. 12. 2.

ſtra exigit, ne minimis quidem exceptis, quàm accuratiſſimè impleamus, æquè promptâ quælibet indiſcriminatim voluntate faciamus; in eo ſiquidem decreti ac voluntatis Divinæ quoad nos complemenrum conſiſtit. Quòd ſi plùs minùſve, quàm conditio noſtra à nobis exigat, apprehendamus, tametſi mirabilia facere cogitemus, nihil omninò efficiemus.

Ad ſingulas haſce notas temetipſum examina, ut nôris, num conditioni tuæ hoc pretium ponas, an non actionibus charactere tuo indignis illum inhonores; ut verò conditionem tuam, uti par eſt, impoſterùm æſtimes, libros pervolve de illa agentes, & conditionis tuæ majeſtatem etiam atque etiam coram Deo animadverte.

MEDITATIO CLXX.

Secunda Methodus virtutes Eccleſiaſticas obtinendi & conſervandi Oratio Mentalis.

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſticis præ cæteris oratio hujuſmodi neceſſaria eſt.
2. Prætextus atque excuſationes eximentium ſe refutatę.

In meditatione mea exardeſcet ignis. Pſ. 38. 4.

Hâc ſententiâ nos docet Propheta, ad inflammandum corda noſtra virtutis amore nullam eſſe methodum aptiorem, quàm meditationis exercitium. Cui cùm ægrè ſe dedant Eccleſiaſtici, nec minùs ægrè hanc ſibi perſuadeant veritatem,

PUNCTUM I.

Militia eſt vita hominis ſuper terram. Iob. 7. 1.

Spiritus quidem promptus eſt; caro autem infirma. Matth. 26. 41.

Cibus ejus electus. Habac. 1. 16.

Orationi inſtate, vigi-

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſiaſticis prę cęteris orationis hujus exercitium neceſſarium ſit. Prima eſt naturæ noſtræ infirmitas, & majores interim vehementioreſque tentationes, quibus diabolus eos pulſare conſuevit, dum magis videt ſublatos in altum, atque adeò ex ruina vel unius eorum plùs ſibi ſpon-

ſpondet quàm plurium Laicorum; contra quas nullum nobis munimentum oratione potentius, quemadmodùm & Salvator aſſeruit, & ſuo nobis exemplo Sancti probavêre. Altera eſt ſanctimonia, quam à Sacerdotibus Deus exigit multò majorem quàm à reliquo cœtu fidelium; hæc autem nonniſi oratione valet obtineri: quâ cum homini vitiorum deformitas, infirmitas creaturæ, miſeria propria, Dei majeſtas, pulchritudo virtutis innoteſcat, etiam efficitur, ut ab omnibus ſe avellat, Deo adhæſurus. Tertia eſt eorum miniſterium, e. g. Divini Officii recitatio, Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, Prædicatio, Confeſſionum exceptio &c. quæ actiones cùm ſupernaturales ſint totæque Divinæ, accommodam quoque ſibi gratiam efflagitant, quam nonniſi orando impetrabimus.

PUNCTUM II.

CONSIDERA modò, quàm futiles ſint prætextus atque excuſationes, quas paſſim allegant Eccleſiaſtici, ut obligationi tam legitimæ ſe ſubducant. Satis eſt, inquiunt, Miſſam ſimul & Breviarium dicere: ita eſt, modò, ut par eſt, recitentur. At non ſuppetit otium, ſtudiis aliiſque negotiis vacandum eſt: Hiſce adeò non officit oratio, ut etiam profit & quoad Deum & quoad homines; huic verò non requirimus impendendum niſi horæ dimidium. Eheu! quantùm temporis inutiliter conſumimus! Quid? quòd expediat, non adeò proſperè cætera habere negotia, ut magìs proſperè negotium habeat ſalutis. At, inquiunt, non ſatìs ad ſic orandum nobis induſtriæ eſt; ſed nec multùm ad hoc requiritur: undè & rudiores vel inter Laicos in hoc genere orationis excellere videmus. Adde, quòd & libri conducere poſſint, ut eidem aſſueſcamus.

Hanc tibi veritatem vehementer perſuadere

lantes in ea. Col. 4. 2.

Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem Matth. 26. 41.

Videte, vigilate & orate. Marc. 13. 33.

Niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam, &c. non intrabitis in regnum cælorum. Matth. 5. 20.

Primùm quidem mentem ipſam, de qua oritur, purificat conſideratio: deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, vitam honeſtat & ordinat.

Hæc eſt, quæ confuſa diſterminat, hiantia cogit, ſparſa colligit, ſecreta rimatur, vera veſtigat, veriſimilia examinat, ficta & fucata explorat.

Hæc eſt, quæ agenda præordinat, acta recogitat, ut nihil in mente reſideat aut incorrectum, aut correctione egens.

Hæc eſt, quæ in proſperis adverſa præſentit, in adverſis quaſi non ſentit. S Bernar. l. 1. de conſid. c. 9.

Porro unum eſt neceſſarium. Luc. 10. 42.

Quid prodeſt homini ſi univerſum mundum lucretur; animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Matth. 16. 26.

Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. Matth. 11. 25.

Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Matth. 4. 4.

Sicut Sacerdotum ſan-

Digitized by Google

Eius ordo is eſt, qui illuminat, procul dubio ille à Sacerdotali ordine & virtute omninò prolapſus eſt, qui illuminans non eſt, multòque magis neque eſt illumintus. Dion. Ep. ad Demoph. 2.

conare, & duo aut tria hinc propoſita elice. Propone imprimis, quidquid acciderit, quotidie horæ dimidium orationi mentali impendere atque adeò librum aliquem tibi comparare, qui & methodum illius edoceat, & materiam ſubminiſtret. Pabulum quotidie corpori præbes, & nobiliſſimam tui portionem, id eſt, animam tuam ſuo pabulo deſtitues? Singulos in dies ſtudiis excolis intellectum; & voluntatem tuam orationis inopiâ ſiccam aridamque relinques? Anne tepidior tibi perfectionis zelus, quàm Laicis, quos inter non paucos eſt reperire, qui nullo unquam die hujuſmodi orationis genus intermittunt? Annè tantum eſt vel horæ dimidium, ſi tanto conferatur tempori, quantùm inutiliter ſæpè conſumitur? Ingemiſce tempori tam malè collocato, age Deo grates, quòd hanc veritatem tibi notam fecerit: cùmque donum ejus ipſa ſit oratio, hanc ab eo obnixè flagita, cum Apoſtolis inclamans:

Domine, doce nos orare. Luc. 11. 1.

MEDITATIO CLXXI.

Tertia Methodus virtutes Eccleſiaſticas acquirendi & conſervandi, ordo temporis atque familiæ.

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſticis hic ordo ſervandus ſit.
2. In quo totius diei ordo conſiſtat.
3. Domeſticorum cura habenda & quæ.

Ordinatione tuâ perſeverat dies. Pſ. 118. 91.

PUNCTUM I.

Vidit ordines miniſtrantium. 3. Reg. 10. 5.

Ordo ducit ad Deum. S. Auguſt.

Omnia feciſti, Domine, in pondere numero & menſura. Sap. 11, 21.

CONSIDERA rationes, ob quas & tempori & familiæ ſuæ Eccleſiaſticis ordo ſtatuendus eſt. Prima eſt, quòd ordo in omnibus mirè Deo placeat, & ſecuriſſima, teſte Auguſtino, ad Deum via ſit: Cujus quidem ratio eſt,

eſt, quòd, cùm omnia non ſine ordine Deus agat, eo ipſo, quo nos ſine ordine agimus, jam à Deo nos disjungimus. En quam ob cauſam Dominus Moyſen inſtruens in monte Sinai vetus conſtruere Tabernaculum, locandas etiam per ordinem lucernas præcipiat. Altera eſt, quod ita tœdium vitetur & otium, multòque faciliùs exolvatur, quod Deo, proximo, nobiſque metipſis debetur.

Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt. Rom. 13. 1.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4.

Locatis per ordinem lucernis, juxta præceptum Domini. Exod. 40. 23.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo hic ordo conſiſtat. In diſpertiendis imprimis variis totius diei occupationibus, e. g. exercitio matutino, oratione mentali, aut vocali, Miſſæ Sacrificio, lectione ſpirituali, lectione item Scripturæ ſacræ, ſtudiis, opere manuum, examine conſcientiæ, converſatione, viſitatione Sanctorum aut infirmorum, corporis refectione, animi relaxatione, ſomno, expenſis etiam domeſticis, Eleemoſynis conditioni reſpondentibus atque opulentiæ &c. Secundò in eo, ut ſuo quæque tempore, quantâ fieri poſſunt, exactitudine fiant, omnia dimittendo, quando hora nos vocat, quaſi ipſi Deo vocanti obtemperaturos. Tertiò in eo, ut quidquid agitur, accuratè agatur, ſit licet quàmlibet minimum, juxta illud Sapientis conſilium: *Minimum pro magno placeat tibi.* Eccli. 29. 30.

QUANTUM SOLATIUM ei, cujus vita tota hoc ordine decurrit, qui ſuas ſemel occupationes diſpertitus, ſingulas ſuo tempore, quàm potuit optimè, executus eſt! Quantùm verò econtra confuſionis eſt iis, qui totam citra hunc ordinem duxere vitam, nunc huic ſe dantes exercitio; poſtridie verò hoc ipſum dimittentes, ut alteri ſe dedant! Ut malum hoc caveas, decerne deinceps diſpertiri occupationes tuas, eiſque, quâm poteris fideliſſimè, dedere teipſum.

Nunc lege, nunc ora, nunc cum fervore labora: ſic erit hora brevis, ſic labor ille levis. Redde conſcientiæ tuæ de quotidianis actibus rationem, vide, ſi diem & noctem ſine cujuſlibet peccati macula tranſegiſti, ſin minus legiſti, aut oraſti. Et ſcias non modicam eſſe temporis jacturam, quod in otio aut fabulis impenditur. Tu te omnibus exhibe, cogitans te omnium ſervum, nec tibi ſed cunctis genitum te vivere credas, datum indoctis doctorem, afflictis conſolatorem, ſolatium oppreſſorum, patrem orphanorum, defenſorem viduarum, & omnibus debitorem. Petr. Bleſ. de Inſt. Ep. c. 4.

Omnia tempus habent. Eccle. 3. 1.

Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. Prov. 25. 11.

Deus creavit in cœlo Angelos, in terra vermiculos, nec major in illis, nec minor in iſtis. S. Auguſt. in Pſalm.

Digitized by Google

PUNCTUM III.

Diſciplina Domini ex moribus familiæ demonſtratur. S. Chryſ. hom. 10. op. imp.

Quod populo præcepturus es, prius à domeſticis exigas. S. Hier. in 1. Timoth. 3.

Intereſt tua gloria, ut, quos præ oculis habes, ita ſint informati, ut totius honeſtatis & ordinis ipſi ſint ſpeculum, ipſi forma inveniantur: præ cæteris oportet ſint expediti ad officia, idonei ad Sacramenta, circumſpecti, ſeſe cuſtodientes in omni caſtitate. S. Bern. l. 4. de conſid. c. 1.

Turpe eſt, te extraneos inſtruere, & tuos in errore relinquere. S. Chryſ.

CONSIDERA, non ſatis eſſe Sacerdoti, ut ſibi ſuiſque occupationibus poſuerit ordinem, niſi eumdem & domeſticis ſuis ponere ſatagat; de rebus ad ſalutem bonoſque mores neceſſariis eos inſtruendo, nec ferendo jurantes, jocantes, aut aliud quidlibet agentes, quod populum ſcandalizet; qui in domeſticos Sacerdotum oculos figere, atque ex illorum virtute de virtute horum judicium ferre conſuevit: ad Communionem primâ cujuſque menſis Dominicâ publicè ſuſcipiendam eos bonum ita exemplum exhibituros inducendo: converſationi eorum invigilando, ut loca perſpecta habeat quibus agunt, modumque loquendi ac converſandi: ad ſingulas veſperas conſcientiæ examen eis præſcribendo, ad audiendum Verbum Dei eos exhortando; atque adeò familia ejus Eccleſia quodammodò domeſtica ſit.

CONSIDERA defectus, quos in re tam momentoſa admiſiſti. Quomodò domeſtici tui, id eſt ii, qui tibi cohabitant, ſeſe gerunt? Quomodò inſtructi ſunt? Etiam atque etiam animadverte. Ne verò cum pleriſque hac in re negligentior evadas, hæc Apoſtoli verba menti tuæ ſemper inhæreant:

Si quis domui ſuæ praeeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? 1. Timoth. 3. 5. Et alibi:

Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negavit & eſt infideli deterior. 1. Timoth. 5. 8.

ME-

MEDITATIO CLXXII.

Quarta methodus virtutes Eccleſiaſticas acquirendi & conſervandi eſt labor contra otium.

1. Rationes, ob quas Eccleſiaſticis laborandum eſt.
2. Vnde fiat, ut, non obſtantibus hiſce rationibus, plerique Eccleſiaſtici in otio degant.
3. Methodus hoc emendandi.

Tu verò... in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ, miniſterium tuum imple. 2. Timoth. 4. 5.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Eccleſiaſticis laborandum eſt. Prima eſt, quatenùs & creaturæ rationales ſunt & peccatores. Altera, quatenùs Paſtores, Duces, Judices, Medici & Patres ſpiritales animarum ſunt, quorum omnium officia laborem efflagitant, atque eò quidem magìs ab Eccleſiaſticis, quòd, cùm parentes carnales non niſi ſemel; illi ſemper filios ſuos progenerent: *filioli, quos iterùm parturio.* Galat. 4. 19. Nota imprimis vocabulum illud: *iterùm*, deindè & iſtud: *parturio*, quod utique & laborem & dolorem partûs indigitat. Tertia eſt charitas, quam & Deo & proximo debent, cujus virtutis, teſte Auguſtino, ea conditio eſt, ut ſemper operetur. Atque hoc ipſum Manipulo indicatur, quem geſtat ad Altare Sacerdos: ***Per quem deſignatur fructus bonorum operum.***

PUNCTUM II.

CONSIDERA, unde fiat, ut, non obſtantibus hiſce rationibus, plerique Eccleſiaſtici in otio degant. Malum hoc ex triplici aut quadruplici ſcaturigine plerumque promanat. Quarum

Homo naſcitur ad laborem & avis ad volatum. Iob. 5. 7.

In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Gen. 3.

Nolite errare fratres. Deus non irridetur. Hujus rei gratia Deus commiſit vobis Eccleſiam ſuam, ut pro omnibus laboretis. Alexan. Pap. Epiſt. 2.

Nos, quos in iſto loco, de quo periculoſa ratio redditur, Dominus conſtituit, habemus duo quædam: unum, quòd Chriſtiani ſumus, alterum, quòd præpoſiti ſumus: illud, quòd Chriſtiani ſumus, propter nos eſt: quòd autem præpoſiti ſumus, propter vos eſt. In eo, quòd Chriſtiani ſumus, attenditur utilitas noſtra, in eo, quòd præpoſiti ſumus, non niſi veſtra. Et ſunt multi qui Chriſtiani & non præpoſiti perveniunt ad Deũ faciliori itinere,

Digitized by Google

& tantò fortè expeditiùs ambulantes, quantò minorem ſarcinam portant. Nos autem, excepto, quòd Chriſtiani ſumus, unde reddemus rationem Deo de vita noſtra; ſumus etiam præpoſiti, unde rationem reddemus Deo de diſpenſatione noſtra. Conc. Aquiſgr. c. 12. ex S. Aug.

Sunt nonnulli, qui magnis muneribus ditati, dum ſolius contemplationis ſtudiis inardeſcunt, parêre utilitati proximorum refugiunt, ſecretum quietis deligunt, ſeceſſum ſpeculationis petunt. De quo ſi diſtrictè judicentur, ex tantis proculdubio rei ſunt, quantis venientes ad publicum prodeſſe potuerunt: qua enim mente is, qui proximis profuturus eniteſceret utilitati cæterorum, ſecretum præponit ſuum, quando ipſe ſummi Patris unigenitus, ut multis prodeſſet, de ſinu Patris egreſſus eſt ad publicum noſtrum? S. Greg. Paſt. p. 1. c. 5.

Otium ſanctum quærit charitas veritatis; negotium juſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis. S. Auguſt. 16. de Civ. c. 19.

Non eſt in medico ſemper relevetur ut æger.

Inutilem ſervum projicite in tenebras exteriores. Matth. 25. 30.

Nunquam ex te fructus naſcatur. Matth. 21. 19

Succide illam, ut quid etiam terram occupat? Luc. 13. 7.

Quid ſtatis hic totâ die

rum prima plurimorum error eſt, quo eam Sacerdotis conditionem exiſtimant, ut ſibi vivat. Altera puſillanimitas eſt, quam in quatuor generibus hominum reperire eſt, quorum alii timidiores ſunt, alii melancholici, alii delicatuli, alii denique inſtabiles & leves corde ſunt. Tertia affectus eſt inordinatus erga id, quod conditioni eorum adverſatur, e. g. venationem, ludum, conſortium, delicias, negotia ſæcularia, muſicam, deambulationem &c. Quarta denique prætextus eſt vitę magis ſolitariæ atque præ cæteris exemplaris: contra hujuſmodi quàm vehementiſſimè in Paſtorali ſuo Gregorius invehitur.

PUNCTUM III.

Conſidera methodum magno iſti otioſitatis malo, quòd tam multis commune Eccleſiaſticis, tam paucis ſcrupulo eſt, medicandi. Prima eſt, ut ab omnibus iis nos expediamus, quæ conditioni noſtræ adverſantur. Altera eſt, ut orationi, officio, Miſſæ, curæ Eccleſiæ, curæ animarum, adminiſtrationi Sacramentorum, ſtudiis, operi manuum, collationibus peculiaribus aliiſque ſuum cuique tempus diſpertiamur. Itane verò? An Sacerdoti, cui tot agenda ſunt, in otio degere libeat? Tertia, quæ puſillanimitatem expugnat, hæc eſt, ut ſive res ex animo ſuccedat, ſive non ſuccedat, ſive fervor ſentiatur ſive ariditas, nunquam equidem otiemur.

Anne exactam accuratamque non metuis rationem, quam Deus exiget? Ecquid uſque huc in Eccleſia præſtitiſti, ex quo Sacerdos es? Ecquid deinceps præſtare eſt animus? Cui operi te dedere cogitas? Ingemiſce præteritis, & decerne deinceps manum operi admovere. At cave, ne plurimorum ſeducaris errore, qui temporis aliquid, e. g. id, quo in Seminario degunt, non verò totum labori conſecrant, quivè tum demum laborem amant, cùm commodo eis aut ho-

honori eſt. Immò verò decerne toto vitæ tuæ decurſu quemcumque exantlare laborem, qui ad Dei gloriam verget animarumque ſalutem.

Itaque fratres mei & ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in omni opere bono, ſcientes, quod labor veſter non eſt inanis in Domino. 1. Corinth. 15. 58.

otioſi? Matth. 20. 6.

Nolite locum dare diabolo. Epheſ. 4. 27.

Fac ſemper aliquid operis, ut te diabolus inveniat occupatum. S. Hier.

Temporales ſunt. Marc. 4. 17.

MEDITATIO CLXXIII.

Quinta methodus ſpiritûs Eccleſiaſtici & acquirendi & conſervandi, converſatio cum bonis Eccleſiaſticis, è quibus & director aliquis eligendus eſt.

1. Quanti referat Sacerdotum, cum probis converſari Eccleſiaſticis.
2. Methodus utilem reddendi hujuſmodi converſationem.
3. Aliquem ex his eligendum eſſe directorem.

Cum ſancto ſanctus eris. Pſalm. 17. 26.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quanti referat Sacerdotum, ut cum probis converſentur Eccleſiaſticis. Quia imprimis tales plerumque evadimus, quales ſunt ii, quibuſcum converſamur. Magna præterea ex converſatione proborum emolumenta proveniunt: ſi quid enim vitii contraxerimus, dum attendimus eos, qui ab eo immunes ſunt, corrigere feſtinamus: ſi vel tepore vel frigore obriguerimus, inflammamur atque animamur: ſi quâ animi moleſtiâ laboramus, diſcutimus illam: ſi dubiorum tenebris obvolvimur, illuminamur: ſi precibus indigemus, hæ nobis ſubveniunt: ſi infirmi ſimus, auxilio ſolatioque ſpiritali non deſtituimur. Quidquid denique perverſæ habitudinis contraxerimus, ſi perverſa deſerentes ſodalitia bonis

Homo homini lupus, homo homini Deus. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit. Prov. 13. 20.

Reſpiciet homines, & dicet: peccavi. Iob. 33. 27

Væ ſoli; quia, cùm ceciderit, non habet ſublevantem ſe. Eccle. 4. 10.

Lectio viva, bonorum vita. S. Greg.

Dum peccator juſtum conſiderat, ſeipſum arguit & condemnat. S. Greg. l. 15. Mor. c. 9.

Colloquebamur ſoli valde dulciter de æterna vita, & eò ſermo producebatur, ut omnis carnalis delectatio non compara-

Digitized by Google

nis adhæreamus, ad horum imitationem atque adeò vitæ noſtræ mutationem ſenſim ſine ſenſu pertrahi nos deprehendemus: ſunt enim probi homines ſolis ſpeculivè adinſtar, qui defectuum noſtrorum, quos ob oculos nobis ponunt, odio nos concitant & ſalutari rubore perfundunt.

tione, ſed ne commemoratione quidem digna videretur. Tu ſcis, Domine, dum talia loqueremur, ut mundus nobis inter verba vileſceret cum omnibus delectationibus ſuis. S. Aug. l. 8. Conf. c. 10.

Qui de terra eſt, de terra loquitur. Ioan. 3. 31.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, methodum reddendi utilem hujuſmodi converſationem eſſe hanc, ut de Deo ibidem, de munerum noſtrorum miniſterio, de caſibus conſcientiæ, aliiſque ſimilibus, non verò de negotiis publicis aut privatis agatur; de his ſiquidem miſcere ſermones, præterquam quòd ut minùs inutile ſit, aut murmurandi aut temerè de proximo judicandi periculo nos exponit. Altera methodus eſt, ut, ſi ruri degamus, vicinos inducamus Eccleſiaſticos, ut ſtatutis diebus congregentur, aut de rebus moralibus aut ſpiritualibus, aut de Rubricis aut ſimilibus, uti pluribus locis fieri conſuevit, collaturi.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, hoc unum eſſe ex præcipuis, quæ Eccleſiaſticis neceſſaria ſunt, quod utique ad converſationem reducitur, quæ cum bonis iiſdem alenda eſt, ut alicujus eorum, quos & meliores & prudentiores & vitæ ſpiritalis magè gnaros æſtimant, directioni ſe ſubdant. Quiſquis enim ſuo ſe cerebro regi cupit, teſte Bernardo, fatuum ſibi rectorem delegiſſe ſe noverit. Et ſanè, tametſi ægrorum multitudini par ſit medicus vel unus; alio nihilominùs medico eget, ſi & ipſe ſit æger.

Hoc remedium à Deo datum eſt, ut, qui ſuâ ſe prudentiâ curare non poteſt, alienâ juvetur, & quamvis contingat eum falli & errare, qui conſilium dat; non fallitur tamen qui accipit, quando ex mandato Domini ſequitur conſilium ejus. Archiep. Brachar. l. de Morib. p. 1.

Prohibe pedum tuum à ſemitis eorum, nec acquieſcas eis, nec ambules cum eis. Proverb. 1. 10. & 15.

Talem itaque deligere decerne; cujus tamen delectus cùm admodùm ſit difficilis, aſſiduis hunc precibus à Deo depoſce. Cave autem præ omnibus, ne Eccleſiaſtis ſcandaloſis, ebrioſis, luſoribuſque te jungas; at verò modeſtiores ſemper

per & probiores magiſque delige exemplares. *Amico enim fideli*, inquit Sapiens, *nulla eſt comparatio, & non digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius.* Eccli. 6. 15.

MEDITATIO CLXXIV.

Sexta methodus virtutes Eccleſiaſticas acquirendi & conſervandi, Sacroſancta Miſſa celebratio frequentior.

1. Rationes, ob quas Sacerdotibus quotidie, aut certè, quàm poſſunt ſæpiſſimè celebrandum eſt.
2. Quàm futiles ſint prætextus, quibus à frequentiori celebratione ſe eximere nituntur.
3. Methodus ſe dignum reddendi ad crebrò celebrandum.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Luc. 11. 3.

Si quotidianus eſt, *inquit Auguſtinus*, cur poſt annum illum ſumus?

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Sacerdotibus quotidie, aut certè, quàm poſſunt, frequentiſſimè celebrandum eſt. Prima eſt, quòd aliàs metuendâ iſtâ, quam acceperunt, poteſtate ſe indignos oſtendant; neque enim miniſtros eos Eccleſia conſtituit, ut nullum inde ſentiret auxilium. Prætereà aut proborum volunt vivere in morem Sacerdotum, aut vitam ducere ſæcularem ac diſſolutam: quòd ſi hanc ducere volunt, numquid & cæli & Eccleſiæ fulminibus ſe dignos oſtendunt? Quòd ſi verò profeſſionis ſuæ terminos excedere nolunt; eccur tam excellenti, quod præ manibus habent, tantam, quantam dignitas characteris eorum expoſcit, corporis atque animæ puritatem aſſervandi remedio ſeipſos deſtituunt? Adde, quòd *Sacerdos non legitimè impeditus celebrare omittens,* quan-

Ideo aiebat S. Andr. *Quotidie immolo Deo, agnum immaculatum*, in ejus Act.

Sacerdotes, qui Sacrificium Dei quotidie celebramus. S. Cypr. Ep. 54

Sic S. Ambr. Greg. & innumeri alii. *Quotidie cæleſti pane ſaturati, dicimus fidelibus: guſtate & videte.* S. Hier. l. 2. in Iſa. cap. 5.

Quotidie in Sacrificiis illius bibimus ſanguinem. Id. q. 2. ad Hebiam.

Unicus ſit nobis dolor, hac eſca privari. S. Chry.

Cœperunt ſimul omnes excuſare: primus dixit: villam emi, &c. Luc. 14. 18. Matth. 22.

Digitized by Google

quantum in eo eſt, privat Sanctam Trinitatem laude & gloriâ, Angelos lætitiâ, peccatores veniâ, juſtos ſubſidio & gratiâ, in purgatorio exiſtentes refrigerio, Eccleſiam ſpirituali Chriſti beneficio, & ſeipſum medicinâ & remedio.

Hoc ſolum habemus bonum in præſenti ſæculo, ſi veſcamur carne ejus, cruoreque potemur. Sanc. Hier. c. 3. in Eccleſ.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quàm futiles ſint prætextus, quibus à frequentiori celebratione plerumque ſe nituntur eximere. Alii dicunt: *alia mihi agenda ſunt:* ita ſæculares excuſare ſe poſſent; at verò Sacerdotibus an gravius aliquid negotii eſt, quàm ut Domino ſuo ſerviant? Sacerdotibus, inquam, quos & mundo & omnibus cupiditatibus & pompis ejus mortuos eſſe oportet, qui ne Sacerdotis quidem nomine digni ſunt, niſi omni horâ, quod ad voluntatem eorum attinet, celebrare parati ſint. Alii à frequentiori celebratione reverentiâ cohibentur; at verò reverentia iſta exiguæ ſæpius devotionis nonniſi prætextus eſt. Si genuina ſit reverentia, ad modicum dumtaxat temporis, non ad menſes aut hebdomades integras probanda eſt. Alii dicunt: judicium ſibi manducare & bibere eum, qui manducat & bibit indignè: ita eſt; at verò ſi cum puritate atque amore accedamus, copiam hîc Divinæ gratiæ reperimus, radium quemdam luminis aut potiùs Deum luminis recipimus, qui & intellectum illuminat & voluntatem inflammat, qui & adverſus inimicos noſtros & adverſus nosipſos nos roborat: Miſſa verò ſic celebrata optima eſt ad Miſſam alteram diſpoſitio.

Sic vivendum eſt, ut panem illum ſuperſubſtantialem ſemper accipere mereamur; quia væ ei, qui ſe alienum fecerit ab eo, & multùm væ illi, qui ſpurcus & immundus acceſſerit. Vtrobique grande periculum: ideo magna neceſſitas inſtat, ne indigni inveniamur. S. Bernard de Ord. vitæ.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, methodum reddendi ſe dignum ad celebrandum tam frequenter eſſe hanc, ut, teſte Bernardo, ſic vivamus, ut panem hunc cæleſtem atque divinum accipere mereamur; *Quia væ ei, qui ſe alienum fecerit ab eo & mul-*

multùm væ illi, qui ſpurcus & immundus acceſſerit. Vtrobique grande periculum; ideò magna neceſſitas inſtat, ne indigni inveniamur. Hæc tibi verba ſemper inhæreant, ne ad tuam ipſius condemnationem corpus manduces Filii Dei, neve mortem invenias, ubi vitam invenire cogitaveras.

Mutet vitam, qui vult accipere vitam. Nam, ſi non mutat vitam, ad judicium accipit vitam, & magis ex ipſa corrumpitur, quàm ſanetur, magis occiditur, quàm vivificetur. S. Ambroſ. Serm. Dom. 4. Adventus.

MEDITATIO CLXXV.

Septima Methodus virtutes Eccleſiaſticas acquirendi & conſervandi, erga Sacratiſſimam Virginem devotio.

1. Rationes, ob quas ſingularis erga D. Virginem devotio Sacerdotibus neceſſaria eſt.
2. In quo conſiſtat hæc devotio.

Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet ſalutem à Dominò. Proverb. 8. 35.

Hæc verba D. Virgini accommodat Eccleſia; quæ profectò non modico ei devotis ſolatio ſunt.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas ſingularis erga D. Virginem devotio Sacerdotibus neceſſaria eſt. Prima ex dignitate atque excellentia promenda eſt, quibus eam Divina benignitas vel ideò condecoraſſe videtur, ut Angelis atque hominibus venerandam eam exhiberet; utpotè quam eò uſque dilexerit, ut Dei Matrem eam elegerit, Dei Filium ei ſubdiderit, atque adeò tribus Sanctiſſimæ Trinitatis Perſonis adorandis tam arcto fœdere junxerit. Altera ratio ex poteſtate petenda eſt, quam apud Fi-

Filium obtinet; ſicut enim Filio omnia tradita ſunt à Patre ſuo; ita & Matri omnia tradita ſunt à Filio ſuo, quod D. Anſelmo hoc elogium extorſit: neminem ſalvari niſi per eam. Tertia ratio vehemens amor eſt, quo Chriſtianos complectitur, quem quidem occaſione non una demonſtravit. Omnium verò potiſſima ratio quæque Sacerdotes concernit, affinitas eſt, quam per Ordinem characteremque Sacerdotalem cum ea contrahunt; utpotè qui poteſtatem eis impertiatur conſecrandi atque adeò eamdem illam humanitatem, quam illa tribuit Filio Dei, in Altari ſiſtendi: illum, inquam, ſuis geſtandi manibus, quem illa ſuis toties geſtavit: illum aliis donandi, quem illa cælo terræque quotidie donat. Quanta noſtrî cum Matre Dei affinitas! quanta neceſſitudo! ſed & quanta confuſio!

Sicut omnis, ô beatiſſima, à te averſus & à te deſpectus neceſſe eſt ut intereat, ita omnis ad te converſus & à te reſpectus impoſſibile eſt ut pereat. S. Anſelm.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo conſiſtat hæc divotio, quo erga D. Virginem ferri debent Sacerdotes. In eo imprimis, ut perſonam ejus honorent & ſingulari veneratione proſequantur, magna cum reverentia de ea loquantur, devotionem ejus aliis inculcent oſtendantque in quo conſiſtat, feſta ejus ritè celebrari doceant, iſtum populo errorem eximant, quo nonnulli certam ſibi ſalutem ſpondent, ſi modò Roſaria aliquot recitaverint, aut Sodalitio cuipiam nomen dederint, licet nec ullatenus D. Virginem imitari nec vitam mutare ſtuduerint, ut peregrinationes denique in honorem ejus ſuſcipiendas hortentur. Secundò conſiſtit in eo, ut ſingulari tamquam Matrem noſtram chariſſimam plurimùmque colendam proſequamur affectu, omnia quidem peccatorum genera, ſed caſtitati potiſſimùm adverſantia eorumque occaſiones ſtudioſè vitantes, Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium in ejus hono-

Digitized by Google

norem offerentes, cultumque ejus atque obſequium aliis ingenerare nitentes. Tertiò in eo, ut ſæpius eam invocemus, ſingulos in dies ſingulare aliquod obſequium ei deferamus, directioni ejus atque protectioni, oblaturi præſertim Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, nos committamus, obſequii noſtri oblationem ſæpius iteremus, in afflictionibus, periculis, neceſſitatibus atque tentationibus nos adorientibus ad eam confugiamus. Poſtrema denique, nec poſtrema tamen, erga D. Virginem devotionis methodus hæc eſt, ut eam imitemur, hanc ob cauſam quandoque meditantes, quomodo, cùm hîc viveret, in ſuis ſe actionibus gereret, quanta cum humilitate nuntium Incarnationis acciperet, quo Filium ſuum amore complecteretur, quanta cum devotione Miſſæ Sacrificio intereſſet, atque ita de cæteris, ut eidem nos conformemus: atque in eo propriè devotio conſiſtit, quâ erga D. Virginem ferri debemus.

VIDE nunc, an, ut par eſt, iſti cæli terræque Reginæ devotus ſis: hujus ſiquidem hæc certiſſima argumenta ſunt. Ecquid imprimis ei defers honoris? Quo eam amore complecteris? Quid ad gloriam ejus promovendam operaris? Quid precum ei quotidie offers? Quodque rei caput eſt, in quo eam imitaris? Quòd ſi exercitio tam ſancto nondum te dedideris, vel hâc ipsâ die te dedere incipe, ut Filium in Matre honores. Nonne magno, immò meritis majori, tibi honori eſt, Principi tam ſublimi ſervire, immò verò & diligi ab ea & auxilium ſubſidiumque recipere?

Ego diligentes me diligo, inquit, *& qui manè vigilant ad me, invenient me.* PROV. 8. 17.

Cc MB-

MEDITATIO CLXXVI.

Octava Methodus virtutes Eccleſiaſticas acquirendi & conſervandi, annua ſolitudo.

1. Quàm ſit neceſſaria Eccleſiaſticis ſtatuto tempore ſolitudo.
2. Quid in ea agendum?
3. Excitamenta ad eam ineundam.

Ducam eam in ſolitudinem: & loquar ad cor ejus. Oſeë 2. 14.

PUNCTUM I.

Bonum eſt Deo parumper ſeſe ſubducere, ut Moyſes ille olim ac poſtea Ieremias, & rurſus ad vocantem promptè atque impigrè accurrere, quemadmodum Aaron, &c. Ideò pauliſper ſeceſſi, ut meipſum inſpicerem. S. Greg. Naz. or. 41.

Similis viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo: conſideravit ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit. Iac. 1. 23. & 24.

In ſolitudine aër purior, cœlum apertius, familiarior Deus. Orig. hom. 4.

CONSIDERA, quàm ſit neceſſaria Eccleſiaſticis ſtatuto tempore ſolitudo. Quia imprimis extra illam ſolitudinem parùm admodùm ad nos ipſos reflectimus, nec niſi ſuperficietenùs ac perfunctoriè nos ipſos diſcutimus, defectuum atque imperfectionum noſtrarum ſcaturigines non funditùs perſcrutantes, ſed neque remedia illis efficacia adhibentes; quæ utique omnia longè ſecùs in ſolitudine aguntur. Quoniam inſuper pleraque Sacerdotum exercitia & miniſteria, quantùmvis ſanctiſſima & pretioſiſſima, in exteriori potiſſimùm actione conſiſtunt; frigoris aliquid in vitam ſæpiùs interiorem inducunt, mentiſque diſtrahunt intentionem, quæ erga Deum cuilibet Chriſtiano, ac præſertim Sacerdoti, quovis tempore fovenda atque augenda eſt. Ut verò ſolitudinis hujus neceſſitas melius etiam percipiatur,

PUNCTUM II.

Seceſſi de populo, unicum mihi negotium eſt, nec aliud curo, quàm ne curem, vita meliore magis in ſeceſſu fruar, quàm in promptu. Tert. l. de Palliis c. 5.

CONSIDERA, quis ſcopus ejus præcipuus ſit. Annuæ hujus ſolitudinis ſcopus integra noſtri ipſorum reformatio eſt, quæ in duobus conſiſtit. Primum eſt, ut pravas quaſque affectiones atque propenſiones, tum habituales tum actua-

actuales, tum naturales tum acquiſitas, ſtirpitùs è nobis evellamus. Alterum eſt, ut eam, quam à nobis Deus exigit, perfectionem quæramus & inveniamus, atque adeò cordi ſeu voluntati ejus ſanctiſſimæ in omnibus & per omnia conformemur: Atque hi duo termini ſunt, quos Philoſophi nuncupant *à quo* & *ad quem*; ita ut ſolitudinis hujuſce decurſu compleatur in nobis, quod Jeremiæ Dominus: *Ecce conſtitui te, ut deſtruas & eradices & plantes.* Jer. 1. 10.

PUNCTUM III.

CONSIDERA excitamenta, quibus ad ſanctum hoc exercitium induci poſſumus. Primum eſt utilitas noſtra profectuſque ſpiritualis. Alterum eſt Sanctorum exemplum, qui negotiis Divinis & animarum ſaluti procurandæ ſemper intenti, contagium tantùm non inevitabile vitaturi, quod agentibus cum hominibus mundanis ſolet afflari, ſtatuto tempore negotiis illis ſe ſubduxêre & Monaſteriis ſe abdidêre, ſtatum animæ ſuæ ſeriò examinaturi atque adeò inquiſituri, an alios illuminando non extinguerentur ipſi, an pabulum præbendo aliis, ipſi inediâ non conficerentur, an ipſi denique ſancti eſſent, qui alios ſanctificarent. Ita Ambroſio, ita Carolo Borromæo aliiſque ferè omnibus in more poſitum, qui Spiritum Eccleſiaſticum conſervare ſtuduêre. Poſtremum tamen illudque efficaciſſimum excitamentum eſt, exemplum Salvatoris noſtri; quod exhibiturus, cùm nullâ ipſe ſolitudine indigeret, turbæ ſæpiùs ſe ſubduxit, & planè ſolus in precibus pernoctavit.

Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia levabit ſuper ſe. Thren. 3. 28.
Hæc vox non auditur in foro, non ſonat in publico, ſecretum quærit auditum. S. Bern. Ep. 107.
De mundano pulvere neceſſe eſt etiam religioſa corda ſordeſcere. S. Leo ſerm. 4. Quadrag.
Solitudo novit vigilias IESU, *ſolitudo orationes* IESU *audiit; ſolitudo naſcentem, ſolitudo turbas paſcentem, ſolitudo trãſfiguratione coruſcantem, ſolitudo morientem, ſolitudo reſurgentem, ſolitudo aſcendentem Dominum conſpexit.* Pet. Cellenſ. l. 4. Ep. 12.

Quòd ſi, non attento etiam exemplo Filii Dei, magni illi viri, qui Angelicam in terra vitam ducebant, quique ingenti Spiritûs Eccleſiaſtici plenitudine redundabant, vel pientiſſimis miniſterii ſui occupationibus pietatis ſpiritum extingui formidarent; ecquid nobis tandem agen-

Vide cap. 5. Paſtor. S. Greg. parte I.

agendum eſt, qui tam ſumus ab eorum virtute remoti, qui tanta cum negligentia Divino operi vacamus, qui ſæpiùs parùm adeò ad Ordinem vocati ſumus, qui muniis denique Sacerdotalibus tam ineptè fungimur?

DECERNE itaque hodie, fructuum indè colligendorum ubertate permotus, juxta propoſitum tibi exemplar, ſingulos in annos, tempore maximè opportuno, dies aliquot ſolitudini dare. Si valetudo aut negotia tua decem aut octo aut ſex dies illi dari non ſinant, quatuor, ut minùs, aut quinque da. Ut verò hinc fructum referas; priuſquàm huc te conferas, negotiis quibuſcumque valedicas, ut ita conſtitutus Deo dicere queas: ad excipienda Divina tua lumina

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Pſal. 107. 2.

Ecce ego; quia vocaſti me... Loquere, Domine, quia audit ſervus tuus. 1. Reg. 3. 9.

MEDITATIO CLXXVII.

Nona atque ultima Methodus virtutes Eccleſiaſticas acquirendi & conſervandi.

1. Quantùm utilitatis proveniat iis, qui in Seminario habitant.
2. Quomodò ſe hîc gerere debeant, ut hanc utilitatem percipiant.
3. Defectus, qui plerumque hic admittuntur.

Melius eſt, duos eſſe ſimul, quàm unum; habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Eccle. 4. 9.

Hoc perfectiſſimè verificatur in ſocietate plurium Eccleſiaſticorum, qui ſub unâ ſimul eâdemque diſciplinâ vivunt. Cujus veritas ut eluceſcat,

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quantùm utilitatis proveniat iis, qui in Seminario e.g. habitant, ubi plures Eccleſiaſtici aggregantur. Spiri-

ritum imprimis profeſſionis ſuæ ſine ſenſu imbibunt, miniſterii ſui atque adeò vel minimarum, quæ illi annexæ ſunt, functionum pretium ediſcunt, Sacramentorum adminiſtrationem, inſpectâ ſolùm aliorum praxi, edocentur, Rubricas & cæremonias, ſive Miſſæ, ſive Officii Divini, quarum, tametſi admodùm neceſſariarum, univerſalis ferè neglectus invaluit, accuratè ibidem obſervare conſueſcunt: talis ibidem initur norma vivendi, qualis toto deinceps vitæ decurſu ſervanda eſt: inſtitutæ ibidem collationes plùs luminis intellectui, plùs voluntati ardoris indunt, quàm multa lectio, cui privatim quis ſe dederet. Quoad interiora denique aut exteriora, quoad officia omnia, quibus vel Deo vel proximo vel ſibimetipſi obnoxius eſt Eccleſiaſticus, quoad ea, quæ ſuo eum miniſterio reddere poſſunt idoneum, nihil horum omnium eſt, quod non facilè in hac ſchola diſcatur. Neque verò quiſquam hinc egreditur, in quo hoc ipſum non facilè videatur, quantulocumque tempore ibidem fuerit commoratus. Undè Eccleſia diſciplinam Eccleſiaſticam nonniſi per Seminaria reſtaurandam exiſtimans, eorumdem inſtitutionem verbis tam expreſſis pulchriſque in Synodo Tridentina renovavit.

Tolet. Aquiſgr. Later. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 8.

Ut nullus Laicus ad quemlibet gradum Eccleſiaſticum repentè promoveatur, niſi poſt mutatum habitum ſæcularem diuturna converſatione inter Clericos fuerit comprobatus. Conc. Rom. ſub Nicolao 2. part. can. 14. ann. 659.

Ne Deo hìc agere grates obliviſcare, ſi Seminarium inhabitas; quòd occaſionem tam opportunam tibi obtulerit, ad perfectionem Eccleſiaſticam pertingendi: decerne inſuper, eos, qui tibi noti ſunt, inducere, ut & aliquo ibidem tempore commorentur.

PUNCTUM II.

Conſidera, ex Seminarii inhabitatione totum hoc utilitatis percepturo non ſatìs eſſe, ut corpore ibidem aſſit; ſed & opus eſſe, ut animo aſſit, id eſt, inſtitutis ibidem exercitiis afficiatur, collationibus, quibus intereſſe oppor-

Digitized by Google

tunum videbitur Superioribus, lubenter interſit, omnia omninò ſtatuta, magna inter & parva nihil diſcernens, accuratè obſervet, ædibus quàm rariſſimè exeat, ſtatutis horis gnaviter ſtudiis incumbat; præ ceteris verò orationem atque alia exercitia ſpiritualia magni faciat, Directori ſuo non ſine ſimplicitate, fiducia ac humilitate ſeipſum aperiat atque adeò neceſſitates ſuas, moleſtias difficultateſque proponat: Unicè denique ei cordi ſit, in iis, quæ conditio ejus exigit, ſemetipſum perficere.

PUNCTUM III.

DEduc indè, quàm fallant ſemetipſos, qui ad Seminarium quaſi coacti ſe conferunt, ut videlicet aut Superioribus ſuis placeant, aut negotium aliquod temporale gerant, aut aliam denique ob cauſam etiamnùm viliorem; in quod recepti adeò cæteros non ædificant, ut etiam ſcandalizent; utpotè cum exercitiis ſæpè non interſint, ſtudiorum tempus inutiliter conterant, collationibus ſe non præparent, communes horas non obſervent, tradita ibidem dogmata deſpiciant, viſitationibus crebrioribus ſive exhibendis ſive excipiendis tempus omne conſumant, nihil denique minùs agant quàm id, ad quod agendum ſe eò contulerunt.

Non Hieroſolymis vixiſſe; ſed Hieroſolymis bene vixiſſe, laudabile eſt. S. Hieron.

Ad ſingulos hoſce defectus temetipſum examina; neque enim loco ſancto vixiſſe, ſed ſanctè vixiſſe laudabile eſt. Quidquid proindè huc ingreſſus boni acturum te decreviſti, decerne jam iterùm, temetipſum cum Bernardo interrogans: *Ad quid veniſti?* Siquid verò in exercitiorum aſſiduitate naturæ difficile eſt, hæc Apoſtoli ſententia verſetur in mente:

Omnis diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris; poſteà autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet juſtitia. Propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite, Heb. 12. 11. & 12.

ME-

MEDITATIONUM
DE VITA
ECCLESIASTICA
PARS OCTAVA,
UBI AGITUR
De Officio & obligatione Paſtoris.

MEDITATIO CLXXVIII.

De Officio Paſtoris quoad Deum & quoad ſeipſum.

1. Officium Paſtoris quoad Deum.
2. Officium ejuſdem quoad ſeipſum.

Sollicitè cura, teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis. 2. Tim. 2. 15.

Omnia Paſtoris Officia his Apoſtoli verbis comprehenſa, ad tria quatuorvè præcipua capita reducuntur, quorum alia Deum, alia ipſum, alia proximum concernunt.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quænam ſint Paſtoris officia quoad Deum. Primum eſt, ut ſæpiùs cum eo per orationem converſetur; Paſtorem ſiquidem non filium dumtaxat orationis, Samuëlis adinſtar, eſſe oportet, ſed & Patrem: utpotè quam à Deo edoctus alios debeat edocere, quâ naſci & nutriri debeat, ut ejus lacte, quos gignit in Chriſto, filios educet nutriatque: hanc enimverò, velut portionem primariam, cæteriſque mini-

Exerce teipſum ad pietatem; pietas autem ad omnia utilis eſt. 1. Tim. 4. 7. & 8.

Ordo quidam naturalis eſt, prius purgari deinde purgare, ſapientiâ inſtitui, atque ita demum ſapientiâ alios inſtruere, lux fieri & alios illuminare, ad Deum appropinquare & ita alios deducere, ſanctificari & poſtea ſanctificare. S. Greg. Nazianz. Or. 1.

ſteriis Eccleſiaſticis ſanctitate ſimul atque neceſſitate præſtantem Apoſtoli ſibi delegerunt: *Nos autem*, inquiunt, *orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus*. Actor. 6. 4. Alterum eſt, ut aſſiduâ divinæ ejus præſentiæ contemplatione & magnâ animi atque intentionis puritate in quavis miniſterii ſui functione gloriam Deo honoremque deferat, atque adeò ſive in Sacramentorum adminiſtratione ſive in laudis Divinæ decantatione, aliiſvè ſimilibus duas potiſſimum circumſtantias obſervet, id eſt, Regulas imprimis, Rubricas, cæremoniaſque præſcriptas cum exteriori modeſtia atque decore, devotionem inſuper interiorem ac ſpiritum pietatis, quibuſcum ſancta ſanctè adminiſtranda ſunt.

Quia ſtultè egerunt paſtores, & Dominum non quæſierunt: omnis grex eorum diſperſus eſt. Ier. 10. 21.

Miniſterium meum honorificabo. Rom. 11. 13.

Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper. Pſal. 15. 8.

Mundamini, qui fertis vaſa Domini. Iſa. 52. 11.

Conſcientiam habentes bonam. Hebr. 13. 18.

Age quod agis, operare quod operaris.

Omnia honeſtè & ſecundum ordinem. 1. Corinth. 14. 40.

PUNCTUM II.

OFFICIUM Paſtoris quoad ſeipſum primum eſt, ut, quod ad interiora attinet, alienam procurando ſalutem, ſuam non negligat, ad perfectionem aſpiret Eccleſiaſticam, media ejus inquirat atque avidiſſimè complectatur, ſpiritum amet paupertatis, mortificet ſeſe, atque hanc ob cauſam probum prudentemque Directorem inter mille deligat, cujus conſilia magnâ cum ſimplicitate atque humilitate ſequatur. Alterum verò, quod exteriora concernit, hoc eſt, ut togam ſemper talarem gerat ſucciſoſque capillos, ſuperflua quæque à menſa ſua & ſupellectile reſecet. Tertium eſt, ut quidquid ſpiritui adverſatur Eccleſiaſtico, omninò devitet, atque inter cætera gulæ potiſſimùm, avaritiæ & immunditiæ peccata, perverſa fugiat ſodalitia, mulierum converſationem, negotiorum ſæcularium commercium ac ſollicitudinem, luſus fortunæ, venationem, comœdias, convivia, jocos. Quartum denique, ut quaſlibet diei horas ſuis diſtribuat exercitiis obſervetque, niſi neceſſitate forſitan aut charitate præpeditus; ita, inquam, orationi, officio Divino, ſtudiis, infirmorum viſitationi, libri

Bibe aquam de ciſterna tua, & deriventur fontes tui foras. Prov. 5. 15. & 16.

Qui ſibi nequam, cui alii bonus? Eccli. 14. 5.

Magnus quæſtus eſt pietas cum ſufficientia; habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. 1. Tim. 6. 6. & 8.

In te oculi omnium diriguntur, domus tua & converſatio tua quaſi in ſpecula conſtituta, magiſtra eſt publica diſciplina. S. Hieron.

Tu autem, homo Dei, hæc age; ſectare verò pietatem, juſtitiam, manſuetudinem, fidem, charitatem, patientiam. 1. Timoth. 6. 11.

Sic ambulate, ſic agite, ut ſemper Eccleſia ſenatus candidis conſtet, ſeveritas circa fœminas vigeat, authoritas polleat, vigor teneatur, gravitas veneretur, &c. S. Cypr. de ſingul. Cler.

Digitized by Google

libri ſpiritualis aut S. Scripturæ lectioni, operi manuum aliiſque tempus omne diſpertiatur, ut nullum ei otioſum ſit.

Ad ſingula hæcce capita temetipſum examina, ſinguloſque defectus circa ſingula, ſive officia tua ignorando ſive etiam negligendo hucuſque commiſſos, diligenter expende. Ob hos coram Deo teipſum humilia, veniam ab eo deprecare; cùmque plures ſint animæ, quæ Deo jam æternùm deſtituendæ ſunt, quibus hæc atque alia lumina longè majora, quibus adeò turpiter abuſi ſunt, affulsêre, vehementer reformida & ipſe, ne & tu abutare. Dei miſericordiam implorare non deſine, ut poſtulatos ab eo fructus ex hiſce referre non negligas, cum Propheta inclamans:

Da mihi, Domine, ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis: mitte illam de ſede magnitudinis tuæ, ut mecum ſit & mecum laboret & ſciam, quid acceptum ſit coram te omni tempore. Sap. 9. 4. & 10.

Non confundas me ab expectatione mea.

Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis, ut non confundar. Pſal. 118. 116. & 80.

MEDITATIO CLXXIX.

De officio Paſtoris quoad proximum, id eſt, quoad Parochianos: Ac impriis de reſidentia in Parochia.

1. Quòd Paſtoris reſidentia perſonalis ſit juris naturalis, Divini atque Eccleſiaſtici.
2. Ingentia mala provenientia ex eo, quòd Paſtor non reſideat.
3. Prætextus atque excuſationes refutatæ.

Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo poſuit vos Spiritus S. regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo. Act. 20. 28.

Hoc argumentum eſt, quo Synodus utitur Tridentina, ut ſub pœna peccati mortalis ad reſidendum in loco beneficiorum Paſtores obliget.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, juxta hæc Apoſtoli verba ab ipſo Spiritu ſancto, in quo ſacra Synodus Tridentina congregata eſt, ex-

Omnes Patriarchalibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſiis, quibuſcumque quovis nomi-

 pli-

plicata, quòd reſidentia perſonalis, quoad eos, qui curam habeant animarum, non juris dumtaxat Eccleſiaſtici, ſed & naturalis & Divini ſit. Numquid contra naturam eſt, ut nomen quis Paſtoris obtineat, qui oves ſuas ne noverit quidem? Quomodò verò neceſſaria gregi, à quo remoti ſunt, procurare poterunt? *Væ Paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos, gregem autem ſuum non paſcebant! nonnè greges à Paſtoribus paſcuntur?* Ezechiël. 34. 2. Non alio opus foret teſtimonio, quo Divina voluntas quoad reſidentiam nobis innoteſceret; innoteſcit tamen & aliis Scripturæ locis iiſque centenis, e. g. ubi Salvator noſter ſatis eſſe non duxit, Petrum ſe ſtatuiſſe Paſtorem, niſi & verbis ei expreſſis diceret: *Paſce oves meas:* ubi item Evangelium aſſerit, non eos tantùm, qui operari poſſent, ſed operarios in ſuam miſiſſe vineam Patremfamilias: ubi denique in Proverbiis dicitur: *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera.* Prov. 27. 23. Et ſanè lugenda res eſt hâc ultimâ tempeſtate, quòd poſt tot argumenta tot inſuper ſit opes vibrare fulmina, ut ad reſidentiam ſuam Paſtores compellantur, quot vibrata ſunt à tot Conciliis, ac potiſſimùm Tridentino. *Si funiculus triplex difficilè rumpitur.* Eccle. 4. 12. Quàm difficilè rumpetur obligatio reſidentiæ, quæ funiculo triplici, triplici, inquam, jure, id eſt, Divino, naturali atque Eccleſiaſtico confirmatur?

ne ac titulo præfectos monet ſancta Synodus ac monitos eſſe vult, ut attendentes ſibi & univerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit eos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo, vigilent, ſicut Apoſtolus præcipit, in omnibus laborent & miniſterium ſuum impleant: implere autem illud ſe nequaquam poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant, atque ovium, quarum ſanguis de eorum eſt manibus a ſupremo judice requirendus, cuſtodiæ minimè incumbant, cum certiſſimum ſit, non admitti Paſtoris excuſationem, ſi lupus oves comedit, & Paſtor neſcit: ac nihilominus, quia nonnulli, quod vehementer dolendum eſt, hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam ſalutis immemores, terrenaque cæleſtibus ac divinis humana præferentes, in diverſis Curiis vagantur, aut in negotiorum temporalium ſollicitudine, ovili derelicto atque ovium ſibi commiſſarum curâ neglectâ, ſe detinent occupatos, placuit Sacro-ſancta Synodo aliquos Canones, qui temporum atque hominum injuriâ penè in deſuetudinem abierunt, adverſus non reſidentes promulgatos innovare, &c Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. de Ref.

Cum præcepto divino mandatum ſit omnibus,

PUNCTUM II.

CONSIDERA ingentia mala, quæ Eccleſiæ ex eo proveniunt, quòd tot Paſtores, præſertim ruri, non reſideant: Officium imprimis Divinum omittitur, bonorum juriumque Eccleſiaſticorum abuſus atque uſurpationes invaleſcunt, infantes ſine baptiſmate, adulti ſine Confeſſione atque Communione decedunt, graſſatur

ubi-

ubique ignorantia, adoleſcentia creſcit indiſciplinata, faſtidio ac deſpectui ſunt Sacramenta, facilè ſurrepit Hæreſis, denique poſt quantulamcumque Paſtoris abſentiam vix in pago ſupereſſe videtur Religionis veſtigium. O *Paſtor, & idolum derelinquens gregem!* Zach. 11. 17.

PUNCTUM III.

CONSIDERA, quàm futiles paſſim ſint prætextus, qui ad obligationem tam urgentem eximendam afferuntur: Honeſtiori ſe dicunt familiâ oriundos, quàm ut exigua in Parochia commorentur. At triginta tres annos in terra vixit JESUS CHRISTUS, qui Filius erat Dei viventis. Non ferunt illi hebetudinem ruſticorum; æterna verò Sapientiæ tres annos ignorantiam tulit Apoſtolorum. Nimiùm eis moleſtum eſt, Pœnitentiæ atque Euchariſtiæ Sacramenta adminiſtrare, concionari, catechizare, aut non ſatis ad hæc idonei ſunt: eccur igitur beneficia acceptaverunt? Vicarium, inquiunt, ibidem conſtituunt; at ignarum ſæpiùs aut ſcandaloſum. Exigua ſunt emolumenta; quàm opima habuerunt Apoſtoli? Et nonne in eis fuit, recuſare beneficium? Omnes denique excuſationes aut peccati aut naturæ excuſationes ſunt, quas in die illa tremenda magnus ille animarum Paſtor non ſuſcipiet; at verò animam pro anima exiget, ubi & illi videbunt, quid iſta ſit reſidentia, quam contempſerunt.

Nonnè ſatis erat, innotuiſſe tibi dignitatem animarum, quarum curam tibi commiſit Dominus, atque adeò dictum, quod eas Sanguinis ſui pretio redemerit, ut earum curam ſpontè ſuſciperes, tametſi nullæ tibi minæ intentarentur? Cave, cave; quot enim tibi modò Parochiani ſunt, tot erunt in die illa tremenda accuſatores & judices; utpotè de quorum ſingulis curam ſuſcipienti tibi dixerit, quod ſacris litteris exaratum eſt:

quibus animarum cura commiſſa eſt, oves ſuas agnoſcere, pro his Sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium exemplo paſcere, pauperum, aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cætera munia Paſtoralia imcumbere, quæ omnia nequaquam ab iis præſtari & impleri poſſunt: qui gregi ſuo non invigilant, neque aſſiſtunt; ſed mercenariorum more deſerunt, ſacro ſancta Synodus eos admonet & hortatur, ut divinorum præceptorum memores, factique forma gregis, in judicio & veritate paſcant & regant. Idem ſeſſ. 2. c. 2.

Si quis autem contra hujus decreti diſpoſitionem abſuerit, ſtatuit ſancta Synodus, præter alias pœnas adverſus non reſidentes ſub Paulo III. impoſitas & innovatas ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis abſentia fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia, alia etiam declaratione non ſecutâ, illos ſibi detinere poſſe, ſed teneri aut ipſo ceſſante per ſuperiorem Eccleſiaſticum illos fabricæ Eccleſiarum, aut pauperibus loci erogare. Ibidem.

Qui curam ſuſcipiunt animarum, ipſi peragant, ut ipſi proprios manipulos Domino repræſententi nam ipſe ovem per-

Cu-

dinem diligenter quæſivit, ipſe errantes, ipſe propriis humeris reportabat. Quid nos miſeri & deſides dicturi ſumus, qui etiam pro ovibus nobis commiſſis curam impendere negligimus & aliis eas educandas tradimus? S. Dam. Epiſt. 5.

Cuſtodi virum iſtum, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima ejus. 3. Reg. 20. 39.

MEDITATIO CLXXX.

Secundum officium ſeu obligatio Paſtoris quoad Parochianos, inſtruere eos verbo ſimul & exemplo.

1. Obligatio Paſtori incumbens inſtruendi populum.
2. Obligatio bonum pariter præbendi exemplum.

Paſcite, qui in vobis eſt, gregem. 1. Petr. 5. 2.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, non ſatis eſſe Paſtori, ut corpore dumtaxat in Parochia reſideat; at verò, ut hanc reſidentiam utilem reddat ac fructuoſam, paſcendum inſuper ei gregem ſuum, juxta præceptum illud Apoſtoli Petri: *Paſcite, qui in vobis eſt, gregem.* Atqui pabulum hoc, ut Synodus habet Tridentina, in duobus potiſſimùm conſiſtit, doctrina ſcilicet & exemplo. Adeò ut primum, quod Parochianis ſuis Paſtor debet, ſit hoc, ut Concionibus ſuis & Catechiſmis, ſingulâ ut minùs die Dominicâ inſtituendis, de omnibus iis eos edoceat, quæ, ut ſalvetur, bono Chriſtiano ſcienda, agenda atque credenda ſunt, ac præſertim de methòdo ritè atque utiliter Sacramenta recipiendi, tum verò auditorum ſuorum infirmitati ac ruditati ſeſe attemperet, lac tribuens, quibus lacte opus, cibumque ſolidiorem perfectioribus, neque verò moleſtiis, tœdio aut faſtidio, quæ ab audientium ruditate aut ignorantia moveri ſolent, ab officio retardetur. Hæc autem obligatio noviſſimi Concilii Patribus tam gravis viſa eſt, ut per Cenſuras etiam Eccleſiaſticas Paſtorem ad hanc compelli poſſe exiſtimaverint. Et ſanè quâ Paſtor

Ne oves Chriſti eſuriant, neve parvuli panem petant & non ſit qui frangat eis, mandat Sancta Synodus Paſtoribus, ut frequenter inter Miſſarum celebrationem vel per ſe vel per alios ex iis, quæ in Miſſa leguntur, aliquid exponant, atque inter cætera de ſanctiſſimi Sacrificii myſterio aliquid declaretur, diebus præſertim Dominicis & feſtis. Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 8.

Ut fidelis populus ad ſuſcipienda Sacramenta majori cum reverentia & devotione accedat, præcipit ſancta Synodus omnibus, ut non ſolùm, cum hæc per ſe ipſos ſunt adminiſtranda, priùs illorum vim & uſum pro ſuſcipientium captu explicent; ſed etiam idem à ſingulis Parochis piè, prudentérque etiam linguâ vernaculâ ſervari ſtudeant, &c. Nec non ut inter Miſſarum ſolem-

Digitized by Google

ſtor excuſatione ab officio tam juſto ſe queat eximere, quando ipſum Dei Filium, ut homines inſtrueret, in hunc mundum veniſſe conſiderat? qui cum piſcatores haberet Apoſtolos, rudes admodùm atque hebetes, nullo mentis lumine illuſtratos; nunquam tamen eos faſtidivit, paulatimvè formare dedignatus eſt, at verò manſuetudine & patientiâ quàm maximè indefeſsâ ſupportavit.

PUNCTUM II.

Alterum, quòd Parochianis ſuis Paſtor debet, bonum exemplum eſt, quod ſatis manifeſtè Salvator indigitat, quando Paſtoris boni deſcribens officium, antè oves ſuas eum vadere aſſerit: ***ante eas vadit***, inquit Joan. 10. 4. quando item Apoſtolos ſuos lumini comparat, dicens: ***Vos eſtis lux mundi***. Matth. 5. 14. In quem locum Chryſoſtomus; ***Tenetur***, inquit, ***lucere, quem Dominus voluit habere officium lucernæ***. Cujus ratio eſt, quia Paſtor Parochiæ ſuæ velut anima quædam eſt, ad cujus motum movetur ipſa, omneſque actiones ejus benè aut malè diriguntur, Paſtor, inquam, omnibus ſibi commiſſis exemplaris adinſtar eſt. Ecquid igitur erit, ſi is, cujus eſt mederi aliis, pravi eos exempli contagio inficere non vereatur?

Quanta in hora mortis Paſtori illi deſperatio futura eſt, adversùs quem non propriæ tantùm conſcientiæ reatus, ſed & animæ omnes, quibus peccati occaſionem præbuit, ultionem divinitùs inclamabunt? Quid verò reponet Jesu Christo, haſce animas requirenti, ſcandaliſque ejus querenti damnatas, quas ipſe ſalvas deſiderabat? Præcave malum hoc, & vide, qua in re Parochianis tuis fors ſcandalo fueris, ut hoc deinceps cavêre ſtudeas: decerne denique verbo ſimul & exemplo eis prædicare.

Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Matth. 5. 19.

nia, aut divinorum celebrationem ſacra eloquia & ſalutis monita eadem vernaculâ linguâ ſingulis diebus feſtis, vel ſolemnibus explanent, eademque in omnium cordibus, poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus, inſerant atque eos in lege Domini erudire ſtudeant. Idem ſeſſ. 24.

Epiſcopi ſaltem Dominicis & aliis feſtivis diebus, pueros in ſingulis Parochiis fidei rudimenta, & obedientiam ergà Deum & diligenter ab iis, ad quos ſpectabit, doceri curabunt, &, ſi opus ſit, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas compellant. Id. ſeſſ. 24. c. 4.

Integritas præſidentium ſalus eſt ſubditorum. Conc. Trident. ſeſſ. 6.

Qui alios doces, teipſum non doces. Rom. 2. 21.

Qualis eſt rector civitatis, tales & inhabitantes in ea. Eccli. 10. 2.

Non confundant ſermones tuos opera tua, ne cum in Eccleſia loqueris, tacitus quilibet reſpondeat: cur igitur hæc, quæ dicis, ipſe non facis? S. Hier. Epiſt. ad Nep.

Ubi eſt grex, qui datus eſt tibi, pecus inclytum tuum? Ier. 13. 20.

Quid dices, cum viſitaverit te? Tu enim docuiſti eos adverſum te, & erudiſti in caput tuum: nunquid non dolores apprehendent te, quaſi mulierem parturientem? Ibid. ℣. 21.

Nemo ampliùs in Eccleſia nocet, quàm qui

ME-

Digitized by Google

perversè agens nomen vel ordinem ſanctitatis habet. Qui ergo ad ſanctitatis ſpeciem deductus vel verbo cæteros deſtruit vel exemplo; melius profectò fuerat, ut hunc ſub exteriori habitu terrena acta conſtringerent, quàm ſacra officia cæteris in culpa imitabilem demonſtrarent; quia nimirum, ſi ſolus caderet, utcumque hunc tolerabilior inf.rni pœna cruciaret. S. Gregor. Paſtor. part. 1. cap. 2.

Soli non poteſtis perire; quia præire debetis docendo & operando. S. Bernard. ſerm. ad Paſt. in Syn.

MEDITATIO CLXXXI.

Tertium boni Paſtoris officium quoad Parochianos Correctio.

1. Rationes, ob quas à Paſtore adhibenda correctio eſt.
2. Quibus virtutibus, ut reddatur utilis, ſtipanda correctio ſit. Manſuetudine imprimis.
3. Methodus acquirendæ hujuſce manſuetudinis.

Argue, obſecra, increpa, opportunè, importunè. 2. Timoth. 4. 2.

PUNCTUM I.

Unicuique mandavit Deus de proximo ſuo. Eccli. 17. 12.

Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Matth. 18. 15.

CONSIDERA, rationes, ob quas Parochianis, quos errare comperit, à Paſtore adhibenda correctio eſt. Obligatio hæc in charitate partim, partim in juſtitia fundatur. In charitate quidem, quia vi præcepti tum in nova lege tum vetere lati, peccantem corrigere proximum, ſi modò utiliter poſſit, Chriſtianus unuſquiſque tenetur. In juſtitia verò, cùm hoc ipſo, quo Paſtor aliquorum, Pater quoque & Judex eorum divinitùs conſtitutus ſit, atque adeò vi muneris ſui ordinem in Parochia ſua conſervare, exturbare inde peccata, ſive impediendo committenda ſive commiſſa puniendo, regnum denique virtutis ac Dei cultum ſtabilire ibidem ac promovere teneatur; à quo hanc ob cauſam exactiſſimam Deus rationem exacturis eſt; cùm certum ſit atque exploratum, non paucos ob neglectam correptionem in vitiis ſuis inveteraſcere, à quibus utique quam facillimè reſipuiſſent, ſi opportunè correpti fuiſſent.

Peccantes coram omnibus argue. 1. Timoth. 5. 20.

Qui condolere poſſit iis, qui ignorant & errant. Hebr. 5. 2.

Neceſſe eſt, ut rectores à

PUNC-

PUNCTUM II.

CONSIDERA, quibus virtutibus, ut reddatur utilis, ſtipanda correctio ſit. Prima diſcretio eſt, ut pro occaſionum aut perſonarum varietate, nunc clàm nunc palàm, nunc è ſuggeſtu, nunc ſacro in tribunali quis corripere noverit, ut compati iis, qui ignorant & errant, ut, nihil proficiente ſuavitate, uti etiam ſeveritate, ut omnibus denique tum majoribus tum minoribus, tum viris tum fœminis omnia fieri noverit, ut omnes CHRISTO lucrifaciat. Altera virtus charitas eſt, manſuetudo ac lenitas, quæ, juxta Dei exemplum, cujus imaginem & vicem gerit, juxta exemplum item Salvatoris, cujus ſumma erga peccatores bonitas pietaſque relucet, perfectiſſima in Paſtore ſit oportet.

PUNCTUM III.

CONSIDERA methodum, ſpiritum hunc lenitatis acquirendi atque in correctione conſervandi. Tria hanc ob rem Paſtori obſervanda ſunt. Quorum primum eſt, ut ſubditorum defectus cum patientia, id eſt, ſine amaritudine, tœdio ſuique perturbatione toleret, commiſſorum ſibi hominum fragilitatem extremam conſiderans: Qua in re non rarò deficiunt ii, qui complexionis igneæ ſunt & bilioſæ aut miniſterii hujuſce tirones, quive ſuorum peccatis atque exceſſibus contriſtantur. Alterum eſt, ut magna cum lenitate, id eſt, ſine iracundia & ſpiritûs commotione corripiat, atque adeò Divinam imitetur bonitatem: *Cujus miſerationes ſuper omnia opera ejus.* Pſalm. 144. 9. Neque enim minùs leniter animæ, quam corporis vulnera tractanda ſunt. Tertium eſt, ut generosè corripiat alios, atque adeò nullius unquam, quantàcumque tandem, majeſtate percelli ſe ita patiatur, ut vel malè agenti aduletur conniveatve, vel

Subditis timeātur, quando ab eis Deum minimè timeri deprehendunt: ut humana ſaltem formidine peccare metuant, qui divina judicia non formidant. S. Greg. Paſt. 2. c. 6.

Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Gal. 6. 1.

Servum Dei oportet manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati. 2. Tim. 2. 24. 25.

In omni patientia. 2. Timoth. 4. 2.

Tangat memoriam communis fragilitas, ut reprehenſionem aut objurgationem, non odium; ſed miſericordia præcedat. S. Auguſt. l. 2. de ſerm. Dom. c. 20.

Ut corporum; ita animorum vitia molliter tractanda ſunt. Senec.

Noli quærere fieri judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas faciem potentis & ponas ſcandalum in æquitate tua, noli eſſe puſillanimis in animo tuo. Eccli. 7. 6. & 9.

Miſcēda eſt lenitas cum ſeveritate, faciendùmque quoddā ex utraque temperamentum, ut neque multâ aſperitate exulcerentur ſubditi neque nimiâ benignitate ſolvantur. S. Greg. Mor. c. 8.

Digitized by Google

Sit zelus; ſed non emolliens: ſit rigor; ſed non exaſperans: ſit zelus; ſed non immodicè ſæviens: ſit pietas; ſed non, pluſquam expediat, parcens. Idem.

vel damnabili quâdam ignaviâ aut indulgentiâ ſui eum muneris admonere vereatur. Effrontem enim quoad hæc omnia frontem Paſtoris requirit officium.

Vide defectus hac in parte commiſſos, vide, inquam, an debitam Parochianis tuis correptionem vel negligentiâ vel ignorantiâ vel conniventiâ prætermiſeris: an eis non fueris adulatus: an eadem agens, quorum illi fuerant corripiendi, jus corripiendi tibi non ademeris: an non plùs æquo turbatus fueris atque commotus: an non nimia cum iracundia zeloque indiſcreto, qui paſſim amaritudinem provocat, non emendationem. Spiritum hunc lenitatis poſtula ab eo, qui tam egregia nobis ejuſdem documenta præbuit: atque hoc tibi menti ſimul & ſolatio ſit, quòd tuum tantummodò plantare & rigare ſit; Dei verò incrementum dare.

Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ſed, qui incrementum dat, Deus. 1. Cor. 3. 7.

MEDITATIO CLXXXII.

Quarta Paſtoris obligatio quoad Parochianos, cura Scholarum minorum.

1. Rationes, quæ hujuſmodi curam à Paſtore requirunt.
2. In quo conſiſtat.
3. Objectiones refutatæ.

Filii tibi ſunt? curva eos à pueritia eorum. Eccli. 7. 25.

Methodus ſcientiâ ſimul & virtute à pueritia imbuendi pueros, quemadmodùm hîc exigit Spiritus ſanctus, non alia eſt, quàm Scholæ minores.

PUNCTUM I.

A minimis uſque ad magnos declinaverunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. Hæc fuit iniquitas Sodo-

CONSIDERA rationes, quæ curam Scholarum minorum à Paſtore requirunt. Prima eſt, quòd cùm ad reparanda Religionis damna, eamque ſtabiliendam conſtitutus ſit Pa-

Paſtor, ubi inordinatio publica in Chriſtianiſmum invecta eſt, non alia huic medicandi methodus affulget, quàm Scholarum minorum Chriſtianè inſtituta inſtructio. Querelæ ſunt quotidianæ, quòd in domo Dei atque inter Eccleſiæ filios tantum malorum appareat, ignorantia tam craſſa, tam exiguus pietatis ſenſus quoad dogmata ſalutis in omni hominum genere, tam generalis denique perverſitas, ut vix de ea cogitari poſſit, quin & mali, quod incurabile videtur, deſperatio ſubeat: in deſidia ac diſſolutione educati ſunt pueri, juramentis, mendaciis atque impudicitiæ aſſueſcunt adoleſcentes, nonniſi avaritiæ aut voluptati ſtudent adultiores, omnes denique conſpirant in eo, quòd Deum mandent oblivioni, nullamque colant Religionem niſi eam, quam ex ſuo ſibi cerebro comminiſcuntur. Undè hæc mala? non alia profectò horum ſcaturigo inveſtiganda eſt præter eam, quam in meditationis hujus exordio Spiritus ſanctus indicavit, id eſt, filiorum educandorum defectum; cùm enim in timore Dei educati non fuerint ipſi parentes, non eſt, cur miremur, quòd & filios ſuos in eodem educare negligant; cùm verò Patrini, quorum foret hac in parte ſupplere defectum, ſuam quoque obligationem non videant, nec eidem ſatisfacere ſtudent. Undè & filii, in qua educati ſunt ignorantiâ atque impunitate, creſcentes, toto vitæ ſuæ decurſu perſeverant. Cùm denique conciones pleræque vires eorum ſuperent, neque eos Divino huic ſemini ſuſcipiendo reperiant idoneos, nullum omninò fructum in iis producunt. Unicum itaque huic malo adhibendum remedium Scholæ ſunt minores, ubi cùm pueri Chriſtianâ ſunt Religione imbuti, dogmata ſalutis à pueritia edocti, principia pietatis cum lacte quaſi imbiberunt, bona exempla præ oculis aſſiduè habuerunt, Catechiſmis denique ſemper

ma, ſaturitas panis, otium ipſius & filiarum ejus. Ezech. 16. 49.

Adulterium, furtum, homicidium, mendacium inundaverunt. Oſeë 4. 2.

Omnis caro corruperat viam ſuam. Gen. 6. 12.

Cogitatio humani cordis in malum prona ab adoleſcentia ſua. Gen. 8. 21.

Dereliquit Deum factorem ſuum. Deut. 32. 15.

Qualis rector civitatis, tales & inhabitantes in ea. Eccli. 10. 2.

Bonum eſt viro, cum portaverit jugum ab adoleſcentia ſua. Thren. 3. 27.

Adeo à teneris aſſueſcere malum eſt. Virg.

Digitized by Google

interfuerunt, quæcumque à teneris annis didicerunt, quæcumque ibidem audierunt, quæcumque viderunt, longo eis tempore impreſſa remanent, in quibus dum adoleverunt, nihil *omittunt* eorum, quæ ad familiam ſuam benè regendam faciunt, atque adeò lapſu temporis Parochia paulatim ſtabilitur: Quòd ſi verò posteà eos perverti contingat, longè faciliùs convertuntur; quoniam ſemen illud, quod in eis reconditum eſt, fructum ſuum dabit in tempore ſuo.

Diuturna fortaſſis reformandæ Parochiæ tuæ cura animum tuum diſcruciavit, ecce methodum. Si arbores illas vetuſtas, quæ à tot jam annis incurvatæ ſunt, erigere cogitas, oleum atque operam perdis: contra fluxum nativum cogi torrens non ſine magna violentia poteſt: quantumcumque laboris adhibueris, tibi quidem neceſſarium ac meritorium; at parùm illis frugiferum erit. Quòd ſi verò potiſſima tibi cura ſit, *rectè* inſtituere juventutem, utilitas atque *oblectamentum*, quæ poſt decem annorum decurſum relaturus es, cunctas longè moleſtias ſuperabunt, quas reformandis adultioribus annorum quadraginta curriculo impendes. Ubi denique ita tandem erit ſtabilita virtus, ut non egeat niſi alimento, incredibilis tibi voluptas erit, requieſcere ſub umbra laurûs non unius, quam in ſudore brachii tui tibi pepereris.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo hæc cura conſiſtat, quæ Scholarum minorum Paſtori gerenda eſt. In eo imprimis, ut duas in Parochia ſua perſonas deligat, quarum alteram pueris maſculini, alteram ſexûs fœminini præficiat: Immò illis Vicarium ſuum aut ſi is per ſemetipſum huic operi vacare non poteſt, alium quempiam Eccleſiaſticum ſuæ Parochiæ alumnum, aut, hiſce deficientibus, Laicum quemdam probitate, exemplo atque authoritate ſpectabilem, Religionis

nis Catholicæ tenacem ſimul ac zelo flagrantem, Parochiæ devotum, qui legendi quidem & ſcribendi peritiâ, ſed magìs dogmatibus Fidei atque Evangelii axiomatibus ſit imbutus, quæ tenellis puerorum mentibus inſtillare noverit. Quoad puellas verò, præficiat & his honeſtam quamdam Matronam paribus dotibus inſignitam; nunquam verò permittat (quod Concilio non uno vetitum eſt) ut vel maſculi inter fœmellas, vel hæ inter illos educentur; utpotè quæ commiſtio perniciosa quovis tempore judicata ſit. Secundò, ubi binæ hæ Scholæ erectæ jam erunt, Paſtoris erit, bonas his præſcribere regulas, ad earum executionem allaborare, ſemel atque iterùm ſingulas in hebdomades has viſitare, immò verò & ipſum ibidem præceptorem quandoque agere, ut iis, quibus hoc officium commiſſum eſt, pretium ſimul & amorem ejus formamque inculcet, catechiſmum denique inſtituere, actuſque humilitatis, obedientiæ, fraternæ charitatis, mortificationis & ſimiles exercere. Tertiò Paſtoris erit, ex publica vel privata Parochianorum crumena, vel etiam ipſius fabricæ, non ſine permiſſu Superiorum Eccleſiaſticorum, Scholarum iſtarum præfectis congruum procurare emolumentum, imò & tantum ad hoc per ſe conferre, quantum ejus ſiverint facultates. Quartò parentes inducere, ut ſuos eò liberos mittant, atque hoc agere, ut pauperes etiam ibidem recipiantur. Quintò Paſtoris erit, tam urgentem hujuſce rei neceſſitatem magìs magìſque ſibi atque aliis ac præſertim confratribus ſuis Paſtoribus quotidiè perſuadere. Quoniam verò diabolus omnibus iis, quæ in axiomatum ejus atque adeò regni ruinam vergunt, moleſtias quaſdam permiſcere conſuevit,

PUNCTUM III.

CONSIDERA objectiones, quæ paſſim excogitantur & vide quàm vanæ futileſque

ſint ei, qui illas æquâ lance perpendit. Officium hoc Paſtore imprimis videtur indignum: Ita quidem, ſed Paſtore ſuperbo aut ignaro, qui vel non ſectatur niſi ſublimia, vel certæ inſtruendæ juventutis neceſſitatem ignorat: Adde, quòd officium hoc tibi non injicimus, modò alium quempiam procurare ſatagas, qui hoc, utì par eſt, obeat. Præterea Scholarum inopiam, inquiunt, ſupplere poteſt Catechiſta quoad dandam pueris ſcientiam ſalutis. Ubi de Scholis erigendis agitur, Catechiſmi neceſſitas non negatur; ſed neque negari poteſt, quòd, niſi ſemen, quod habitis in Eccleſia Catechiſmis parvulorum mentibus commendatur, prudentis cujuſdam præceptoris aſſiduitate ac perſeverantiâ foveatur excolaturque, tum naturæ corruptione, tùm perverſis ſodalitiis, tùm exemplis pernicioſis quantocyùs ſuffocandum ſit. Tertiò aiunt: Hoc opus, hic labor eſt. Quid ergò? an cura animarum tibi impoſita eſt, ut otiere? An non vides, quid parvulorum iſtorum parentes carnales agant, ut bona eis temporalia & peritura congerant? Tu verò, qui modo quodam nobiliori atque ſublimiori eorum pater es, tempus, laborem, moleſtiam bonavè deplorabis, quibus æternæ eis divitiæ comparandæ ſunt? Ipſæ tuæ objectiones te rubore ſuffundant, totidem naturæ atque peccati excuſationes eas eſſe fatêre. Ingemiſce defectibus, antehac in hac parte commiſſis, vel rem populo tam neceſſariam, id eſt, minores Scholas adhuc deeſſe patiendo, vel ſanè, ut ſpiritu inſtituerentur Chriſtianiſmi, non ſatagendo. Vide, quid ad opus tam præclarum deinceps conferre poſſis. Si in tua nondùm Parochia Scholæ minores inſtitutæ ſunt, vide quâ ratione inſtitui poſſint: Quòd ſi jam tùm ſint inſtitutæ, vide quomodò dirigantur, an pueri forſan & puellæ perſonæ non ſubdantur eidem, nùm eas quandoque viſites, utrùm non

Semen cecidit ſuper viam & volucres cæli comederunt illud. Marc. 4. 4.

Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Gal. 4. 19.

Digitized by Google

non ignores, quid doceatur ibidem & agatur, an Præceptores & Præceptrices exemplo ſuo diſcipulos ædificent, an pravi ibidem & pernicioſi libri diſperſi non ſint, an non introducta novitas, an ea denique bona hinc expectes, quæ ex inſtituto tam utili, tam ſancto, atque Eccleſiæ tam neceſſario expectanda ſunt.

MEDITATIO CLXXXIII.

Quinta Paſtoris obligatio quoad Parochianos, cura infirmorum.

1. Rationes, quæ hujuſmodi curam à Paſtore requirunt.
2. In quo conſiſtat.
3. Methodus hujus curæ, uti par eſt, habendæ.

Non te pigeat viſitare infirmum; ex hoc enim in dilectione firmaberis. Eccli 7. 39.

PUNCTUM I.

CONSIDERA rationes, ob quas Parochiani infirmi ſollicitè Paſtori viſitandi ſunt. Prima eſt, quam hîc refert Sapiens: *Ex hoc enim*, inquit, *in dilectione firmaberis*, id eſt, populi amorem ac benevolentiam tibi conciliabis. Altera eſt, quia in hoc ſtatu excipiendis ſalutaribus monitis magìs quàm alio quocumque ſunt idonei; immò verò hujuſmodi occaſiones Deus quandoque offert, ut judicii atque inferni formidine, quâ tum vivaciùs percelluntur, revocentur ab iniquitate vitamque commutent. Tertia eſt, quia infirmi ſolatio ac robore egent, ut vel corporis afflictiones cùm patientia tolerent, vel tentationes, quibus eos intùs diabolus adoritur, generosè repellant. Quarta denique eſt, quia in morte, quaſi in meſſe, omnium laborum ſuorum fruges Paſtor colligit.

Ex hoc in dilectione firmaberis.

Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. Matth. 9. 12.

Digitized by Google

PUNCTUM II.

Paſtores dici volumus, nec tamen eſſe intendimus: officii noſtri vitamus laborem; appetimus utilitatem & dignitatem; quia præſentis vitæ capti dulcedine, quæ pœna negligentiam noſtram maneat in æternum, nolumus cogitare. S. Proſp. lib. 1. de vit. contempl. c. 21.

Inſidiatur calcaneo. Gen. 3. 15.

Deſcendit diabolus habens iram magnam, ſciẽs, quòd modicum tempus habet. Apoc. 12. 12.

CONSIDERA, in quo conſiſtat hæc cura, quæ infirmorum Paſtori gerenda eſt. In eo imprimis, ut omnes omninò, cujuſcumque ſint conditionis, ſive divites ſive pauperes, ſimulatque lecto decumbunt, inviſat, neque præſtolando uſque dum accerſiatur, neque metuendo, ne importunus fors habeatur. Deindè & in eo, ut ad reconciliandum ſe Deo & proximo quantocyùs eos inducat. Tertiò in eo, ut ſollicitè tempus obſervet, quo eis Sacramenta, Euchariſtiæ præſertim atque Extremæ Unctionis, adminiſtranda ſunt, quorum & neceſſitatem, Chriſtianis pleriſque tam modicè notam, antè eis ob oculos ponat. Quartò denique conſiſtit in eo, ut toto agoniæ decurſu non deſerat eos, quos morti viderit appropinquare, tum ut præſentiâ ſuâ dæmonem abigat, qui vires ſuas atque inſidias circa vitæ finem quàm maximè explicare conſuevit, tum etiam ut precibus & monitis ſuis brevibus, crebris & amorem ſpirantibus confirmet infirmos.

PUNCTUM III.

CONSIDERA methodum hujuſmodi curæ, utì par eſt, habendæ. Prima eſt, ut in viſitationibus, quas impendit infirmis, frequenter eos hortetur actum contritionis de peccatis elicere, in Deo confidere, ſanctiſſimæ voluntati ejus ſe conformare, humiliari ſub potenti manu ejus, in doloribus ac neceſſitatibus ſuis, ſi fortè pauperes ſint, eſſe patientes, amore JESU CHRISTI plura pati deſiderare, Beatiſſimæ Virgini eſſe devotos. Altera eſt, ſi pauperes ſint infirmi, ut & per ſeipſum temporale eis nitatur impendere ſubſidium, & à ditioribus imploret eleemoſynas, precibus eos publicis diebus Dominicis feſtiſvè commendet: atque adeò infirmorum patrem & ami-

Qui non dat pro ovibus ſubſtantiam ſuam; quando pro his daturus eſt animam ſuam? Greg. homil. 14. in Evang.

Digitized by Google

amicum & medicum ſe cogitet, ut & paternam eis curam miſericordiamque impendat, & morbis animæ potiùs quàm corporis eorum medelam adhibeat.

VIDE defectus hac in parte fortaſsìs admiſſos. An inviſere pauperes non neglexiſti? An negligentiâ tuâ ſine Sacramentis nemo deceſſit? An & tu illis accenſendus non es; de quibus apud Ezechiëlem queritur Dominus: *Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum, non ſanaſtis, & quod confractum, non alligaſtis?* Cap. 34. 4. Cave tibi, hîc enim lex talionis obſervabitur quam exactiſſimè:

Oculum pro oculo, dentem pro dente reſtituet, Levit. 24. 20.

MEDITATIO CLXXXIV.

De Paſtoris Officiis quoad Eccleſiam ſuam.

1. Rationes, quæ hujus curam à Paſtore requirunt.
2. In quo conſiſtat.
3. Excitamenta ad hujuſmodi curam.

Quis poterit prævalere, ut ædificet ei dignam domum? 2. Paral. 2. 6.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, poſt curam Templorum ſpiritualium, quæ ipſi ſunt Parochiani, materialium quoque curam Paſtori gerendam, ut ea videlicet, quemadmodum par eſt, nitida atque ornata ſerventur. Rationum verò, quæ hanc exigunt, prima eſt, quòd, cùm Eccleſiæ ſuæ ſponſus ſit, à qua ſubſtantiam ſuam commodumque omne mutuatur, ejus quoque ſuſtentandæ ſatagat, neceſſe eſt. Altera eſt, quòd hujuſmodi cura animam Divini cultûs ſollicitam arguat: immò verò ex facie Eccleſiæ Rectorem ferunt dignoſcendum; illa ſiquidem ſi be-

benè nitideque ornata appareat, colligitur illicò, ſi in minimis tam fidelis ſit Paſtor, non minùs in majoribus ac gravioribus hunc eſſe fidelem: ubi ex adverſo, ſi neglecta & malè ornata videatur Eccleſia, judicatur ab omnibus, neque ſuum Paſtori officium magnopere cordi eſſe, neque tantæ curæ, quantæ eſſe deberent, Sacroſancta Myſteria. Denique *carnalis populi devotio, quia ſpiritualibus non poteſt, corporalibus ſaltem excitatur ornamentis.* Bern. Apol. ad Guil. Abb. cap. 11.

Carnalis enim populi devotio, quia ſpiritualibus non poteſt, corporalibus ſaltem excitanda eſt ornamentis. S. Bernard. Apoll. ad Guill. Abb. c. 11.

PUNCTUM II.

CONSIDERA, in quo hujuſmodi cura conſiſtat. In eo imprimis, ut Tabernaculum, Fontem Baptiſmalem, & locum, quo Olea Sacra locantur, clave, quam ſolus ipſe aſſervet, recludenda procuret: Ut, quot eſſe debent, neque ſordida neque lacera, ſint ornamenta: Ut ſæpius verratur Eccleſia, ut nihil in picturis ſit aut imaginibus, quod vel oculos offendat, vel riſum aut ludibrium hæreticis moveat, ut linteamina, quibus utitur & ſatis multa ſint & ſatis ſæpè laventur. Secundò conſiſtit in eo, ut debita Eccleſiæ ex obitibus, fundationibus legatiſque ſolvenda, eaque ſoluta fideliter adminiſtranda procuret, neque negotiis ea ſæcularibus, e.g. tributis, vectigalibus, aut ſtipendiis militum, neque conviviis litibuſvè impendi permittat, fidelem denique eorum rationem exigat. Tertiò in eo, ut bonos ac fideles Baptiſmorum, Matrimoniorum ac Sepulturarum indices inſtituat.

PUNCTUM III.

CONSIDERA excitamenta ad hujuſmodi curam lubenter ſuſcipiendam. Primum eſt, ut Eccleſiam domum Dei eſſe cogites, quam tanto in honore Salvator noſter, dum hîc vixit, ſibi eſſe monſtravit. Alterum eſt, ut minas expendas,

Digitized by Google

das, quas hujuſmodi curam negligentibus per Prophetam intentat: *Nunquid tempus vobis eſt, ut habitetis in domibus laqueatis, & domus mea deſerta? Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras: ſeminaſtis multum & intuliſtis parum, reſpexiſtis ad ampliùs & ecce factum eſt minus, & intuliſtis in domum & exſufflavi illud; quia domus mea deſerta eſt, propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cæli, ne darent rorem, & terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum.* Agg. 1. 4. & ſeqq.

VIDE, quid Eccleſiæ tuæ deſit, & primus ipſe largam ei eleëmoſynam tribue, ut alios exemplo tuo permoveas, ſi non ad opes, certè ad nitorem ei addendum. Hæc verò cura Templi materialis non modicum erit argumentum curæ illius, quæ Templorum ſpiritualium tibi eſt; hanc enim inter & illam magna admodùm neceſſitudo eſt.

Beatus ille ſervus, quem cum venerit Dominus, invenerit ſic facientem. Matth. 24. 46.

MEDITATIO CLXXXV.

Quid Paſtori agendum ad curam jam aſſumpto, ut æſtimationem ſibi atque authoritatem conciliet?

1. Quanti Paſtoris interſit, ut bonam ſui opinionem apud alios ſpargat, quorum curam jam aſſumpſit.
2. Methodus ſpargendæ hujuſmodi opinionis.
3. Non ſatis eſt, hujuſmodi opinionem eſſe ſparſam ſemel, niſi & aſſiduè foveatur: Methodus hanc fovendi.

Curam habe de bono nomine. Eccli. 41. 15.

PUNCTUM I.

CONSIDERA, quanti Sacerdotis intereſt, Parochiam, cujus curam jam aſſumpturus eſt, ingreſſi, præſertim ſi junior ſit, ut

Si ætatis defectum indolis magnitudine morumque maturitate ſuppleveris, nullus jam te

adoleſcentiæ cauſâ contemnet; verùm mirabitur magis. S.Chryſ. homil. 13. in 1. ad Tim.

ut ab ipſo mox exordio authoritatem ſibi conciliet. Ratio eſt, quia prima opinio, quæ de quoquam concipitur, ſolet eſſe vehementiſſima, nec proindè niſi ægerrimè diſcutitur: Undè & bonus odor, quem ab ipſo Parochiæ ingreſſu Paſtor de ſe ſparſerit, longo poſt tempore etiamnùm perſeverat; ubi contrà, ſi moribus incompoſitis aut alio quocumque modo ſiniſtram de ſe opinionem ſuorum mentibus ingenerârit, tametſi poſteà miracula patret, nulla ei fides adhibenda eſt. Undè & Timotheo, quem Epheſiorum conſtituerat Epiſcopum, commendat Apoſtolus, ut tam bonam ſui opinionem apud populum pariat, ut nec miniſterio ejus nec religioni adoleſcentia noceat: *Adoleſcentiam tuam nemo contemnat.* 1. Tim. 4. 12.

PUNCTUM II.

Non ſuadeo tibi auſteritatem; ſed gravitatem: quia illa fugat infirmiores; hæc vero reprimit leviores: illa quidem, ſi adſit, facit odibilem; hæc, ſi deſit, facit contemptibilem: in omnibus tamen modus melior: ergo nec ſeveriùs velim neque diſſolutiùs: quid hac mediocritate gratius, ut non de ſeveritate ſis oneri, neque de familiaritate contemptui? ad hoc ſemper neceſſaria cuſtodia oris; qua tamen affabilitatis gratiam non excludat. S.Bern. l.2. de conſid.

Cum conſummaverit homo, tunc incipiet. Eccli. 18. 6.

Natum aruit; quia non habebat humorem. Luc. 8. 6.

Non quæro; quæ veſtra ſunt, ſed vos. 2. Corint. 12. 14.

Considera, quænam ſit methodus *hujuſmodi* opinionis Parochianorum *mentibus* imprimendæ. Prima eſt; ut non omninò familiarem ſæcularibus ſe exhibeat, quos inter ſi quandoque verſari cogatur, parcus admodùm ſit ſermonis & modeſtam quamdam gravitatem præ ſe ferat. Altera eſt, ut in ipſo exordio moderamine utatur atque adeò non tam multa ſimul aſſumat, ut ea mox dimittere compellatur, abuſus quoſdam aliquamdiu toleret, ut opportuniorem nactus occaſionem tandem aboleat, atque ita toti Parochiæ unicum ſe non opponat. Hoc verò præ omnibus efficere ſtudeat, ut ei credant Parochiani cum Apoſtolo dicenti: *Non quærimus, quæ veſtra ſunt; ſed vos.* 2. Cor. 12. 14. Tertia eſt, ut ſimulatque in beneficii ſui poſſeſſionem miſſus eſt, primùm infirmos, deindè pauperes, tùm omnes indiſcriminatim Parochianos, ac vicinos deníque Paſtores inviſat.

PUNC-

Digitized by Google

PUNCTUM III.

Considera, non ſatìs eſſe, ut hujuſmodi opinio in Parochianorum mentibus concepta ſit ſemel; niſi & aſſiduè foveatur. Optima verò hujus fovendæ methodus hæc eſt, ut quotidie nobis perſuadeamus, quòd bonam tantummodò vitam inchoëmus, atque adeò eo nunquam prætextu inchoata exercitia intermittamus, quòd vel ſatìs profecerimus, vel ſatìs nobis authoritatis conciliaverimus, aut denique tantum virtutis obtinuerimus, ut deficere deinceps nequeamus; ne nobis fortè dicatur, quod Timotheo, qui, poſtquàm benè cœperat, totque Apoſtoli monita exceperat, adeò nihilominùs tandem defecerat, ut hæc ei Deus per Joannem Apoſtolum nomine ſuo demandaret: ***Habeo adversùm te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquiſti; memor eſto itaque undè excideris & age pœnitentiam & prima opera fac: ſin autem, venio tibi & movebo candelabrum tuum de loco ſuo.*** Apoc.2. 1. & ſeqq. Præſtat paulatim incipere, ut poſtmodùm proficiatur, quàm incipere magno cum fervore, qui paulatim refrigeſcat; qui enim ſic refrigeſcunt, deſpectus populi & ludibrium evadunt:

Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Luc. 14. 30.

Hoc ſit primum cunctis in commune mandatum, nullum in accepti propoſiti vigore flacceſſere; ſed quaſi incipientem debere ſemperaugere quod cœperit. S. Athanaſ. in vita S. Antonii.

Angelo Epheſi ſcribe: Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam &c. ſed habeo adverſum te pauca &c. Apoc. 2. 1. & ſeqq.

Juſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit & creſcit uſque ad perfectum diem. Prov. 4. 18.

ME-

MEDITATIO CLXXXVI.

De moleſtia & periculo curæ animarum.

1. Rationes, ob quas cura animarum tam moleſta eſt.
2. Ad hanc tamen vocanti Deo reluctari non licet.
3. Decreta deinceps elicienda.

Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Pſalm. 65. 12.

Moleſtiam, cui cura animarum obnoxia eſt, pauculis hiſce verbis Propheta inſinuat; dum enim ſuper capita, non autem ſuper brachia humeroſve Paſtorum Deum dicit impoſuiſſe homines, capitis utique laborem, id eſt, totam mentis applicationem onus hoc exigere declarat.

PUNCTUM I.

Res difficilis & ardua eſt miniſtrare in Sacerdotio, animas regere & juxta illud Salomonis, mittere ſe in turbam populi & alligare ſibi peccata duplicia. Petr. Bleſ. Ep. ad Rich. London

Qui regendis ſubditis præeſt, reddenda apud Deum rationis tempore, ut ita dicam, tot ſolus animas habet: quæ nimirum cogitatio, ſi aſſiduè mentem excoquit, omnem ſuperbiæ tumorem premit. S. Greg. l. Mor. 14 cap. 16.

Quàm multa ſupplicia Paſtores manent! cùm ex eis unuſquiſque non ſolùm rationem redditurus ſit ſuorum delictorum; ſed eorum item omnium, quæ alii commiſerint; ad extremum illos venire oporteat periculum. Nam ſi horremus, dum nobis judicium ſubeundum, in quo pec-

CONSIDERA rationes, ob quas animarum cura tam difficilis eſt. Potiſſimam paucis allegat Apoſtolus, cùm jubens inferiores obedire Præpoſitis & ſubjacere eis, ad hoc illos inducturus adjungit: *Ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* Heb. 13. 17. Quo utique Paſtoribus indicat, duo eis incumbere ex vi officii, vigilare ſcilicet & reddere rationem. *Ipſi enim pervigilant*, inquit, ecce primum, quod non quamcumque vigiliam, ſed multam magnamque vigiliam innuit, ut muneri ſuo ſatisfaciant; alterum verò ſubjungit: *Quaſi pro animabus veſtris rationem reddituri. Hoc eſt maximum periculum*, inquit S. Thomas, *hominem de factis alterius rationem reddere, qui pro ſuis non ſufficit.* O Deus! quantùm periculi, quòd à Paſtore reddenda ſit ratio de Parochianis, non modò omnibus generatim; ſed & ſigillatim! de quorum ſingulis examinabitur, judicabitur & punietur: *Erit anima tua pro anima ejus.*

Ecquis hoc audiens ad minimam quamque animarum curam non tremat & contremiſcat?

An-

Annè & hinc deducendum non eſt, quòd illam appetentes ac ambientes planè cæcutiant, aut certè, ſi hæc eis pericula quadamtenùs innotuêre, ſalutem ſuam vilipendant?

PUNCTUM II.

CONSIDERA; quòd, licet animarum cura res plena periculi ſit ac difficultatis, ad hanc tamen Deo verè vocanti reluctari non liceat; huic enim tunc reluctari, ne Deus fòrs offendatur, reluctatione ipſa offendere Deum eſt. Sed eheu! quàm pauci hodie vocati ſunt! Etiam atque etiam diſcute vocationem tuam, ſi curæ animarum implicitus es; ſi nondùm, decerne imprimis nunquam eam ambire; ſi verò ſpontè offeratur, ne acceptare quidem, niſi cæleſti priùs conſulto oraculo atque adeò homine non ſua quærente ſed Dei. Quòd ſi Divina tibi vocatio non innoteſcat, cave te ingeras: *Miror*, inquit Chryſoſtomus, *ſi fieri poſſit ut aliquis ex hiſce ſit ſalvus. Nam ſi ii, qui neceſſitatę trahuntur,* ſalutis tamen periculo exponantur; *quantò magis ii, qui in hoc ſtudium ſuum ponunt, & in id irruunt? Nam & Aaron tractus eſt neceſſitate, &,* quoniam in vituli aurei conſenſit idololatriam, *venit in periculum... Et Saul, cui fuerat creditum aliud imperium, poſtquam recuſavit, vocatus eſt in periculum, quoniam ipſum malè adminiſtravit.* Hom.34. in Epiſt. ad Heb. Eheu! Hoc unum viro probo ſupereſt, ut ſua ipſius peccata portet nec ſe gravet alienis.

Veniat tibi in mentem hæc Scripturæ ſententia: *Duriſſimum judicium his, qui præſunt, fiet.* Item illa: *Interdùm dominatur homo homini in malum ſuum.* Eccle.8.9. Id eſt, non aliam ob cauſam damnati ſunt plurimi, quàm ſubditorum, qui utique ſalvi fuiſſent, ſi non niſi ſui ipſorum curam habuiſſent.

Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur; anima verò ſua detrimentum patiatur? Matth. 16. 26.

ME-

catorum propriorum rationem reddituri ſumus, ut qui ſentiamus, nos illum ignem æternum effugere nequaquam poſſe; quid illi expectandum eſt, qui tam multorum nomine cauſam ſit ipſe dicturus? Quòd autem hoc verum ſit, audi B. Paulum, quin potius non Paulum, ſed Chriſtum Pauli ore loquentem: ipſi pervigilant pro animabus veſtris rationem reddituri: hiccine exiguus tibi videtur communicationis terror? Equidem illum, quantus ſit, verbis exprimere non poſſumus. S.Chryſ. lib.3. de Sac. c.15. S.Chryſ. hom.4. in Ep. ad Heb. & hom. 2. in 2. ad Timoth. S.Greg. Mor.l.24.c.16

Quid miſeris illis dixeris, qui ſe conjiciunt in tantam abyſſum ſuppliciorum? Omnium, quæ regis, mulierum, & virorum, & puerorum à te reddenda eſt ratio; tanto igni caput tuum ſubjicis? Miror an fieri poſſit, ut aliquis ex rectoribus ſit ſalvus, cum videat poſt ruinas & præſentem ſocordiam aliquos adhuc accurrentes & ſe conjicientes in tantam molem adminiſtrationis: nam ſi ii, qui neceſſitate trahuntur, non habent, quò confugiant, quo ſe excuſent, ſi rem malè adminiſtrent, etſi non negligentes; nam & Aaron tractus eſt neceſſitate, & venit in periculum, cum ſæpè recuſaſſet, & Saül, cui fuerat creditum aliud imperium, poſtquam recuſa-

Digitized by Google

-vit, vocatus eſt in periculum, quoniam ipſum malè adminiſtravit; quantò magis ii, qui in hoc ſtudium ſuum ponunt & in id irruunt? Qui eſt autem talis, longè magis ſe omni privabit venia. Timere enim oportet & contremiſcere, propter conſcientiam, & propter molem imperii, & neque, qui ſemel trahantur, recuſare, neque, ſi non trahantur, in ipſum irruere; imò verò fugere, prævidentes magnitudinem dignitatis: rurſus autem eos, qui fuerint comprehenſi, oportet eſſe cautos & reverentes: ſi priuſquam factus ſis, nullum modum non præſenſeris, ſecede, tibi perſuade, te ea re eſſe indignum; ſi rurſus fueris comprehenſus, ſimiliter cautionem adhibe & reverentiam ubique oſtendens, pium & gratum animum. S. Chryſoſt. homil. 34. in Epiſt. ad Hebr.

MEDITATIO CLXXXVII.

ATQUE ULTIMA,

De duplici honore, quo, qui benè præſunt, Presbyteri, digni ſunt, & in hac videlicet & in altera vita.

1. Ecquæ merces, quâ Deus eos in hac vita honorat?
2. Quàm magna ſit.
3. Ecquæ merces, quæ manet eos in altera vita?

Qui benè præſunt, Presbyteri, duplici honore digni ſunt. 1. Tim. 5. 17.

Duplici hoc honore, de quo Apoſtolus, rectè merces intelligi poteſt, quæ muniis Eccleſiaſticis & in hac & in altera vita conjuncta eſt, quæ ad ea ritè obeunda, virtuteſque in iis requiſitas ſedulò exercendas, ultimum poterit eſſe excitamentum.

PUNCTUM I.

Majorem non habeo gratiam, quàm ut audiam filios meos in veritate ambulare. 3. Ioan. 4.

Dum omni modo Chriſtus annuntietur, in hoc gaudeo, ſed & gaudebo. Phil. 1. 18.

Multa mihi fiducia eſt apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis, repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra. 2. Corinth. 7. 4.

CONSIDERA, quænam ſit merces, quâ probos Sacerdotes etiam in hac vita Deus honorare conſuevit. Merces hæc in quibuſdam Providentiæ Divinæ conſiſtit effectibus, quos eos & interiùs & exteriùs & quoad ſpiritualia & quoad temporalia perſentiſcere facit. Perſentiſcunt interiùs imprimis quiddam gaudii, quòd ſuo miniſterio regnum Dei intra animas dilatari videant, quarum tot velut floribus corona eorum compingitur, quot ex ignorantia atque peccato vel ſacra inſtructione vel Sacramentorum adminiſtratione feliciter extrahunt. Ita Philippenſes (cap. 4. 1.) appellat Apoſtolus: *Gau-*

Digitized by Google

Gaudium meum, inquit, *& corona mea*. Alterum, quod interiùs perſentiſcunt, conſcientiæ bonæ teſtimonium eſt, quod omnem eorum laborem ſuavem reddit, repulſam omnem, injuriam atque deſpectum generosè perferri facit, ad nova eos lucra quotidie animat, patientiam denique addit, minuitque timorem, ut poſt perſecutiones felicem illum diem, qui neſcit occaſum, operiantur.

Gloria noſtra hac eſt, teſtimonium conſcientia noſtra. 2. Corint. 1. 12.

Dignus eſt operarius cibo ſuo, mercede ſua. Matth. 10. 10. Luc. 10. 7. 1. Timoth. 5. 18.

Quarite primum regnum Dei, & omnia adjicientur vobis. Matth. 6. 33.

Merces verò exterior hæc eſt, quòd omnium, quæ ad victum atque amictum eis neceſſaria ſunt, nihil unquam deſit, ad quæ ſuo ſe verbo Deus obſtrinxit, dum in favorem miniſtrorum ſuorum manifeſtam hac in parte non modò legem condidit; ſed & quærentibus regnum Dei quibuſlibet Chriſtianis omnia, quibus indigebunt, temporalia adjicienda pollicitus eſt. Adde hiſce omnibus, quod eis ſingulariter competit, quòd omnibus in honore, deſiderio & veneratione ſint.

Tametſi hæc omnia non ſatìs doceret lumen fidei, nonne plùs ſatìs quotidiana docet experientia? & nonne hæc omnia nobis ſufficere deberent, ut, quâ poſſumus, optimâ vitæ inſtitutione Statûs noſtri excellentiæ reſpondere niteremur? Ut verò clariùs etiamnùm eluceſcat promiſſæ in hac vita probis Sacerdotibus magnitudo mercedis,

Qui dat laſſo virtutem: & his, qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat, &c. Iſa. 40. 29.

Mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, ſicut aquila, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Iſa. 40. 31.

PUNCTUM II.

CONSIDERA hanc cum ſuppliciis collatam æquiſſimis, quibus improbi Sacerdotes affecti ſunt. Vide, quî crucientur, ut opes cumulent, quibus ſe ſuoſque conſanguineos locupletent: quantùm ſufferant ob modicum quid, quod expectant, honoris: quantum vigiliæ, moleſtiæ, inquietudinis, ſervitutis, humiliationis, adulationis, ut votis potiantur: quibus potiti quantùm timoris, æmulationis, invidiæ, iracundiæ &c. Quàm verò præ omnibus inclementer eos ro-

Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum; gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum. Rom. 2. 9. & 10

Ponam in poſſeſſionem Ericii. Iſaiæ 14. 23.

Digitized by Google

rodat aſſiduus conſcientiæ vermis, quòd limites profeſſionis ſuæ tranſgreſſos ſe viderint; illa ſiquidem incapacitatem eorum atque ineptitudinem, defectum vocationis, ambitionem, avaritiam, ſacrilegia &, quas hæc meruêre, pœnas memoriæ non ceſſat objicere.

O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torquens omnibus places? S. Bern. l. 2. de conſid.

Hoccine vivere eſt? O Deus! quomodo fieri poteſt, ut vitiorum, quorum tam funeſti ſunt comites, tot inter homines reperire ſit ſectatores?

CONCLUDE itaque, longè ſatiùs eſſe, ut probis quis Sacerdotibus accenſeatur. Quod ut ultimâ tibi ratione perſuadeas,

PUNCTUM III.

Cum apparuerit Princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam. 1. Pet. 5. 4.

Extendat anima cupiditatem ſuam, & ſinu capaciore quærat comprehendere, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, deſiderari poteſt, ſuſpicari poteſt, verbis explicari non poteſt. S. Aug. tract. 34. in Ioan.

CONSIDERA mercedem, quæ manet eos in altera vita. Quæ quidem, ut verbo abſolvam, non eſt niſi vita æterna, quam *immarceſſibilem gloriæ coronam* Princeps vocat Apoſtolorum, quamque Princeps Paſtorum Dominus noſter JESUS CHRISTUS miniſterii ſui ſociis impertietur: *Vbi ſum ego*, inquit, *illic & miniſter meus erit*. Joan. 12. 26. Item Joan. 17. 24. *Pater, quos dediſti mihi, volo ut ubi ſum, & illi ſint mecum.*

Plenas jam menti tuæ habenas laxa, ut, quid merces illa ſit, expendat. Expendat eam ſuppliciis collatam iis, quę miniſtris infidelibus parata ſunt.

Felix hæc infelixque æternitas à corde tuo recedat nunquam: hæc te animet, ut ex animo, fideliter atque perſeveranter ad extremum uſque vitæ ſpiritum miniſteriorum tuorum ſimul & virtutum his annexarum, de quibus meditationibus præcedentibus, exercitiis te dedas.

Qui benè miniſtraverint, gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ eſt in CHRISTO JESU. 1. Timoth. 3. 13.

Hæc meditare; in his eſto: ut profectus tuus manifeſtus ſit omnibus: hoc enim faciens & teipſum ſalvum facies, & eos qui te audiunt. 1. Timoth. 4. 15. & 16. Amen.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

Meditationum de Vita Eccleſiaſtica hoc Libello contentarum.

PARS PRIMA.

De Excellentia & dignitate Statûs Eccleſiaſtici.

MEDITATIO I.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici, deprompta ex ejus Ætymologia. Paginâ 1

MEDITATIO II.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici, deductâ ex Authore ejus CHRISTO JESU. 3

MEDITATIO III.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici, deducta ex fine ejus quoad Deum. 5

MEDITATIO IV.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici deducta ex fine ejus quoad homines. 7

MEDITATIO V.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici, quatenùs confertur Statui Laico. 9

MEDITATIO VI.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici, quatenùs confertur Ordini Levitico. 11

MEDITATIO VII.

De excellentia Statûs Eccleſiaſtici, deducta ex collatione ejus cum ſimplicibus Religioſis. 13

MEDITATIO VIII.
Concluſio Meditationum præcedentium, velut repetitio quadam. 15

MEDITATIO IX.
De impedimentis Canonicis, quæ Statui Eccleſiaſtico quempiam inidoneum reddunt.
Quæ ſunt Irregularitates & Cenſuræ. 17

MEDITATIO X.
De diſpoſitionibus requiſitis, ut dignè quis Statum ineat Eccleſiaſticum.
Diſpoſitio prima: Innocentia vitæ. 20

MEDITATIO XI.
Diſpoſitio ſecunda: Scientia ſive Doctrina. 23

MEDITATIO XII.
De ingentibus malis, quæ ex Eccleſiaſticorum inſcitia oriuntur. 25

MEDITATIO XIII.
Quæ ſcientia in Eccleſiaſticis requiratur. 27

MEDITATIO XIV.
Tertia Diſpoſitio ad Statum Eccleſiaſticum vocatio.
De momento ejus in omni Statûs & Conditionis genere. 29

MEDITATIO XV.
Neceſſitas vocationis ad Statum Eccleſiaſticum Stabilita.
Primò Authoritate Scripturæ. 31

MEDITATIO XVI.
Secundò exemplo Salvatoris noſtri. 34

MEDITATIO XVII.
Tertiò exemplo Sanctorum. 36

MEDITATIO XVIII.
De Notis Vocationis.
Nota pſeudo-vocationis. 38

MEDITATIO XIX.
Nota vera atque legitima Vocationis. Prima: ſi quis à ſuo vocetur Epiſcopo. 41

MEDITATIO XX.
Alia Nota Vocationis Legitimæ. 43

MEDITATIO XXI.
Quâ intentione moveri quis debeat, ut ſtatum ineat Eccleſiaſticum. 46

ME-

MEDITATIO XXII.
Alia nota fundamentalis; Spiritus Eccleſiaſticus. 48
MEDITATIO XXIII.
De impedimentis Spiritûs Eccleſiaſtici, & methodo illius acquirendi. 50
MEDITATIO XXIV.
Quid ſit, quod æquum de noſtra ad Statum Eccleſiaſticum vocatione judicium interturbet. 52
MEDITATIO XXV.
De malis, quæ incurruntur ab his, qui in Statum Eccleſiaſticum ſine vocatione ſe ingerunt. 54
MEDITATIO XXVI.
De malis, quæ ab Eccleſiaſticorum intruſione derivantur in populum. 57
MEDITATIO XXVII.
Quid agendum ſit iis, qui ſine nota vocationis in Statum Eccleſiaſticum ſe ingeſſerunt. 59
MEDITATIO XXVIII.
Non ſat eſt, ut legitimè vocati ſimus, niſi & vocationi noſtræ reſpondeamus. 62

PARS SECUNDA
Meditationum de Vita Eccleſiaſtica,

UBI AGITUR

De Tonſura, meritis ejus & ceremoniis, diſpoſitionibus ad eam requiſitis & oneribus per eam impoſitis.

MEDITATIO XXIX.
De excellentia Tonſuræ, ex ſimilitudinibus quibuſdam deducta. 65
MEDITATIO XXX.
De excellentia Tonſuræ ex inſtitutione ejus & fine deducta. 67
MEDITATIO XXXI.
De excellentia Tonſuræ deſumpta ex nomine, Clericus, quod Tonſurato tribuitur. 70
MEDITATIO XXXII.
De excellentia Tonſuræ ex proportione ejus cum Baptiſmo deducta. 72

Digitized by Google

MEDITATIO XXXIII.

De Conditionibus requiſitis in eo, qui ad Tonſuram ſe offert. 74

MEDITATIO XXXIV.

De Conditionibus ad Tonſuram ritè ſuſcipiendam requiſitis. 76

MEDITATIO XXXV.

De Ceremoniis Tonſuræ ac imprimis

De Habitu Eccleſiaſtico. 78

MEDITATIO XXXVI.

De peculiaribus, quæ Tonſurato cum habitu Eccleſiaſtico imponuntur oneribus.

Primum eſt, ut Habitum hunc aſſiduè geſtet. 80

MEDITATIO XXXVII.

Alterum eſt, ut vitam agat pœnitentiæ, quam habitus Eccleſiaſticus præ ſe fert. 83

MEDITATIO XXXVIII.

De Mortificatione exteriori, in qua Eccleſiaſticis vivendum eſt. 85

MEDITATIO XXXIX.

De Capillorum attonſione, ſecunda Ceremonia.

Attonſionis hujus rationes ac ſignificationes. 87

MEDITATIO XL.

De obligatione Clericis Tonſuratis injecta, ſuperflua quæque dimittendi, quod Capillorum potiſſimè reſectione notatur. 90

MEDITATIO XLI.

De Corona Tonſurati: Ceremonia tertia.

Coronæ hujus ſignificationes. 92

MEDITATIO XLII.

De Obligatione Clericis injecta, tollendi crucem ſuam ſeque mortificandi, per Coronam, quam geſtant, repræſentatâ. 95

MEDITATIO XLIII.

De Cereo ardenti, qui Tonſurato porrigitur: Ceremonia quarta.

Cerei hujus rationes ac ſignificationes: de obligatione per hunc Cereum Tonſurato notata. 97

MEDITATIO XLIV.

Unica obligatio eſt bonum præbendi exemplum. 99

MEDITATIO XLV.

De zelo propriæ perfectionis. 101

ME-

Digitized by Google

MEDITATIO XLVI.

De voto, quod Tonſuratus emittit, dicens: *Dominus pars &c.*
Ceremonia quinta.

Verborum horum ſignificationes. 103

MEDITATIO XLVII. ET XLVIII.

De obligatione Tonſurato hiſce verbis ſignificata, mundum fugiendi ac contemnendi, probatâ duabus Meditationibus. 105 & 107

MEDITATIO XLIX.

De impoſitione Superpellicei. Sexta atque ultima Tonſuræ Ceremonia.

De Superpellicei ſignificatione. 109

MEDITATIO L.

De obligatione per Superpelliceum Tonſurato notata, id eſt, *De puritate conſcientiæ.* 111

MEDITATIO LI.

De puritate Corporis, ſive Caſtitate. 113

MEDITATIO LII.

De vita Tonſurato ducenda. 115

MEDITATIO LIII.

De obligatione Clericis injecta, quatenùs Tonſurâ inſigniti ſunt, Dominicis ut minùs feſtiſque diebus Divino officio aſſiſtendi. 117

MEDITATIO LIV.

De eo, quod Divinis Officiis aſſiſtens Clericus agere, deque modo, quo ſe ibidem gerere debet. 119

MEDITATIO LV.

De neceſſaria Eccleſiaſticis ſtudioſitate, id eſt, affectu erga ſtudium. 121

MEDITATIO LVI.

De Tonſuræ effectibus.

Quorum primus eſt, ut nos Eccleſiaſticos reddat, ſecundus, ut nos participes reddat privilegiorum ac immunitatum Eccleſiæ, nec non capaces Beneficiorum 123

MEDITATIO LVII.

De natura, fine ac inſtitutione Beneficiorum. 126

MEDITATIO LVIII.

De viis, quibus ad Beneficia pervenitur, ac imprimis de viis illegitimis, Simonia & Confidentia. 128

MEDITATIO LIX.

De duabus aliis viis illegitimis, quibus ad beneficia pervenitur, Ambitione & Avaritiâ. 131

MEDITATIO LX.

De via legitima, quâ in beneficia introeundum eſt. 133

MEDITATIO LXI.

De oneribus in genere, quæ beneficiatis quibuſcumque, beneficiorum ſuorum causâ, injecta ſunt. 135

MEDITATIO LXII.

De obligatione peculiari Beneficiatis injectâ bona Eccleſiaſtica in bonum uſum convertendi. 138

PARS TERTIA.

UBI AGITUR

De Sacramento Ordinis in genere & de Ordinibus Minoribus in ſpecie.

MEDITATIO LXIII.

De excellentia Sacramenti Ordinis à Salvatore noſtro in Eccleſia inſtituti. 141

MEDITATIO LXIV.

De Effectibus Sacramenti Ordinis. 143

MEDITATIO LXV.

De Diſpoſitione generali ad Ordines ſuſcipiendos. 145

MEDITATIO LXVI.

De eo, quod in gratiarum actionem poſt Ordinationem agendum eſt. 147

MEDITATIO LXVII.

De obligatione, quâ Eccleſiaſtici quicumque exterioribus Ordinum ſuorum miniſteriis vacare tenentur. 149

MEDITATIO LXVIII.

Continuatio Meditationis præcedentis. 152

MEDITATIO LXIX.

Quòd excuſationes & prætextus, quibus Eccleſiaſtici ab Ordinum ſuorum miniſterio ſe nituntur eximere, apud Deum non admittantur. 154

MB-

Digitized by Google

MEDITATIO LXX.

De conditionibus requiſitis, ut Eccleſiaſtici Ordinum ſuorum miniſteriis dignè fungantur. 156

MEDITATIO LXXI.

De obligatione, quâ quilibet Eccleſiaſtici ſpiritalibus ac interioribus Ordinum ſuorum miniſteriis fungi tenentur; quæ profectò alia non ſunt, quàm animarum ſaluti allaborare. 158

MEDITATIO LXXII.

De numero & diſcrimine Ordinum. 161

MEDITATIO LXXIII.

De Ordinibus minoribus in genere. 163

MEDITATIO LXXIV.

De Ordinibus minoribus ſigillatim, ac imprimis de Oſtiario. 165

MEDITATIO LXXV.

De prima virtute, quæ Oſtiario maximè neceſſaria atque adeò commendanda eſt, id eſt, de zelo Domûs Dei. 167

MEDITATIO LXXVI.

De Veneratione ac Reverentia, quam locis ſacris Oſtiarius debet. 169

MEDITATIO LXXVII.

De aliis quibuſdam virtutibus Oſtiario commendandis. 171

MEDITATIO LXXVIII.

De Lectore, qui ſecundum inter minores Ordinem obtinet. 174

MEDITATIO LXXIX.

De prima virtute Lectori commendandâ, quæ eſt, ſingularis erga Scripturam S. devotio. 176

MEDITATIO LXXX.

De virtutibus quibuſdam Lectori neceſſariis. 178

MEDITATIO LXXXI.

De Exorciſta, qui tertium inter Minores Ordinem obtinet. 180

MEDITATIO LXXXII.

De virtute humilitatis commendanda ſummoperè ac neceſſaria Exorciſtæ. 182

MEDITATIO LXXXIII.

De methodo exorcizandi energumenos, quidque ſit obſervandum, ut hoc ritè fiat. 184

MEDITATIO LXXXIV.

De Acolytho, qui quartum inter Minores Ordinem obtinet. 187

Digitized by Google

MEDITATIO LXXXV.

De virtutibus Acolytho commendandis, ac imprimis de bono exemplo. 189

MEDITATIO LXXXVI.

De pravis Eccleſiaſticorum exemplis, deque malis ex hiſce conſectariis. 191

MEDITATIO LXXXVII.

De alia virtute Acolytho perquàm commendanda, id eſt, modeſtiâ. 193

MEDITATIO LXXXVIII.

De tertia virtute Acolytho neceſſaria, id eſt, *ſingulari devotione erga Sacro-ſanctum Euchariſtiæ Sacramentum.* 195

[✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤]

PARS QUARTA.

UBI AGITUR

De Ordinibus Majoribus in genere & de Ordine Subdiaconatûs in ſpecie.

MEDITATIO LXXXIX.

De merita atque excellentia Ordinum, qui Majores ſive Sacri appellantur. 198

MEDITATIO XC.

De Conditionibus ad ſuſcipiendos Majores Ordines requiſitis. 200

MEDITATIO XCI.

Altera conditio ad ſuſcipiendos Majores Ordines requiſita, quæ eſt, obſervatio Interſtitiorum. 202

MEDITATIO XCII.

De properatione ad Sacros Ordines, non obſervatis Interſtitiis. 204

MEDITATIO XCIII.

De Ordine Subdiaconatûs, ac imprimis de excellentia ejus. 207

MEDITATIO XCIV.

De Miniſteriis Subdiaconatûs, quæ Corpus reſpiciunt naturale JESU CHRISTI, *deque virtutibus hiſce correſpondentibus.* 209

MEDITATIO XCV.

De miniſteriis Subdiaconi ad fidelium inſtructionem atque ædifica-

Digitized by Google

ficationem pertinentibus, deque virtutibus eiſdem correſpondentibus. 211

MEDITATIO XCVI.

De Conditionibus requiſitis ad ſuſcipiendum Ordinem Subdiaconatûs. 213

MEDITATIO XCVII.

De Obligationibus Subdiaconi imprimis quoad Deum. 216

MEDITATIO XCVIII.

De inſtitutione Officii Divini. 218

MEDITATIO XCIX.

De conditionibus requiſitis ad officium divinum tùm publicè tùm privatim ritè recitandùm. 221

MEDITATIO C.

De binis aliis conditionibus ad officium divinum ritè recitandùm neceſſariis, Attentione & Devotione. 224

MEDITATIO CI.

Repetitio Meditationum præcedentium quoad Officium Divinum, adinſtar examinis, quo diſquiruntur defectus, qui frequentiores ibidem committuntur. 226

MEDITATIO CII.

De obligatione Subdiaconi quoad Eccleſiam. 229

MEDITATIO CIII.

De obligatione Subdiaconi quoad ſeipſum, id eſt, de caſtitate. 231

MEDITATIO CIV.

De primo actu Caſtitatis,

Qui eſt, ut horreatur omne id, quod vel minimam virtuti huic læſionem afferre poteſt. 233

MEDITATIO CV.

De incontinentia occulta. 235

MEDITATIO CVI.

De occaſionibus, quæ vitandæ ſunt Eccleſiaſticis, ad virtutem continentiæ, cui obſtricti ſunt, conſervandam. 237

MEDITATIO CVII.

De frequentatione mulierum Eccleſiaſticis fugienda. 239

MEDITATIO CVIII.

De otio Eccleſiaſticis fugiendo,

Tamquam caſtitatis & continentiæ Clericalis peſtilentia. 242

Digitized by Google

MEDITATIO CIX.
De ſecundo gradu Caſtitatis,
Qui eſt, ut ſingulari in hanc virtutem quis feratur affectu. 244
MEDITATIO CX.
De mediis, quibus caſtitas & acquiritur & conſervatur. 246
MEDITATIO CXI.
De medio ultimo ad acquirendam ſervandamque Caſtitatem idoneo, id eſt, mortificatione ſenſuum. 248

PARS QUINTA,

UBI AGITUR

DE DIACONATU,

De meritis ejus, muniis atque virtutibus.

MEDITATIO CXII.
De excellentia Diaconatûs deducta à materia ejus & forma principali. 251
MEDITATIO CXIII.
Excellentia Diaconatûs, quatenùs Levitis confertur Teſtamenti Veteris, quibus in Eccleſia Diaconi ſucceſſêre. 253
MEDITATIO CXIV.
Excellentia Diaconatûs, ex eo deducta, quòd ſit Ordo Hierarchicus. 255
MEDITATIO CXV.
De præcipuis muniis Diaconatûs, ex Pontificali depromptis. 258
MEDITATIO CXVI.
De conditionibus ad ſuſcipiendum Diaconatûs Ordinem requiſitis. 260
MEDITATIO CXVII.
De Diaconi obligationibus.
Obligatio prima, ut cæremonias calleat, & ritè exerceat. 262
MEDITATIO CXVIII.
Altera Diaconi obligatio inſtituendi Catechiſmum. 265
MEDITATIO CXIX.
De Excellentia Catechiſmi.
Optima atque utiliſſima methodus hunc inſtituendi. 267

ME-

MEDITATIO CXX.

De conditionibus ad Catechiſtam requiſitis. 269

MEDITATIO CXXI.

De præcipuis Diaconi virtutibus: ac imprimis de zelo animarum, quo flagrare debet. 271

MEDITATIO CXXII.

De comitibus ad zelum hunc legitimum utilemque reddendum requiſitis. 273

MEDITATIO CXXIII.

De cura pauperum, quæ Diacono propria eſt. 275

MEDITATIO CXXIV.

De obligatione dandi Eleëmoſynam incumbente Eccleſiaſticis. 278

MEDITATIO CXXV.

De virtute fortitudinis Diacono propria. 280

MEDITATIO CXXVI.

Quale ſibi exemplar Diaconi proponere debeant in muniis ſuis obeundis vitâque ducendâ. 282

PARS SEXTA,

UBI AGITUR

De Sacerdotio, meritis, muniis & virtutibus ejus.

MEDITATIO CXXVII.

DE excellentia Sacerdotii, ex etymologia ejus deducta. 285

MEDITATIO CXXVIII.

Excellentia Sacerdotii, ex præcipuis deducta cæremoniis Ordinationis Sacerdotalis. 287

MEDITATIO CXXIX.

Continuatio Meditationis præcedentis.

De cæremoniis, quibus ordinis Sacerdotalis meritum innoteſcit. 290

MEDITATIO CXXX.

Excellentia Sacerdotii deducta ex collatione cum Sacerdotibus veteris Teſtamenti. 292

ME-

Digitized by Google

MEDITATIO CXXXI.

Excellentia Sacerdotii deducta ex comparatione cum gratia Chriſtianiſmi. 294

MEDITATIO CXXXII.

Excellentia Sacerdotii deducta ex collatione cum Dignitate Matris Dei. 296

MEDITATIO CXXXIII.

Excellentia Sacerdotii deducta ex comparatione ejus cum dignitate Regia. 299

MEDITATIO CXXXIV.

Excellentia Sacerdotii ex nominibus deducta, quibus Sacerdote Scriptura Sacra condecorat. 301

MEDITATIO CXXXV.

Excellentia Sacerdotii deducta ex ſententiis SS. Patrum. 304

MEDITATIO CXXXVI.

De ſanctimonia Sacerdotum reſultante ex iis, quæ adhuc de Sacerdotio dicta ſunt. 306

MEDITATIO CXXXVII.

De diſpoſitionibus ad Sacerdotium requiſitis. 308

MEDITATIO CXXXVIII.

De exiguo Sacerdotum numero, qui ſalvabuntur. 311

MEDITATIO CXXXIX.

De muniis Sacerdotalibus: ac imprimis de Sacrificio Miſſæ, quod primum & potiſſimum eſt, deque Sacrificii hujus excellentia. 313

MEDITATIO CXL.

De finibus, ob quos Sacro-ſanctum Miſſæ Sacrificium inſtitutum eſt. 315

MEDITATIO CXLI.

De præparatione Miſſæ præmittenda, ac imprimis de præparatione remota, id eſt, de puritate conſcientiæ. 318

MEDITATIO CXLII.

De malis, quæ in ſtatu peccati celebrantibus accidunt. 320

MEDITATIO CXLIII.

De præparationibus proximis ad ritè celebrandum requiſitis, ac imprimis de intentione. 323

MEDITATIO CXLIV.

Altera præparatio proxima, devotio cordis. 325

Digitized by Google

MEDITATIO CXLV.

De loco, ubi Miſſa Sacrificium celebrandum eſt. Contrà Sacella domeſtica. 327

MEDITATIO CXLVI.

De gratiarum actione poſt Miſſa Sacrificium. 330

MEDITATIO CXLVII.

Meditationum præcedentium repetitio, adinſtar examinis, quo defectus diſcutiuntur, qui in celebrando Miſſa Sacrificio plerumque committuntur. 333

MEDITATIO CXLVIII.

De ſecundo Sacerdotum miniſterio, id eſt, Sacramentorum adminiſtratione, ac imprimis de adminiſtratione Sacramentorum in genere. 336

MEDITATIO CXLIX.

De adminiſtratione Sacramentorum in ſpecie, ac imprimis de adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ, nec non de adminiſtrationis hujus excellentia ac merito. 338

MEDITATIO CL.

De qualitatibus & conditionibus boni Confeſſarii. 341

MEDITATIO CLI.

Methodus ritè excipiendi Confeſſiones. 343

MEDITATIO CLII.

De difficultate Confeſſiones ritè excipiendi. 345

MEDITATIO CLIII.

De tertio Miniſterio Sacerdotali, Prædicatione Verbi Dei. 347

MEDITATIO CLIV.

De qualitatibus Concionatoris. 349

MEDITATIO CLV.

De obedientia Sacerdotum erga Epiſcopos, quæ ultimâ Ordinationis eorum cæremoniâ denotatur. 351

MEDITATIO CLVI.

De rebus quibuſdam, quæ reputantur indifferentes, & Eccleſiaſticis tamen aut vetita ſunt aut periculoſa. Ac imprimis de venatione, comœdiis ludiſque fortunæ vitandis. 353

MEDITATIO CLVII.

De amore inordinato Conſanguineorum. 356

MEDITATIO CLVIII.

Quòd Eccleſiaſticis lites vitandæ ſint. 358

ME-

MEDITATIO CLIX.
De cura negotiorum ſæcularium, deque commercio Eccleſiaſticis vetito. 360

MEDITATIO CLX.
De conviviis, quæ Eccleſiaſticis pernicioſa ſunt. 363

MEDITATIO CLXI.
De virtutibus quibuſdam peculiaribus in Sacerdote probo requiſitis. Ac imprimis de zelo gloria Dei. 366

MEDITATIO CLXII.
De Spiritu paupertatis, in quo jugiter Sacerdoti vivendum eſt. 368

MEDITATIO CLXIII.
De malis ingentibus, quæ ex avaritia pullulant Eccleſiaſticorum. 370

MEDITATIO CLXIV.
De ſpiritu Sacrificii, in quo jugiter Sacerdoti vivendum eſt. 372

MEDITATIO CLXV.
De Converſatione Eccleſiaſticorum. 375

MEDITATIO CLXVI.
De iis, quæ à Converſatione arcenda ſunt, ut utilis reddatur atque exemplaris. 377

MEDITATIO CLXVII.
De ſcurrilitate reſecanda, ut converſatio reddatur utilis atque exemplaris. 379

MEDITATIO CLXVIII.
De difficili Sacerdotum converſione. 381

[✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤]

PARS SEPTIMA,

UBI AGITUR

De Methodis Eccleſiaſtica munia dignè obeundi & neceſſarias ei virtutes acquirendi, conſervandi atque augendi.

MEDITATIO CLXIX.
Methodus prima.
PRetium, quod ab Eccleſiaſtico vocationi ſuæ ponendum eſt. 385

MEDITATIO CLXX.
Secunda Methodus virtutes Eccleſiaſticas obtinendi & conſervandi Oratio Mentalis. 388

MEDITATIO CLXXI.
Tertia Methodus, virtutes Eccleſiaſticas acquirendi & conſervandi, ordo temporis atque familia. 390

MEDITATIO CLXXII.
Quarta methodus virtutes Eccleſiaſticas acquirendi & conſervandi eſt labor contra otium. 393

MEDITATIO CLXXIII.
Quinta methodus Spiritûs Eccleſiaſtici & acquirendi & conſervandi, converſatio cum bonis Eccleſiaſticis, è quibus & director aliquis eligendus eſt. 395

MEDITATIO CLXXIV.
Sexta methodus virtutes Eccleſiaſticas acquirendi & conſervandi, Sacroſancta Miſſa celebratio frequentior. 397

MEDITATIO CLXXV.
Septima Methodus virtutes Eccleſiaſticas acquirendi & conſervandi, erga Sacratiſſimam Virginem devotio. 399

MEDITATIO CLXXVI.
Octava Methodus virtutes Eccleſiaſticas acquirendi & conſervandi, annua ſolitudo. 402

MEDITATIO CLXXVII.
Nona atque ultima Methodus virtutes Eccleſiaſticas acquirendi & conſervandi. 404

PARS OCTAVA,

UBI AGITUR

De Officio & obligatione Paſtoris.

MEDITATIO CLXXVIII.
De Officio Paſtoris quoad Deum & quoad ſeipſum. 407

MEDITATIO CLXXIX.
De Officio Paſtoris quoad proximum, id eſt, quoad Parochianos: Ac imprimis de reſidentia in Parochia. 409

ME-

Digitized by Google

MEDITATIO CLXXX.

Secundum officium ſeu obligatio Paſtoris quoad Parochianos, inſtruere eos verbo ſimul & exemplo. 412

MEDITATIO CLXXXI.

Tertium boni Paſtoris officium quoad Parochianos Correctio. 414

MEDITATIO CLXXXII.

Quarta Paſtoris obligatio quoad Parochianos, cura Scholarum minorum. 416

MEDITATIO CLXXXIII.

Quinta Paſtoris obligatio quoad Parochianos, cura infirmorum. 421

MEDITATIO CLXXXIV.

De Paſtoris Officiis quoad Eccleſiam ſuam. 423

MEDITATIO CLXXXV.

Quid Paſtori agendum ad curam jam aſſumpto, ut æſtimationem ſibi atque authoritatem conciliet? 425

MEDITATIO CLXXXVI.

De moleſtia & periculo curæ animarum. 428

MEDITATIO CLXXXVII.

Atque ultima,

De duplici honore, quo, qui benè præſunt, Presbyteri, digni ſunt, & in hac videlicet & in altera vita. 430

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google